Dubm 2m ¶ Dubitat an in pn̄° toti' feb. possit appere signū ꝯriū digestioni. Uidet ꝙ sic: qr pōt appere vrina nigra vel viridis. Ampli' pōt hō in pn̄° mori: sz h est ex mãe malitia oīno. In ꝯriū Auic. Dicēdū ꝙ signū digōni ꝯriū qōdā dr cruditatis signū: 7 illud est ꝯriū actu nō aptitudie vt vrina cruda. qōdā est signū vere ꝯriū digestioni priuās illā actu 7 potētia vt vrina mala nigra aut viridis indicās in mām eē talē actionē caloris putredinalis ꝯriaz actiōi nālis. Dicem' g ꝙ in pn̄° febriū māliuz putridaꝝ nō appet signum oīno ꝯriū digōni nec digōnis: lz appeat signū cruditatis. Et rō est qa ex quo est in pn̄° nōdū calor malus potuit facē manifestā impressionē in mã: nec ēt calor nālis. He. n. febres vel a pncipio hn̄t signa ideterminata salutis vel mortis: 7 tūc nōdū appet in mã impressio bona vel mala. Uel hn̄t signa determiatiora ad salutem: 7 tūc ēt nōdū manifestū signū appet ipressionis caloris in mã pp tēporis breuitatē: 7 cū appebit sepabit pn̄m ab augmēto 7 incipit augm. Uel hn̄t signa ad mortē: 7 tūc ēt nōduz appuit manifesta ipressio calidi putredinalis in mãz pp paucū fuisse tps in actiōe: 7 cū appet icipit augm mortalis morbi. Cōtra pm dcm̄ in augmēto morbi sunt ideterminata signa salutis: 7 pōt cū h appere signū digōnis appens. Cōtra 2m: si feb. in pn̄° hz signū ad salutez h vr eē ex digōnis signis: hec. n. sūt dãtia fiduciā sanitatis vt sepe scribit Gal. p de crisi 7 in cōmē. afor. 12. s. pc pticu. poxismos. Cōtra 3m: si a pncipio feb. est determinata ad mortē: g signa digōni ꝯria appent: qa mã est. vltie maligna. Ad pm pōt dici ꝙ in augmēto in quo appent signa digōnis manifesta sunt determiata signa salutis: 7 ꝙ in illo augmēto hō nō poterit mori ex cā morbi nec etiā ex tali morbo hō nō moriet si mã sit vniformis vincibilis vniformiter sicut icipit: lz h raro ꝯtigat iuenire. Ad 2m dōm ꝙ qn̄ in pncipio feb. iudicam' eā salubrē est iudiciū estimatiuuz nō collectū ex signo digōnis aliq sed ex alijs signis multis in vnū collectis. Ad 3m dōm ꝙ signa mortis nō sumunt ex signis digōni ꝯrijs: sz etiā ex alijs. mã. n. pōt a pncipio occidere sola q̄titate q̄uis nō sit maligna. Ad ꝯria: p ad pmū dōm ꝙ lz vrina nigra appeat in pncipio febris eo istāti quo icipit nigredo vl' viriditas icipit augm: 7 sic pn̄m fuit manifeste occultū breuitate. Cōtra: pōt aliqua febris icipere a mã nigra vt felle nigro vel chol'a prassina vt sensit Isaac feb. lib. 5. c. de tertiana. sed tūc p qcūqz instāti incipiet fe. p eodē appere poterit talis tictura vrine. Dōm ꝙ talis digōnis signū. s. talis vrina nigra vel viridis nō appet ex malitia inducta in mã actiōe putredinalis caloris sed ex malitia quā hēbat anq̄ faceret feb. 7 iō hoc nō dz pportionari ad feb. sicut nec ꝯriuz. Ubi gr̄a icipiat aliqua febris ab aliq mã digesta saniosa: posito ꝙ apparet in pncipio signū aliqō digōnis non esset ex actione caloris nālis cōiūcti febrili sed ex dispōne aū febrem. Ad 2m dōm ꝙ si hō moriat in pncipio febris nō morit ex mã addita facta vi caliditatis febrilis: qa tūc eēt in augmēto 7 nō in pncipio: sed pōt mori ex alijs multis causis ex mã 7 ꝟtute notis. Pōt dici 7 aliter vt inuit in l'ra ꝙ in pncipio febris nō pōt appere signū digōnis vl' ꝯriuz ex nã febris que tūc inchoat vel virtutis pugnātis ꝯ febrē sed ex natura mãe quā hz aū febrē. Et sequit ex hoc ꝙ in principio febris pōt mã eē indigesta nullā potēs recipe digōnez: 7 hoc nō erit ex nã febris: qa nōdum corrūpit mām sed ex nã mãe ante febrē. Et ideo si febris ichoet a mã grossa eruginosa 7 cholerica: 7

Rx°

querat vtrū in pricipio huius febris mā sit cruda vel nō. Dōm q̄ non est cruda quātum ad hoc q̄d est posse digeri ꝛ posse ꝯrium digestiōis recipere: q̄a impossibile est eā digeri a potētia alicuiꝰ virtutis cuiuscūq; hoīs: sed dr̄ cruda ex hoc q̄ nōdum manifesta est actio caloris febrilis q̄ mō est neq; actio aliq̄ virtutis resistentis illi febri: lȝ sit manifesta actio alteriꝰ male dispōnis ex qua generata fuit ista cholr̄a eruginosa: actio tn̄ caloris febrilis manifestabit̄ cū trāsmutabit̄ illa mā ad peius: ꝛ tunc īcipiet augm̄ morbi mortalis: sed actio nāe nō poterit māifestari cū īpossibile sit istā māmm rectificari: sed dicimus q̄ si eēt possibilis euasio ab hac febre de cholr̄a eruginosa eo tp̄e quo recipit augmētū p̄ additionez corruptiōis in mā in eo q̄ dȝ mori in eo tp̄e īcipiet digestio in eo qui deberet liberari: lȝ sit īpoīe liberari. ¶ Sȝ tunc ponat̄ q̄ aliq̄s incipiat febrire de mā tāte malitie q̄ non possit sibi addi malitia q̄n̄ īcipiet augm̄ huius morbi mortalis. Dōm q̄ ille morietr̄ in p̄nº febris sine augmēto. Aliter pōt dici. Et tu considera.

¶ Et p̄nm̄ q̄dē est īuētuȝ in oī egritudine. Uerꝝ q̄n̄q; occultat̄ sic̄ est eiꝰ occultatio in synocho ꝛ epilīa ꝛ ꝛ apoplīa. Et q̄n̄q; p̄nm̄ est occultū paucoꝝ accidētiū: ꝛ existimat̄ q̄ nō sit principiū in ea. Et silr̄ q̄n̄q; in die p̄mo febriū acutaꝝ vident̄ nubes ꝛ signū maturitatis ꝛ existimat̄ q̄ nō sit ei p̄nm̄ ꝛ nō est ita.

¶ Dicit post q̄ p̄nm̄ est inuētū in omni egritudine. s. māli loquēdo de p̄nº hic notificato. ¶ Cōsidera hic q̄ tribꝰ ex cāis occultatur p̄nm̄: lȝ p̄ma cā ꝛ scd̄a faciāt vnā in gn̄e. Pria cā est breuitas tp̄is p̄ncipij: vn̄ statiȝ videt̄ eē egritudo in vltimo sicut appet in paroxismo epilīe ꝛ apoplīe ꝛ synoche que statim trāsit in statū vl' declinationē vel additionē bm̄ tres spēs synoche. Scd̄a cā est debilitas accn̄tiū pricipij: vn̄ nō priuāt hoīez ab actibꝰ cōuersationis cōsuetis: q̄ꝛ est fortis vt p̄ de creti. 6. ca. Tertia cā est cita appitio signi excludētis p̄nm̄. s. digōnis vel īdigōnis nā cū est mā subtil' pauca ꝛ fortꝰ virtus statiȝ appebit nubes ī vrīa ꝛ signū maturatiōis vl' digōnis ficte. Accidit enī q̄n̄q; flegmaticas quasdā mās eadē die qua febris īchoat carminari ꝛ pelli cū vrina in corpibꝰ q̄busdam ociose viuētibꝰ: vn̄ faciūt in vrina q̄ndā hypostasim fictā que videt̄ laudabilis ꝛ nō est: ꝛ īperitꝰ medicꝰ iudicat morbū salubrē: cū tn̄ q̄n̄q; directa ꝛ p̄cedēte malitia mors accidat. De hac āt hypostasi ficta ꝛ mō n̄ errādi circa eā: dixim̄ p̄ li. fen. z. ca. d̄ hypostasi.

doct. 3a. cap. 6.

¶ Et augmētū q̄dē est hora in qua cōmouet̄ caliditas īnata ad resistēdū materiei motu māifesto ꝛ apparent signa digōnis aut signa ꝯtraria digestioni.

¶ Innuit certificationē augmēti ex accn̄tibꝰ ꝛ alteratione materie. Ex accn̄tibꝰ q̄dē cū dixit q̄ est hora in qua mouet̄ calītas īnata ad resistēdū. Et ex h̄ vult nos ītelligē q̄ calor q̄ priꝰ erat submersus in mēbro. i. in loco materie mō expandit̄ ꝛ appet sicut ignis q̄ prius sub lignis viridibꝰ suffocat̄: mō vincit ꝛ in altum surgit sua flāma. ℥ ad tactum est calor maior ꝛ apparētior ꝛ pulsus manifestior ꝛ cōformiora accn̄tia apparēt. ¶ Scd̄o notificat augm̄ ex alteratione materie cū dixit. apparēt signa digōnis. ꝛ ītelligit signa digestionis apparentia siue manifesta: q̄ꝛ talia sunt que separant augmētuȝ a p̄nº. signa enim digōnis occulte possunt īueniri in p̄ncipio: vt dixit Gal. p̄ de crisi. 17. cap. ꝛ ideo dixit motu manifesto. ꝛ ītelligit per hoc nō soluȝ apparitionē manifestā signoꝝ digōnis vel ꝯrij: sed ēt apparitionē manifestam accn̄tiuȝ p̄dictoruȝ.

Dubm̄ 3m̄ ¶ Dubitat̄ si caliditas īnata mouet̄ ad resistēdū materie motu manifesto: q̄uō ℥ appebit signū digōni ꝯriū. ¶ Dōm q̄ mouet̄ ad resistēdū: nō tn̄ resistit: īmo sibi resistit̄ q̄n̄q; p̄ additionez gradus putredinis in mā. ¶ Uel dōm q̄ caliditas īnata hic sumit̄ p̄ innata caliditate febrientis que nō est vna sed duplex. s. nālis ꝛ cōtra naturā: ꝛ ambe surgūt a suffocatione pricipij. cū igit̄ expergesit ꝛ iā vincit totū hoc aggregatū calidū: siq̄dem vīcat nālitas caloris naturalis: tūc penetrat in māȝ ꝛ īflāmat eā flāma perfectiua. s. digestiua vt possibile est: ꝛ appet ex h̄ signū digōnis. v. g. īcipit appere nebula alba. si aūt vīcit malitia ꝛ flāma īnālis caloris: tūc p̄cedit malitia in mā ꝛ additur corruptio maligna in ea motu manifesto: vt appeāt signa digōni ꝯria. v. g. īcipit vrina denigrari.

¶ Et statꝰ est hora in qua vehemēs fit pugna iter naturā ꝛ māȝ ꝛ appet victoria vniꝰ ambaꝝ eaꝝ super aliā ꝛ ip̄a est hora pugne. Et eiꝰ spatiū est in b̄ntibꝰ poxismos acutos poxism̄ vnꝰ ꝛ nō cog̃scit̄ nisi p̄ illū q̄ sequit̄ ip̄m: aut duo poxismi ꝛ cog̃scit̄ in tertio eiꝰ: ideo q̄ nō addit sup̄ illos ambos in pluribꝰ nisi egritudinibꝰ macronoxijs. fortasse enī assimilantur paroxismi plures in oībꝰ iudicijs suis. Et illic apud statū cōplet̄ vestigiū digestionis aut ꝯrij eius.

¶ Innuit notificationē statꝰ. Et p̄ ex accn̄tibꝰ que sequunt̄ vehemētiam pugne: ꝛ ideo dixit. (Est hora pugne.) hec āt accn̄tia sunt dolores: inq̄etudines ꝛ alienationes: ꝛ alia frequenter numerata ab auctoribꝰ. ¶ Scd̄o ex alteratiōe materie cū dixit. Apparet victoria. si enī in pugna hac calor nālis cōpleuerit īductionē forme p̄fectiōis digōnis: apparēt digōnis sigª p̄fecta. Si vero calor ex̄neꝰ īpresserit appebūt ꝯria signa in vltimatis malitijs vrinaruȝ.

Dubm̄ 4m̄ ¶ Sȝ īstabit q̄s ꝯ dicta: p̄ q̄ꝛ in p̄nº vel augmēto pōt dici talis status in quo fiat talis pugna vehemēs cū victoria morbi supra nāȝ vt cū tunc occidit. ¶ Dōm q̄ sicut vera crisis ad salutē fit in statu p̄cedētibꝰ digōnis signis: sic crisis illi opposita. s. ad mortem que potest dici vera crisis: fit in statu precedentibꝰ signis ꝯrijs digōni: bm̄ quā imaginationē dixit Hipp. 3º p̄no. in febribꝰ idē terminus his ad salutē: his vero ad mortē. hec tn̄ alibi sunt discutiēda.

Dubm̄ 5m̄ ¶ Scd̄o dicet q̄s accn̄tia que Aui. ītellexit debuit zº ponē cum sequant̄ post digōnē factā iā nā tētāte expulsionē. ¶ Dōm q̄ nō est curāduȝ de postpositione aut an̄positione bmonis. ¶ Uel dōm q̄ accn̄tiū vltimatio ꝛ vehemētia nō solū fit ex pugna diuisiua bȝ locū ꝛ expulsiua materiei que pugna fit post digōnez vt īnuit Gal. in cōmē. afor. zz. 4. p̄ti. Egritudinibus quibuscūq; īcipiētibꝰ. sed etiā ex pugna cōplemēti digōnis ꝛ p̄prie si in mā addit̄ putrefactio sicut digō vt nos. alibi discussimus. est ℥ vehemēs pugna: q̄ꝛ siue sit morbꝰ salubris siue mortalis est in maiori suo eē: ꝛ q̄ntum ad hoc dixit. vehemēs fit pugna. ꝛ ēt vehemēs pugna: q̄ꝛ accidentia fiunt cretica: ꝛ quantuȝ ad hoc dixit est hora pugne. ¶ Tertio notificat statū ex tp̄e perdurationis ꝛ est q̄ in morbis acutis nō multū durat status in pluribus vno vel tribꝰ paroxismis: sed in macronoxijs. i. chronicis pōt durare pluribus paroxismis q̄ fortasse sunt sil'es in suis dispōnibus ex eo q̄ sunt oēs paroxismi status. ꝛ dixit fortasse p̄pter cōtingētes in hoc varietates.

Dubiū 6m̄ ¶ Dubitāt p̄ rudes: q̄uō dicit q̄ in statu appet victoria vniꝰ sup̄ altero: cū hoc fit in declinatione. ¶ Dōm q̄ in declinatiōe. s. in morbo salubri appet victoria virtutis actu p̄ eūonem materie: sed in statu appet iudicio p̄nostico p̄ signa digōnis certificata: ꝛ sic apparet iudiciū sup̄ salute: aut p̄ ꝯria signa ꝛ appet sup̄ morte.

Dubiū 7m̄ ¶ Dubitāt zº q̄uō statꝰ est finitꝰ in vno poxismo cū poxism̄ hēat declinationē ꝛ in d̄clinatione morbꝰ fit debilior: in statu āt dȝ esse fortior. Ampliꝰ dicūt in sequēti poxismo erit d̄clinatio: sȝ in d̄clinatiōe morbꝰ dȝ eē d̄bilior: sed h̄ nō erit: īmo fortior saltē in statu paroxismi q̄ fit in d̄clinatiōe p̄cedētis poxismi q̄ fuit in statu: ī d̄clinatione ℥ q̄ntū ad aliq̄ p̄tē morbꝰ erit fortior q̄ in statu.

Dubm̄ 8m̄ ¶ Dubitant 3º: q̄uō dicit q̄ cognoscit̄ in poxismo q̄ seq̄t̄ cū. G. in p̄ de crisi. doceat cog̃scē statū q̄n̄ est ꝛ q̄n̄ futurus est. ¶ Ad p̄m̄ dōm q̄ cū statꝰ sit hora molestior nō pōt in acutis q̄ sūt molesti multū durare. in chronicis āt pōt. Et tūc dicemꝰ q̄ si febris ꝯtinua sit q̄ in hora d̄clinatiōis poxismi statꝰ morbꝰ est fortior q̄ ī statu poxismi d̄clinatiōis. Si āt febris sit īterpolata idē forsan possemꝰ ītelligē: tn̄ securiꝰ est dicē q̄ statꝰ ī illo discernit̄ magis ex alteratiōe māe: lȝ ēt poxism̄ illaꝝ īterpolataꝝ q̄ est in statu sit difficilior in accn̄tibꝰ q̄ poxism̄ d̄clinatiōis cōparādo totū poxismum toti poxismo ꝛ p̄portionabil'r p̄tē p̄ti vt p̄nm̄ p̄nº ꝛ augm̄ augmento ꝛc. ¶ Ad vltimū dōȝ q̄ lȝ statꝰ cognoscat̄ in p̄ntia q̄n̄ est: tn̄ tūc est certificata notitia q̄n̄ transiuit ꝛ appet declinatio. ¶ Et illic. h̄ addit ad declarādū q̄d dixit. appet victoria vnius ambaꝝ ꝛc.

¶ Et declinatio quidē est hora in qua calor īnatꝰ iaȝ dominat̄ materiei ꝛ vincit eam ꝛ existit in cōgregatione eius separatione. s. rei post rem: ꝛ tūc alleuiat̄ caliditas caloris occulti ꝛ expellit̄ ad extremitates donec resoluit̄: ꝛ multotiens ingrossatur.

¶ Considerāduȝ q̄ aliū modū seruat in notificādo declinatiōez: q̄ꝛ nō ex p̄te alteratiōis māe cū iā sit alterata p̄fecte in statu: ꝛ ideo sibi ꝛ statui cōicat q̄ sit mā digesta: ꝛ q̄ꝛ declinatio est in morbo salubri: ꝛ iō nō pōt in ea eē dispō digōni ꝯria. Notificat ℥ eā ex eo q̄d est sua cā. s. victoria caloris sup̄ māȝ. hec āt victoria est ī actu expulsiōis ꝯueniētis. expulsio enī ꝯueniēter fit cū sepat̄ nocitiuū a iuuatiuo retento iuuatiuo ꝛ nocitiuo expulso: ꝛ iō dixit existit in ꝯgregatiōis eiꝰ sepatiōe. i. expulsionis. in expulsionibꝰ. n. malis synthomaticis calor nālis nō stat in sepōne ꝯgregatiōis: īmo totū aggregatū ex bono ꝛ malo p̄cipitat̄ ꝛ expellit̄. in hac aūt separatione fit gradata expulsio. s. p̄tis post p̄tē sic gradatiȝ p̄s post p̄tē separat̄. ¶ In expulsione igit̄ cretica ꝯuenienti ꝯsideramꝰ tria. Primo debitā formā expulsiōis q̄ est regulata gradata separando bonū a malo q̄d nō fit in synthomatica: ꝛ q̄ntuȝ ad h̄ dixit. existit in sepōne ꝯgregatiōis. in sepatiōe dico rei post rē. i. māe post māmm: vt dicat̄ expulsio ꝛ nō p̄cipitatio. ¶ Cōsideramꝰ zº effectū qui ex h̄ seq̄tur: q̄ꝛ alleuiat̄ calor visceꝝ vbi tenebat̄ mā: ꝛ iō dixit. caliditas occulti. ¶ Tertio ꝯsideramꝰ locuȝ ad quē expellit̄: q̄ꝛ ad

q̄ꝛ ad

q2 ad extremitates.i.ex corp⁹.⁊ hoc est qđ dicit.donec resoluit̃.i.ex toto recedit se.vl̃ resoluit̃.i.finit̃ mã ĩ hac euone. Iã.n.al's ondim⁹ ꝙ h̃ vocabulũ resoluit̃ ab Aui.cadit ĩ mult̃ varijs sigtioib⁹: vñ 2° cañ.ca.4.cũ logt̃ de medicĩa stupefactiua dic̃ ⁊ resoluit̃ cõplo mẽbri.i.ostruit̃ cõplo mẽbri. Et q2 aliqñ nõ expellit̃ ad extremitates ita ꝙ resoluat̃.i.ex toto finiat̃ mã:imo retinet̃ in aliq̃ mẽbro:⁊ fit crisis ꝑmutatiõis.s.apañ:ideo subdit.⁊ multotiẽs ingrossat̃.i.apostematur pars aliqua in expulsione materie:⁊ est modus loquendi hic Auicẽ.consuetus alibi. Alij tamen exponunt ingrossat̃.s.materia per expulsionem subtilis ⁊ remanentiã grossi.

Dub. 9.

¶ Sed si querer̃:an notificatio augmenti status et declinationis predicta competat his tẽporibus paroxismi. De principio enim iam apparuit ꝙ sic. Dicẽdũ ꝙ omnes he notificationes integre cõueniunt tẽporibus vniuersalibus quantũ ad aliquas partes.ẽt cõpetere possunt tẽporib⁹ paroxismi.in augmento eñi paroxismi caliditas cõmouet̃ supra mãm sub qua iacebat suffocata in principio:in statu etiã paroxismi est pugna ⁊ vltima inflammatio in mã ⁊ in declinatione iam calor dominat̃ materiei. Sed q2 hi modi loquẽdi nõ sunt ita ꝓprij in tẽporib⁹ particularib⁹ sicut in vniuersalibus: Aui.in sequẽti caplo ponet moduʒ habendi calorẽ in temporib⁹ paroxismi.nos etiaʒ diffuse dedimus diuersitatem in qõne nostra de ꝓlongatione febrium.

¶ Et stat⁹ qdẽ diuersificat̃ in egritudinib⁹. Egritudinũ enim valde acutarũ longinquior stat⁹ est vsq₃ ad q̃tuor dies:⁊ febres effimere sũt de hac summa: verũtamẽ ipse nõ numerant̃ acute:qm̃ nõ sufficit in acuitate egritudinis vt sit status eius ꝓximus:imo sit de egritudinibus habentibus timorẽ. Et sequuntur eas febres acute absolute non valde:⁊ sunt ille quarũ stat⁹ ꝑuenit vsq₃ ad.14.dies:⁊ qđ ẽ supra id. Et cognitio quidẽ egritudinũ acutarũ in ordinibus suis ⁊ chronicarũ est iuuatiua in regimine cibi egri ſm ꝙ dicem⁹ in sequẽtib⁹. Et plures qdẽ febriũ cõplẽt principiũ ⁊ augmentũ ⁊ statũ in ꝑoxismo vno: ⁊ faciunt paroxismũ aliũ declinãdo. Et febres qdeʒ diuersificant̃ in his tẽporib⁹ de eis qdẽ sunt q̃rũ augmẽtũ ꝓlõgat̃:⁊ de eis sũt q̃rũ declinatio ꝓlõgat̃.

¶ Hic vt cõpleat scientiã ponit quatuor cañ. In ꝑmo vult innuere diuisionẽ morboꝝ quã ponit.G.3.de creticis.ca.vlti.⁊ in cõmẽ.tertij ꝓno.12.cõmẽ.⁊ in multis locis.s.ꝙ morbi qdã sunt peracuti qui terminant̃ in ꝑma q̃rta:⁊ lʒ effimera terminet̃ qñq₃ in q̃rta die vt que est ex oppilõne vel añ:nõ tñ est acuta ꝑꝑ cãm quã dic̃ ⁊ est ſmo.G.in cõmẽ.affo.acutoꝝ morboꝝ.19.ꝑticule scđe.s.qdam aũt sunt acuti absolute.de qb⁹ dic̃ Hippo.afoꝛ.23.ꝑticule scđe ꝙ terminant̃ in.14.dieb⁹:⁊ qđ ẽ supra q2 large sumẽdo acutas extẽdi pñt ad.20.⁊ si sumant̃ ĩpꝛoprie ꝑ acutis tropicis terminant̃ in 40.dieb⁹ vt dixit Gal.ꝓno.ꝑ.28.cõmen.⁊ inuit ꝙ sunt aliq morbi chronici q extẽdũt se ad mẽses ⁊ ãnos. ¶ Scđs cañ.est mor⁹ ei q sit ꝙ regimẽ vl̃r ordinat̃ ad statũ vt Hippo.ĩtelligit ꝑma afoꝛ.10.afoꝛ.cũ dixit.qb⁹ ꝗ ꝯtinu⁹ est stat⁹.dixit aũt in ordinib⁹:q2 acute sunt ordinũ diuersoꝝ:q̃dã terminabiles in q̃rta:q̃daʒ in septima: q̃dã in.14.⁊ sil'r varie sunt chronice:⁊ q̃libet ĩdiget sua cibatiõe vt appebit in ca.de cibatiõe febricitãtiũ. ¶ Terti⁹ cañ.est sermo ẽt G.in ꝑ de crisi.c.3.⁊ iã dict⁹ supra ꝙ plures.i.q̃dã cõplẽt in ꝑoxismo vno.i.hñt ꝑnᵐ augmẽtũ ⁊ statũ in vno ꝑoxismo:⁊ in 2° declinãt:vel plures.i.multe cõplẽt q2 in vno ꝑoxismo est stat⁹:ſʒ alia tꝑa sunt in plurib⁹ ꝑoxismis ante illũ paroxismũ stat⁹. ¶ Quartus cañ.est q̃dã febres hñt longũ augmẽtũ:⁊ quedã lõgã declinationẽ sicut apparet in augmastica ⁊ peraugmastica fe.⁊ sic intelligit ꝙ q̃dã hñt longũ principiũ ⁊ quedã statũ.hic aũt cañ.expectat declarationẽ in cap.infra illo.febris que est ꝓpter putredinẽ ⁊c̃.

¶ Cognitio horaꝝ vl'iũ egritudis ⁊ ꝓpe stat⁹. Ca.4ᵐ

COgnitio horarũ egritudinis vl'ium qñq₃ est ex spẽ egritudinis. Nã spasm⁹ siccus ⁊ epilepsia ⁊ apoplexia ⁊ squinãtia sunt ex acutis valde. Et tertiana pura ⁊ causon de acutis non valde. Et quartana ⁊ paralysis de macronoxis.

¶ Iã determinauit de horis febriũ ostẽdẽdo qd sint:hic docet illas cognoscere:⁊ q2 stat⁹ est tꝑs cui⁹ notitiã maxime opʒ medicũ hẽre:vt ꝑ de crisi.c.3.⁊ ꝑ⁹ ꝑti.afoꝛ.cõmẽ.9.iõ dixit ⁊ ꝓprie status. Prio docet cog̃scẽ tꝑa vl'ia. Scđo ꝑticularia.ibi(Cognitio aũt.)

Cognoscunt̃ aũt tꝑa morbi vel per signa que vocat.G.⁊ Hippo.ꝑapparẽtia vel per signa postapparẽtia. Et iõ ꝑ per ꝑma signa.s.ꝑapparẽtia docet illa cognoscẽ. Scđo per postapparẽtia.ibi(Et qñq₃ cognoscunt̃ ex ꝑte digõnis.)vel ibi(Et qñq₃ cog̃scunt̃ ex dispositione euonũ.) ¶ Cõsiderãdũ aũt ꝙ signa q̃ vocant̃ ꝑapparentia sunt tria.s.spẽs egritudinũ circuituũ ĩcremẽta tꝑa ãni cũ sibi silib⁹ vt appet ex afoꝛ.⁊ cõmẽ.12.2ᵉ ꝑti.,s.ꝑoxismos. Prio ꝗ docet cognoscere tẽpora vl'ia per speʒ egritudinũ. Scđo per circuituũ incremẽta ⁊ ĩmiscet de tẽporib⁹ anni.ibi(Et qñq₃ ex motu.) ¶ Cõsiderandũ ꝙ notitia que ex h̃ habet̃ est valde ꝯfusa:solũ.n.scio ꝙ status est principio ꝓpinquus vel longinquus.si.n.scio ꝙ morb⁹ est acutus scio ꝙ status principio ꝓpinqu⁹ est:⁊ tẽpora sunt breuia sicut spasmus sicc⁹ est acutus:q2 cito occidẽs.s.vl'is spasm⁹.

Dub. p.

¶ Sed querit Thade⁹ quid dõm sit de spasmo humido. Respõdet ꝙ est magis acutus q2 magis subito aduenit:nõ aũt intendimus in hoc insistere:q2 considerans esse istoꝝ spasmoꝝ cum iam sunt actu videbit ꝙ sermo Thadei non est oĩno verus.

Dub. 2.

¶ Et epilepsia.) Cõtra q2 Rasis.18.ꝯtinẽtis.7.cap.ponit epilepsiã morbũ longũ. Dõm ꝙ hic est sermo de epilepsia ꝑoxismi vni⁹ non de tota epilepsia. Sed contra.q2 hic docent̃ cognosci tempora vniuersalia. Dicendũ ꝙ vtit̃ loco ex hoc sermone.

Dub. 3.

¶ Apoplexia.) Contra q2 de materia frigida grossa. Dõm ꝙ q̃dã apoplexia fit de materia calida. Uel dõm ꝙ dicit̃ morb⁹ acutus ex parte materie:q2 sit calida:⁊ talis nõ est apoplexia ſm plurimũ.vel ex parte accidentiuʒ siue nobilitatis loci:⁊ talis est apoplexia ⁊ etiã squinãtia:cito enim prauitate accidentium occidũt vel cito accidit liberari tertiana proprie ꝯtinua vel interpolata.

¶ Et qñq₃ ex motu egritudinis. nã si paroxismi sunt breues significãt ꝙ stat⁹ est ꝓpinqu⁹ sic̃ in tertiana pura:tẽpus.n.ꝑoxismoꝝ ei⁹ est ex trib⁹ horis vsq₃ ad.14.horas:⁊ si sunt ꝓlixi sigñant ꝙ mã est grossa ⁊ status lõginqu⁹ sicut in tertiana nõ pura. Et si nõ fuerint illic ꝑoxismi:imo materia ei⁹ fuerit acuta sic̃ synochi:tũc egritudo erit acuta. Et si fuerint signa ei⁹ signa materie frigide grosse aut decliuis ad grossitudinẽ:tũc egritudo erit nõ acuta:⁊ si remãserit cũ dispõne sua:tunc egritudo nõ erit illius acuitatis.

¶ Incremẽta circuituũ siue ꝯditiones ꝑiodoꝝ siue ꝑoxismoꝝ sũt q̃tuor. Lõgitudo ⁊ breuitas:⁊ docet cognoscere tꝑa morbi. Scđa est columitas ⁊ incolumitas eoꝝ:⁊ docet scđo per hoc cognoscere.ibi(Et qñq₃ ex virtute.) Tertia anticipatio ⁊ postpositio:⁊ docet per illa cognoscere.ibi(Et cognoscunt̃.) Quarta multitudo ⁊ paucitas accñtiũ:⁊ docet ex h̃ cognoscẽ.ibi(Et silr.) ¶ Cõsiderãdũ ꝙ Aui.sumit hic tꝑs late.s.ad magnũ ⁊ paruũ ad qđ se extẽdẽ põt tertiana:⁊ iõ dixit a tribus horis ad.14.quãdoq₃ tamẽ auctores sumunt tẽpus qđ cõmuniter euenit ⁊ vtplurimuʒ:sicut Gal.2.de crisi cap.3.cũ dicit ꝙ est.12.horarũ:⁊ Auicẽ.infra.

Dub. 4.

¶ Dubitat̃ vtrũ ex breuitate ꝑoxismoꝝ arguam⁹ statũ ꝓpinquũ: ⁊ ex longitudine statũ remotũ. Uidet̃ ꝙ nõ:q2 Gal.3.de crisi.4.cap.ex lõgitudine partiũ ꝑoxismi arguit ꝯtiuari febrẽ:vel feb.eẽ ꝯtinuã siue hec appropriat ꝯtinue:ſʒ breuitatẽ appropriat ĩterpolate.febris aũt ꝯtinua breuior est:q2 acutior q₃ interpolata.18.ꝯtinẽ.7.cap. Ampli⁹ cũ ꝑoxismi sũt lõgi tũc est stat⁹ q2 ĩ statu labores ⁊ accñtia vltimant̃. In ꝯ̃riũ Aui. Dõm ꝙ in eadẽ egritudine nõ significam⁹ ſm hũc modũ:sed cũ ꝑoxismi sũt lõgi:tũc est stat⁹ vt argutũ est. In diuersis aũt cõparat̃ adiuicẽ põt accidere lõgitudo ⁊ breuitas vel ex nã mãe:⁊ tũc sigñam⁹ vt.A.dic̃.lõgi.n.ꝑoxismi vt flegmatice vel q̃rtane vel tertiane nõ pure sigñant statũ lõginquũ:sed breues sigñant statũ ꝓpinquũ. Uel põt accidẽ ex mõ mor⁹ siue loco mãe:vñ est ꝯtinua vel ĩterpolata:⁊ tũc ẽt nõ iudicam⁹ vt Aui.dicit. Et q2 h̃ iudiciũ datũ ex lõgitudine ⁊ breuitate ꝑoxismi est ꝯfusuʒ:⁊ nõ verificat̃ nisi cõspecta nã mãe:iõ Aui. dixit:sigñant ꝙ mã ẽ grossa.ꝑᵐ ꝗ qđ cadit de iudicio ex lõgitudĩe ꝑoxismi alicui⁹ ẽ ꝙ morb⁹ sit lõgus:sed tũc certificat̃ h̃ iudiciũ ꝙ tũc erat ꝯfusuʒ cũ vides ꝙ mã est grossa. Ex qbus ꝯ̃ria cessant.

¶ Et si nõ fuerint.) Hic sermo põt esse sermo per se vt dicat̃:si vides signa grosse mãei qñ vides ꝑoxismos ꝓlõgari tũc morb⁹ nõ erit acutus:⁊ totũ hoc dixit vt faceret te scire ꝙ certitudo hui⁹ signi pẽdet ex certificata nã mãe. Et põt esse sermo q est alterum mẽbrũ diuisionis vt dicamus ꝙ egritudines mãles vel hñt ꝑoxismos vt febres ĩterpolate ⁊ ꝯtiue ꝓportionales ⁊ sũt ꝑoxismi lõgi vel breues:vel nõ hñt paroxismos vt synocha ⁊ hydropisis: ⁊ tũc vel hñt signa mãe acute.i.calide:⁊ erit morb⁹ acut⁹ breuis vel signa frigide grosse vt hydropisis ⁊ nõ est morbus acutus.

¶ Et si remãserit.) Hec lr̃a põt primo exponi sic.i.si paroxismi eadem hora inuadant:vt sit sermo illius afoꝛ.30.4.parti.quibus exacerbationes.⁊ nõ videt̃ hec expositio ad mentẽ.A.cũ hec nõ lo-

quaꝛ̃ de anticipatione vel postpositione: nec per p̄ns de eq̄li inuasione. ¶ Scd̄o mō exponiꝛ̃ vt velit dicere si egritudo in prima periodo nō hʒ aliq̄ꝫ permutationē creticā siue aliqđ vestigiū crisis nō erit acuta sed longa vt sic ille afoꝛ.50.pti.4. In febrib⁹ apostema nō solutū ad p̄mas crises ⁊c̃. ⁊ dicte due expōnes sunt Dy. ¶ Tertio pōt sic exponi. si paroxism⁹ remanserit cū dispositione sua. s. media inter longitudinem ⁊ breuitatē: tūc morbus erit medie dispōnis: vt febris flegmatica respectu cholerice ⁊ melīce. ¶ Quarto mō exponiꝛ̃ ⁊ si remanserit. s. signū significās cum dispositione sua: s. media inter signa materiei grosse ⁊ materiei subtilis: q̄ꝛ significat materiā q̄si mediā egritudo nō erit illius acuitatis: ⁊ he due expositiones sunt nostre.

¶ Et q̄n̄qꝫ ē ex virtute egri cui velociter aduenit debilitas quare est egritudo acuta: aut nō apparet illud ⁊ est egritudo nō acuta. Et quādoqꝫ est ex etate ⁊ tēpore. naʒ in tēpore calido ⁊ etate calida festinat status egritudinū: ⁊ in tēporibus frigidis ⁊ etatib⁹ frigidis tardaꝛ̃ status egritudinū ⁊ simil'r est dispō regionū. Et ex pulsu. nā si est velox frequens ⁊ magnus tunc egritudo est ad acuitatē decliuis: ⁊ si nō tunc nō est acuta. Et ex rigore. nam si est ꝓlixi spatij tūc egritudo est decliuis ad ꝓlixitatē: ⁊ si est breuis spatij tunc egritudo ad acuitatem tendit. Et q̄n nullo mō est rigor tunc abbreuiaꝛ̃ eius extensio.

a.l. retētio
a.l. itensio

¶ Hic docet cognoscere tēpora morbi ex virtute: ⁊ q̄ꝛ virtute apparente forti: paroxism⁹ pōt dici icolumis: sed eadē cadēte diciꝛ̃ prau⁹: ⁊ iō dixim⁹ q̄ docet cog̃scē tpa morbi ex columitate ⁊ icolumitate. Et p̄ h. Scd̄o ex. q̄busdā alijs. ibi (Et q̄n̄qꝫ est ex etate.)

Dub^m 5^m

¶ Dubitaꝛ̃ an ex debilitate virtutis arguam⁹ morbū breuē vel lōgū. Qđ lōgū ex scd̄o de diffe. feb. vlt. ca. ¶ In ꝯriū hic. A. ¶ Si vis huius dubitationis diffusam ⁊ ꝓlixam solutionē vide Thadeuʒ sup afoꝛ.70.4. parti. q̄bus vrine ꝯturbate velut subiugaliū. Solutio aūt clara mea ⁊ Dy. est q̄ morbus vel est mortalis: ⁊ tūc virtus quāto debilior tanto morbus breuior: vt notū est: ⁊ sic Aui. loquiꝛ̃ hic vnde dixit. q̄n̄qꝫ. q̄ꝛ in morbo mortali vel est salubris: et tunc quanto debilior tanto longior: ⁊ sic loquitur Gal'.

Al. mutaꝛ̃

¶ Et q̄n̄qꝫ.) Hic ponit alia signa ⁊ appet q̄ siquis nō vult mēdicare vocabula Hippo. ⁊ Gal'. q̄b⁹ vtunꝛ̃ in afoꝛ.12. s. paroxismos et cōsistentias. ⁊ p̄° de crisi cap.5. Aliter ⁊ clarius diuidet istas ptes vt dicaꝛ̃ q̄ ea q̄bus cognoscimus tēpora morbi vl'ia sunt. Primo spēs egritudinis. Scd̄o q̄ntitas paroxismoꝝ. Tertio virt⁹ fortis vel debilis. Quarto etas. Quinto tpa anni. Sexto regiones. Septimo pulsus. Octauo rigor ⁊c̃. Et dico istā viam esse clariorē: q̄ꝛ difficile est saluare significata vocabuloꝝ Hippo. ⁊ Gal'. q̄bus dicunt: q̄ signa q̄dā sunt p̄apparētia: q̄dā sunt postapparētia. male enī ista sic distinguunꝛ̃ vt al's dixim⁹: tn̄ est credēdū q̄ apud grecos hec vocabula ꝓprius significāt q̄ꝫ apud nos: ⁊ qđ dicit patet.

¶ Et ex pulsu.) Causa est: q̄ꝛ pulsus velox frequēs magnus significat forte incendiū: ⁊ ideo cito erit crisis. dixit aūt q̄ si nō tūc non est acuta ⁊ nō dixit est longa: q̄ꝛ posset esse breuis secura.

¶ Et ex rigore.) Causa est q̄ꝛ ꝓlixus rigor significat mām̄ grossaʒ tarde iflāmabilē ⁊ ecōtra breuis rigor. Dicit post q̄ q̄n nullo mō est rigor abbreuiaꝛ̃ eius. s. febris retentio. i. remanentia.

Dubiū 6^m

¶ Sed ꝯtra: q̄ꝛ tertiana nō vera est ꝓlixior q̄ꝫ vera: ⁊ tn̄ q̄n̄qꝫ non incipit cū rigore vt infra ponit Aui. ¶ Dōm q̄ rigor hic sumiꝛ̃ large pro oī typo siue sit ꝓprie rigor siue horripilatio vel horror vel circūinfrigidatio vel frigus. Accidit aūt q̄ febris nō hʒ typuʒ vel q̄ꝛ ꝯtinua: ⁊ tunc breuis est: vel q̄ꝛ materia benigna vt in dulci flegmate: ⁊ tunc etiā est breuis. ¶ Ad id qđ Aui. dicit infra: dōm q̄ lʒ nō sit rigor est tn̄ ibi aliquis typus: vel pōt dici q̄ si nō sit rigor vl' typus posset contingere ex grossiore talis materie que tarde mouetur vt sicut moueꝛ̃ ita calefiat ⁊ nō faciat typum: tunc talis febris erit prolixa: ⁊ de hac nō est hic sermo Aui.

¶ Et cognoscunꝛ̃ hore egritudinis q̄n̄qꝫ ex p̄te horarū paroxismoꝝ. Nā si fuerint ꝓcedētes ſm antecessionē superfluētē: ita vt vnus ān̄cedat superfluitatē alteri⁹ tendēs ad additionē: tunc egritudo erit in augmēto: q̄m̄ de egritudinib⁹ sūt que currūt vsqꝫ ad finē horarū suarū ſm augmētū: ⁊ sūt q̄n̄qꝫ de genere tertiane ⁊ de genere assidue. Si aūt steterit ān̄cessio ⁊ steterint superfluitates: tunc sine dubio erit egritudo in statu. Et seruās horā vnā est lōgi: spatij: ⁊ si postponunꝛ̃: tūc egritudo est in declinatione.

¶ Considerandū ſm Gal'. p̄mo de crisi. ca.3. ⁊ Raꝛ̃.18. ꝯtinē.7. cap. Anticipatio paroxismoꝝ quedā est absoluta: vt q̄ secūdus antecedit primū per vnā horā: ⁊ secūdus 3^m per vnā horaʒ ⁊ sic deinceps: ⁊ talis anticipatio nō significat augmentum nec postpositio declinationē. Et rō est: q̄ꝛ hoc pōt esse ex natura egritudinis: inueniꝛ̃ enim aliqua febris que semper anticipat a principio vsqꝫ ad finē ⁊ aliqua que semper declinat: ⁊ hoc est qđ Auicē. dicit: q̄m̄ de egritudinibus sunt ⁊c̃. Alia est anticipatio nō absoluta sed superfluens. v̇.g. antecedit secūdus paroxismus primū in vna hora et tertius 2^m in duabus vel tribus ⁊ quartus tertium in tribus vel quatuor: ⁊ talis anticipatio significat augmentū: ⁊ opposita postpositio significat declinationē: ⁊ hoc est qđ dicit Aui. nā si fuerint ꝓcedentes ſm antecessionē superfluentē. i. excedentē multū: ita vt vnus antecedat precedentē in sua antecessionē: ⁊ addat: ⁊ hoc est qđ dicit tendens ad additionē: tunc est in augmēto. ⁊ q̄ talis antecessio significat augmentū ⁊ nō quecūqꝫ apparet q̄m̄ sunt alique egritudines que crescūt vsqꝫ ad finē ⁊c̃. ¶ Cōsiderādū scd̄o q̄ littera que dicit. ⁊ si iā steterit. pōt dupliciter exponi. Primo si stat anticipatio nō solū absoluta sed anticipatio eius qđ superfluit: ⁊ hoc est qđ dicit. steterint sup̄fluitates. tūc egritudo erit in statu. Alio mō q̄ Aui. ēt nō sit securus in dando iudiciū de augmēto per anticipationē q̄ꝫtūcūqꝫ sit sup̄fluēs: nisi cum h̄ sint accn̄tia addita ⁊ reliq. Sil'r nō daꝛ̃ iudiciū i statu p̱ remanētiā p̱oxismoꝝ ineq̄li inuasione nisi sint vltimata accn̄tia. nā equalis inuasio absolute pōt significare principiū morbi ⁊ morbū longū: vt appet ex afoꝛ.30. q̄rte p̱ticu. Quib⁹ exacerbatiōes. ⁊ iō dixit. si steterit anticipatio ⁊ sup̄fluitates. i. accn̄tia i sui vltimitate. ⁊ referꝛ̃ hic sermo ad illud qđ dixit: vt vnus antecedat sup̄fluitatē alteri⁹. i. vn⁹ antecedat supra illđ qđ addit supra aliū tēdēs ad additionē. s. accidentiū: lʒ de hac notitia tēpoꝝ morbi ex p̱te accn̄tiū stati distīcte sit locut⁹: h̄ tn̄ dixit de ea vt certificaret notitiā ex p̱te anticipationis ⁊ postpositionis. ¶ Et seruās horā vnā. Hic est afoꝛ. ille 30. q̄bus exacerbationes aut paroxismi. ⁊ indigeret multa discussione: cōiter enī diciꝛ̃ q̄ equalis inuasio paroxismoꝝ. s. cuʒ signis cruditatis ⁊ accidētibus remissis significat egritudinē longam: q̄ꝛ existentē in principio cū mā grossa vel cruda. G. aūt in cōmento eius afoꝛ. vult q̄ fixio ⁊ stabilitas inuasionis significat mām̄ īdigentē longo spatio ad digestionē: q̄si velit q̄ sit pugna eq̄lis inter nām̄ ⁊ mām̄: ⁊ est sermo ꝯsimilis tertio ꝓno.7. cōmēto. ⁊ hec equalis pugna est: q̄ꝛ nā se hʒ eodē mō in suis dispōnib⁹ respectu virtutis: ⁊ ideo nec victa vt fiat salus nec vincens vt fiat mors: ergo morbus longus: sed cum hoc inordinatio etiaʒ significat vel potest significare morbum longum.

Dubiū 7^m

¶ Et est dubiū an equalis inuasio paroxismoꝝ significet morbum longiorem q̄ꝫ inordinatio. Et forsan oporteret dicere q̄ inordinatio que fit casu virtutis significat breuiorē fineʒ ad mortē: sed inordinatio ex diuersitate materie pōt significare longiorē morbuʒ inquantū significat materias diuersas. Et tu ꝯsidera.

Dubiū 8^m

¶ Dubitāt p̄ q̄re anticipatio sup̄fluēs significat augmētū: postpositio declinationē: eq̄lis statio principiū vel statum. ¶ Et dicūt q̄ materia existente vniformi de se semper equali tēpore iuaderet: cū ergo natura manifeste moueꝛ̃ ꝯtra māʒ sicut est in augmēto: tūc accelerāt paroxismi. q̄n aūt natura despicit eā: tūc postponūt p̱oxismi: ⁊ hoc est in declinatione. ¶ Hic sermo est multū diminutus: vt apparet: ⁊ videꝛ̃ q̄ ad duas cās possit reduci. Prima est eq̄litas ⁊ ineq̄litas pugne. in p̄n°. n. ⁊ statu pugna vr̄ satis eq̄lis. in p̄ncipio q̄dem equalis q̄ꝛ nō aucta: sed stat mā cruda. in statu ꝟo eq̄lis: q̄ꝛ nō augmētabilis: ⁊ iō. p̱oxismi q̄ sunt p̱oxismi pugne sūt in horis iuasionis eq̄les. In augmēto ꝟo ⁊ declinatione videꝛ̃ inequalitas quedā pugne. in augmēto q̄dē per agitationē quā facit nā in mām̄: ⁊ iō mā festine moueꝛ̃ siue sit agitatio bona quā facit nā in mām̄ siue sit mala quā facit mā in nām̄: vel calor putredinalis malus in mām̄. in declinatione ꝟo p̱p̱ victoriā. ¶ Scd̄a cā est q̄ntitas ⁊ motus māe cū sil'i dispōne q̄litatū que est in p̄n° ⁊ statu. qđ. n. moueꝛ̃ p̄mo ⁊ scd̄o in p̄n° ⁊ statu est par in q̄ntitate ⁊ q̄litate: sed in augmēto ⁊ declinatione est impar ⁊ dissimile: vt notum est: ⁊ q̄ꝛ hec sunt possibilia aliter se habere: iō ꝯtingit in principio fieri anticipationē: ⁊ etiā postpositionem: ⁊ in augmēto postpositionem: ⁊ in declinationē anticipationem. Et tu considera.

Al. acuta.

¶ Dubitaꝛ̃ scd̄o q̄re fe. aliq̄ ꝓcedūt semp̱ addēdo sic q̄dā tertiane ⁊ quotidiane: ⁊ q̄dā semp̱ postponēdo vt ēt q̄dā tertiane ⁊ quotidiane. ¶ Dicūt isti. s. Thade⁹ ⁊ oēs q̄ sequunꝛ̃ eū q̄ cā ē māe difformitas in grossitie ⁊ subtilitate. si eniʒ incipiat p̄mo putrefieri mā subtilis ⁊ successiue grossior in illa semp̱ p̱oxismi ibūt postponēdo q̄ꝛ mā grossior tardi⁹ mouebiꝛ̃. si aūt icipiat mā grossior ⁊ ꝓcedat ad subtiliorē ibūt s̄p̱ anticipādo. ¶ Sed tūc istat Tha. q̄uo pōt p̄us moueri mā grossa q̄ꝫ subtilis. Dōm ꝓpter ꝓpriā aliq̄ꝫ dispositionē: sicut in aliquo putrefit flegma ⁊ nō cholera. ¶ Si aūt consideras istoꝝ sermones isti nō p̄nt dare cāʒ istā nisi in feb. q̄ trāseūt de grossis māeb⁹ ad subtiles vel ecōtra. Sed iam sensus ostendit

q̄sdā tertianas satis puras ⁊ de materia in substantia satis vniformi ꝓcessisse semper anticipando: ⁊ in quibusdā semper postponendo: ⁊ sunt paroxismi sibiipsis satis ꝯsimiles. ¶ Nos autem dicemus hic posse esse causas multas de qbꝰ aliquas dicemꝰ ex ꝑte corꝑis: ⁊ aliquas ex ꝑte mãe. Et ex parte qdē corꝑis accidit ꝙ hō est satis sensibilis in suis membris: sed sanguineitati ꝓpinquus: ⁊ humidus in eis: ⁊ in ꝑ̄ncipio mã cholerica occurrit eis tectis. cū aūt ꝓcedūt ꝑoxismi semꝑ magis detegunt: ⁊ magis et citiꝰ a mã noua mordent: q̄re festināt ꝑoxismi. in quodā aūt alio corꝑe mã que ꝑoxismaliter mouet posset gradatim addere sensus obtusionē q̄re postponēt ꝑoxismi. Ex ꝑte aūt mãe. nā ꝓpter multas ꝯtingētes causas pōt inchoare febris in primo ꝑoxismo cū aliq̄ mãe q̄ntitate ⁊ ꝯtingēs est oēm scdam mãm eē ꝑ̄ma ampliorē vel mordatiorē: etiā si sit digesta vel sit in declinatione ⁊ sic semꝑ anticipabūt ꝑoxismi. ¶ Sed tu dices fm h̄ in declinatiōe posset fieri ꝑoxismꝰ de mã ampliori q̄ꝫ in statu. Dōm duplr. Primo ꝙ ille vltimus paroxismꝰ fuit statꝰ ⁊ declinationis. Uel dōm ꝙ nō est incōueniēs: sed lꝫ mã sit amplior erit obedientior virtuti. Et tu ꝯsidera ꝙ multe cause possunt accelerare motū paroxismalē quāuis febris sit in declinatione.

¶ Et similiter cognoscit dispō horarū ex augmento accidētiū febris ⁊ statiōe eoꝝ ⁊ declinatiōe ipsoꝝ ⁊ ex additione ꝑoxismoꝝ eius in lōgitudine ⁊ abbreuiatiōe ipsoꝝ. Et fortasse diuersificant ⁊ nō assimilant. Et qn̄qꝫ cognoscunt ex dispōne euacuationū. nā cū accidit in paroxismo aliquo sudor aut vētris fluxꝰ ⁊ paroxismꝰ secūdus q est post ip̄m est in similitudine vehemētie primi ⁊ fortitudine eiꝰ aut supra ipsam: tūc euacuatio eiꝰ est ꝑꝑ multitudinē mãei et nō ꝓpter fortitudinē: ⁊ egritudo iudicat longa.

¶ Considerandum ꝙ per accidentia hic intelligunt dolores: calores: sitis: vigilie ⁊c. ⁊ patet qd̄ dicit.

¶ Et fortasse.) Quasi dicat in febribꝰ de membris etherogeneis nō est ordo inuasionis: ⁊ ideo ex dictis signis de anticipatione ⁊ postpositione ⁊ longitudine ⁊ breuitate nō possumus cognoscere tēpora morbi. Et forsan vult ꝙ diuersificatio inquantū significat materias diuersas significat morbum longum.

¶ Et qn̄qꝫ.) Docet cognoscere ex alio signo. s. euōne. Et cōsidera ꝙ est longa talis egritudo si dꝫ eē salubris: q᷑ pōt esse febris breuis mortalis: ⁊ includit in hoc ille afoꝛ. 56. quarte ꝑticule. in febribus sudor multus superueniens non deficiente febre ⁊c.

¶ Et qn̄qꝫ cognoscunt ex ꝑte digōnis ⁊ cōtrarij digestionis fm ꝙ diximꝰ. vbi grā. qn̄ apꝑet sputū cuꝫ digōne aliq̄ aut vrina in q̄ est nubes aliq̄ tūc est principiū augmēti: deide qn̄ multiplicat illud ⁊ apꝑꝫ aut ꝯriū eiꝰ tūc est statꝰ. Et iterū qn̄ apparet digō aut ꝯriū eiꝰ velociter ex sputo aut nube: tūc scias ꝙ statꝰ ē ꝓpinquꝰ: ⁊ si tardat tūc scias ꝙ statꝰ est lōginquꝰ.

¶ Hic vt dicūt docet cognoscere tꝑa morbi ex signis postapparētibꝰ: lꝫ posset ibi incipere: ⁊ qn̄qꝫ cognoscit ex dispōne euōnis. Nota ꝙ signa postapparētia sunt signa crisis de qbꝰ est euō: ⁊ iā dixit de hoc: ⁊ signa digōnis ⁊ ꝯrij ⁊ dicit hec. signa aueꝫ salutis ⁊ mortis lꝫ sint postapparētia nō posuit ea ad cognoscēdū tꝑa morbi: q᷑ signa mortis cū sint cōia tribꝰ tꝑibꝰ dant itelligi ex ꝑ̄missis. ¶ Et ꝯsidera ꝙ sumpsit signa digōnis in sputo ⁊ vrina itelligēs de alijs: ⁊ docuit cognoscere tꝑa morbi: qn̄ sunt ⁊ qn̄ erunt: vt apꝑet in lr̄a. Et notitia ex his signis est certa: sed ex signis dictis supra nō sic certa: vt primo de crisi cap. 5. alr̄. 3. de crisi cap. 4. ⁊ 5.

¶ Cognitio aūt horarū particulariū sic accipit. nam hora pricipij ꝑoxismi est hora in q̄ coartat pulsus: ⁊ tu iā sciuisti itētionē eiꝰ: ⁊ plūbeꝰ fit color extremitatū ⁊ ifrigidant extrema: ⁊ ꝓp̄e extremitas auris ⁊ extremitas nasi vsqꝫ ad horā in q̄ sentit sparsio caliditatis. Et qn̄qꝫ associant principio alteratio coloris ⁊ pigritia ⁊ angustia: ⁊ tarditas motuū: ⁊ ꝓfunditas somni: ⁊ mollificatio palpebrarū ⁊ grauitas sermonis: ⁊ horripilatio iter spatulas ⁊ in dorso: ⁊ fortalse accidit in eo rigor fortis. Et qn̄qꝫ accidit cursus saliue ⁊ saltꝰ tipoꝝ ⁊ tinitꝰ auriū ⁊ sternutatio ⁊ cōmotio mēbroꝝ corꝑis. Et vehemētiꝰ qdē debilitat virtus ꝑꝑ debilitatē que est in principio aut statu.

¶ Hic docet cognoscere tꝑa ꝑticularia. Et p̊ facit hoc. Scdo dat cām ꝓlōgatiōis ⁊ abbreuiatiōis ꝑoxismoꝝ. ibi (Et scias.) ¶ Pria in duas. Primo facit h̄. Scdo ponit exēpluꝫ. ibi (Et si tibi videt.) ¶ Prima in q̄tuor fm ꝙ q̄tuor tꝑa notificat. ¶ Cōsiderādū ꝙ accidentia principij paroxismi oīa sequunt motū suffocatiuū caloris nālis sub mã ⁊ iō coartat pulsus ⁊ sciuisti hec ꝑ̄mo lib. fen. 2. ⁊ infra ca. de signis febriū putridarum. Et ex hoc q᷑ fugit calor fit color plumbeus ⁊ infrigidant extrema. Diuersificant tn̄ hec accidentia fm diuersitatē materierū ⁊ fm diuersitatē corpoꝝ ⁊ partiū in qbus apparet ip̄ressio: vnde infrigidant extrema ꝓprie ⁊c. q᷑ sunt frigida pauce carnis ꝓno. ꝑ̄mo. cōmē. 10. ⁊ iō qn̄qꝫ multuꝫ alterat color: ⁊ hoc dixit. alteratio coloris: sicut in syncopali pigritia in flegmatica angustia quādo mã mouet circa ꝑtē stōchi ⁊ spūalia. tarditas in flegmatica. ⁊ etiā ꝓfunditas somni ⁊c. vnde quedā flegmatice inchoant paroxismos cum subet. horripilatio quādo materia aliqualiter est cholerica. cursus saliue mota materia in stomacho vel capite. cōmotio membrorum. i. concussio: vt in tremore typi ⁊ reliquoꝝ accidentiū causa patet.

¶ Et vehementius.) Considerandū ꝙ debilitas accidit per viam suffocationis: ⁊ hoc magis fit in principio paroxismi: ⁊ per viaꝫ fortis iflāmationis: ⁊ ista magis fit in statu paroxismoꝝ: ⁊ iō mors fit plus in ꝑ̄n° ⁊ statu paroxismi q̄ꝫ in augmēto vel declinatione: vt ifra fen. 2. cap. de horis mortis. ⁊ tertio de crisi. 5. cap. in declinatione ꝟo accidit mors ⁊ debilitas per viā resolutionis: ⁊ hoc est rarius vt ibidem Gal. ⁊ hoc voluit hic Aui. cū dixit. ⁊ vehementius ⁊c. i. plus euenit ꝙ virtus debilitat in principio ⁊ statu q̄ꝫ in declinatione paroxismi. in augmēto enī si deficiat virtus est propter additionē caliditatis sicut in statu: ⁊ hoc fit plus in statu. in declinatione ꝟo frequentius cōtingit ꝙ alleuiato calore febrili homo alleuiet q̄ꝫ ꝙ calor suus nālis simul cū accn̄tali resoluat.

¶ Et hore augmēti medietas prima est hora in qua pulsus incipit apparere ⁊ magnificari ⁊ velox fieri: ⁊ spargit calor in toto corpore fm equalitatem. Et medietas eius altera est hora in qua non cessat hec caliditas sparsa cum equalitate augmentari.

¶ Considerandū ꝙ q᷑ augmētū est hora affinis pricipio in quo est suffocatio ⁊ affinis statui in quo est iā expāsio facta ⁊ vltimatio caliditatis: iō augmētū in duas partes diuisit: ⁊ nō fecit hoc: q᷑ sit lōgior pars parox. vt dicit Albertus: q᷑ cōtingens est esse breue augmētū ⁊ lōgū ꝑ̄n^m ⁊ statū vt posteriꝰ apparebit: sed dixit hoc ꝓpter difformitatē eius. (Scdm equalitatē.) i. ꝓportionabiliter

¶ Et hora statꝰ ē hora in q̄ remanet caliditas sparsa cū eq̄litate: ⁊ accidentia cū dispōne sua ⁊ pulsus fit maior q̄ꝫ vnq̄ꝫ: ⁊ fit vehemētiꝰ velox ⁊ frequēs.

¶ Ideo dicit status: q᷑ stant accidentia in sui vltimate: ⁊ ideo vltimate addita caliditate fit pulsus velocior ⁊ frequentior.

¶ Sed tu. d. nō vꝫ ꝙ sit maior: q᷑ virtꝰ magis debilitat in statu q̄ꝫ in augmēto. ¶ Dōm ꝙ addita necessitas cogit virtutē ad magnificandū pulsum plus q̄ꝫ in alijs tꝑibꝰ: ⁊ lꝫ in alijs ꝯtingat eā eē fortiorē: virtutes tn̄ nāles necessitatē aliq̄ꝫ assumentes operant vehementius: vt. G. in cōmē. pulsuū. trac. 4. 1. cōmē. alr̄ cōmē. 17.

Du[m] 10[m]

¶ Et hora declinatiōis est hora in q̄ incipit diminutio: ⁊ incipit pulsus temperari ⁊ equat. Deide illa in qua icipit corpus sudare ⁊ perducit ad eradicationē. Et multotiens quidē accidit apud mortē dispō que est sicut declinatio: ⁊ est quasi eger iā euaserit: ⁊ nō opꝫ vt tu occuperis in hoc: imo cognoscas dispositionē pulsus: ⁊ an magnificetur ⁊ fortis fiat.

¶ Dubitat q᷑ dicit ꝙ sudor fit: deinde immo tunc declinat cuꝫ sudat. ¶ Dōm primo ꝙ ly deinde. nō dicit ordinē: sed inuit duos modos declinationis. vnū sine euacuatione manifesta: ⁊ aliū cū euacuatione manifesta. Scdo ꝙ cū mã incipit versus cutim ꝓpelli: lꝫ nōdū sudor appareat: pōt incipere alleuiari caliditas occulta.

Dub[m] 11[m]

¶ Et multotiens.) Est sermo. G. 3. de crisi. 5. cap. innitere ergo pulsui ad cognoscendū veraꝫ declinationē a falsa: in vera enim procedit ad melius: sed in falsa finiet versus formicantem.

¶ Et si tibi videt ponā tibi exēplū de tertiana. Attende ergo ꝙ cū tertiana in pluribꝰ dispositionibus incipit horripilatio: deide frigus ⁊ rigor: postea sedat rigor ⁊ minorat frigus ⁊ icipit calefactio: post-

ea equaẗ calefactio: deinde additꝛ postea stat: deinde incipit minui vſquequo eradicetur.

Dubᵐ 12ᵐ ¶ Dubitaẗ q̄ȏ appropriat tertiane horripilationē cū oēs dicāt in ea fieri rigorē: vt. G. 2. de criſi. c. 3. ¶ Dōm ꝙ per horripilationē frigus ⁊ rigorē itelligit ḡdatū ꝓceſſum de puo rigore ad magnū ꝑrimo. n. in tertiana icipit q̄dā cutis horripilatio ⁊ ſequiẗ aliq̄ȝ frigus: q̄ȝ icipit itus tēdere calor. cū aūt fortiter ferẗ cholera ſup mēbra ſenſibilia: tūc erit rigor manifeſtus. iſta aūt vocabula horripilatio frigus ⁊ rigor ſunt in multa varietate vſus apud auctores: vt diceẗ ifra in ſuo cap̄. ¶ In pluribꝰ diſpōnibus.) Quia reperiẗ tertiana nō vera in qua nō fit rigor: vt infra ponet Aui.

¶ **Et ſcias ꝙ egritudo quādoq̄ȝ ꝓlōgaẗ: aut ꝓpter mltitudinē materiei: aut ꝑꝑ groſſitiē eiꝰ: aut ꝑꝑ frigus eiꝰ. Et q̄ñq̄ȝ adiuuant ad illud tēpus frigidū ⁊ regio frigida ⁊ etas frigida ⁊ debilitas caloris inati ⁊ ſoliditas corporis.**

¶ Quādoq̄ȝ prolongatur.) i. tertiana vel paroxiſmus vel quicūq̄ȝ morbus materialis ſit.

Dubᵐ 13ᵐ ¶ Dubitaẗ q̄ȝ alie ſūt cauſe ꝓlongatiōis p̄ter iſtas quas pōit ifra de putredine p̄mo ca. ſ. quies māe ⁊ debilitas ſenſus ⁊ error regiminis. ⁊ Fen. 2. cap. de ſignis ꝓlōgatiōis. poniẗ cām groſſitiē in viſceribꝰ. ¶ Dōm ꝙ aſſumauit: ⁊ tu ex dicēdis cōple hāc ſciaȝ. nō eni oīa pñt in vno loco ſcribi: ⁊ ſi cōſideras: q̄es māe ⁊ groſſities in iterioribꝰ reducūẗ ad groſſitiē ⁊ frigiditatē māe: malitia regiminis ad cās extrinſecas reduciẗ quas hic ponit loco exēpli: ſed tp̄s frigidū: debilitas ſenſus reduciẗ ad debilitatē virtutis.

Dubᵐ 14ᵐ ¶ Sed tu dices quare dixit adiuuat ad illud debilitas virtutis vl̄ caloris inati: imo eſt p̄ncipalis cā. ¶ Dōm ꝙ oīs cā que eſt extra nām morbi ⁊ nām ſue cauſe pōt dici extriſeca in ꝓlōgatiōe ⁊ abbreuiatōe. cāe aūt que ſumunẗ ab ip̄o morbo vel ſua cā ſunt mag̃ ꝓprie ⁊ itriſece: ⁊ iō ille pñt dici coadiuuātes: iſte vō p̄ncipales.

¶ Immo cum videris calefactionem fortem ꝛ complexionem calidam ꝛ siccā ꝛ euacuaueris: tunc quādoqȝ ꝯcedes īfusionē fieri in aqua frigida apud declinationē ꝛ apparitionē digōnis ꝛ euacuationē humoꝝ: ꝛ nō est malū vt administret̄ balneū ꝛ pot' vini cōmixti subtilis ꝛ inūctio cū oleis lenificantibus. 33

¶ Loquit̄ de vsu aque frigide ab extra per modū īfusionis. i. balnei: ꝛ gr̄a hui' loq̄t̄ de balneo aque calide ꝛ sibi sil'ibus in virtute.

¶ Cōsiderādū ꝙ per infusionē possumus intelligere ꝙ ponant̄ extremitates in aqua frigida vt apparebit cap̄. de cura tertiane. vl' ꝙ totū corp' ponat̄ in aq̄ frigida: ꝛ hoc est ꝯsonū dictis. G. 11. ter. cap̄. 9. Tangit aūt ꝯditiōes que ad hoc req̄runt̄ q̄tuor. Prima ꝙ sit fortis īflāmatio. Scd̄a ꝙ cōplexio sit calida ꝛ sicca. Tertia ꝙ euacuaueris. i. lenificaueris ventrē si expedit. Quarta ꝙ sit in vera ꝛ manifesta declinatiōe fe. ꝛ h̄ scit̄ qꝛ ꝑcesserint signa digōnis ꝛ euacuatio māe per nām vel artē. ¶ Et iste ꝯditiones oēs sunt note nisi illa que vult ꝙ corp' sit calidū ꝛ siccū: cū tñ superius docuerit dare aquā frigidam calido ꝛ humido ꝛ carnoso. ¶ Dōm ꝙ aq̄ frīda ab intra securior est carnoso cū nō obuiet mēbris raris: sed ab extra intētione infrigidandi ꝛ remouēdi calidū qḋ febris putrida īprimit vel īpressit melius ꝯcedit̄ calido ꝛ sicco corpori: forsan enī in carnoso timeret̄ de additiōe calefactionis int' ꝯclusō calore: ꝛ iō cessat corruptio l'r̄e quā q̄dam hic faciūt dicētes ꝙ vult dicere cōplexionē calidā ꝛ humidā. Sed text'. G. videt̄ ꝯrius his dictis. 11. tera. vbi dicit. Si x̄o ꝛ bene carnosus fuerit ꝛ ꝯstitutio calida ꝛ sicca ꝛ si in piscinā natatoriā eū īmiseris frigidā non nocebit̄: qꝛ ꝑm tale tp̄s ꝓyciēs eū in aquā frigidā oīno mox sudabit: ꝛ vēter eoꝝ est q̄bus erupit cholera. Et nos dicamus certum esse ex ꝑncipijs Gal'. 3. de cōplexionib' cap̄. 5. ꝛ in cōmē. afoꝛ. 22. 5. par. Est aūt vbi in thetano ꝙ aq̄ frīda ab extra occurrēs in corporib' carnosis vigorat intus calorē. ḡ cū Gal'. dicit bene carnosus intelligit ꝙ nō sit multū macer: ita ꝙ ex balneatione in frigida aqua ꝑcutiat̄ in neruis taliter ꝙ spasmet̄ vel aliter praue noceat̄: ꝛ forsan hic est q ante febrē erat bene carnosus: ꝛ febris eū ita macrū fecit ꝙ ex frigide aque vsu ab extra nō inflāmabit̄ sed infrigidabit̄ q̄tū sibi expedit. ¶ Aliter dicere possumus ꝙ ex balneo aque frigide medicus vult vel caloris extictionē: ꝛ istā facit in corpore calido ꝛ sicco in qḋ penetrat: sed suspicatio est de superflua infrigidatione ne solidas particulas aīalis percutiat. vl' vult quēdā caloris nāl'is ꝯfortationē ex reuocatōe ad ītus ꝛ reflexione ad extra: ꝛ cū h̄ quādā debitā infrigidationē nō ꝓfundā multū nec peruenientē cū substātia frigide aque: ꝛ hoc fit ꝯueniētius in carnoso. vnde. 10. tera. cap̄. 10. Gal'. iuuenis q̄dā bene carnosus hora estatis in statu febris sine flegmone in frigidā seip̄m emittens aquā sudorē mouebat ꝛc̄. lege l'r̄am. G. qꝛ hec fuit intentio ei'. ꝓcedit igit̄ Gal'. cū suo iudicio estimatiuo ꝛ balneat carnosum febrientē in tēpore status: ꝛ vult ex hoc caloris nāl'is ꝯfortationē: vnde mā expellit̄: sed est suspitio in hoc ne calor ītus reflexus et vapores ꝯstricti noceāt plus q̄ calor nāl'is vigorē assumat ꝯtra mām: sed qꝛ videmus ꝙ hoc aliquibus ꝓfuit: igit̄ aliq̄ dispositio est in qua ꝯuenit: vt arguit Gal'. stabimus igit̄ in q̄bus carnosis h̄ cōpetat iudicio Gal'. i. periti medici. Aui. aūt ꝓcedit cum suo iudicio estimatiuo ꝛ balneat cholericū calidū ꝛ siccū nō carnosū vt sanguineus vel tēperat' est ꝛ balneat cū aq̄ frigida nō in statu vt Gal'. fecit: sed in declinatione vera iā euacuata mā: ꝛ infrigidat residuū caloris qḋ remāsit: ꝛ cū hoc ēt ꝯfortat calidū nāle: sed ex hoc est suspitio ne excarnatus percussus nimis a frīdo spasmet̄: vel incurrat ethicā senectutis: stabim' igit̄ iudicio Aui. i. prudentis medici qui ꝯsiderat quātitatē carnis nō sic esse paucā ꝛ dicta pericula sequant̄. nō igit̄ ꝯtradicūt duo viri. s. Auicē. ꝛ Gal'. sed dicunt duo: quoꝝ vnūquodqȝ potest contingere. ¶ Considerandū aūt ꝙ nostris tēpori' medici nō sunt ausi in febribus vti balneo aque frigide: ꝛ hoc ꝓpter laborē estimatiōis vere ꝛ nō minus: qꝛ remediū est notatū a vulgo: timēt ḡ ne si aliud accideret infamaret̄ medicus cuius infamie radix plus est in medicis adinuicē q̄ in vulgo.

Dub.m 30.m

ni vulgo. de balneo autem cum aqua calida ⁊ potu vini dicemus.
de vnctione autem cum oleis lenificantibus. i. rarificantibus po-
ros siue dilatantib⁹ vt est oleũ camomillinũ iam diximus.

Du.m 31.m ¶ Dubitat̃ circa premissa. primo an in febribus competat frigida
aq̃. ¶ Videt̃ ꝙ nõ ex Aui. 3. ca. fen. 13 cap̃. de anxietate stõticha. di
cit nõ opʒ ꝙ bibat̃ in febre nisi aq̃ calida. ¶ In contrariũ Auicen.
hic. ¶ Istã qõnez ⁊ ha. ⁊ Cõciliator ꝓlongant ⁊ formant multitu
dinẽ argumentoꝝ ⁊ extra ꝓpositũ in difficultatib⁹ eoꝝ. Nos igit̃
dicamus ꝙ potus aque frigide quidaʒ est in quãtitate pauca: vt
quãdo miscemus eã cũ syrupo vel in hora cibi vel cũ vino grana
toꝝ vel cũ vino vel cũ zucchàro vel aceto vel aliter: vt ꝯtingit po
tare ĩfirmos hora cibi ⁊ de hmõi potib⁹: ⁊ q̃ñdo dant coclear zuc-
chari rob. vel violati vel alicui⁹ ꝯfectionis cordialis quã medici
ꝯstruxissent pro ĩfirmo. De hmõi etiã potibus est quando aliq̃ñdo
blandimur egrotanti ꝓpter gutturis ariditatẽ ⁊ calorẽ ⁊ ꝯcedi-
mus aquã teneri in gutture: ⁊ si furtiʒ paꝝ de ea trãsglutiat infir
mus. Et circa exhibitionẽ potus aque frigide pauce: medic⁹ ge-
neral'r dʒ duo attẽdere. Vnũ est ꝙ febris nõ sit de incẽsiuis valde
indicãtib⁹ de ea dari multã quantitatẽ: vnde si det̃ pauca timeat̃
de ei⁹ inflãmatione qđ Aui. ĩnuit ĩfra ca. de cura pestilentiali. cũ
dicit. Aq̃ plurima frĩda subito est iuuatiua: valde aũt pauca ꝯse-
quẽter exhibita fortasse excitat cal'itatẽ. ⁊ iste sunt fe. inflãmate
valde in qb⁹ aq̃ angurie ⁊ melonis ꝯuertit̃ ad chol'aʒ: vt Auer. 5°
coll'ʒ. penul'. ca. al'. 53. cap̃. Et ſm hũc modũ põt saluari sermo Hip
pocratis. 3. regi. acuto. tex. cõ. 42. cũ dixit ꝙ aq̃ mutat̃ in cholerã
in cholericis: ⁊ in qb⁹ sub diaphragmate cholera dñatur: lʒ ſmo
Hippo. multis possit vijs verificari: tñ vna via est ꝙ aq̃ in quan-
titate modica incendit̃ ⁊ inflãmat̃ in feb. arsiuis multũ in quib⁹
requiritur maior infrigidatio q̃ sit illa que põt fieri per paucã aq̃.
Aliud qđ medicus dʒ attẽdere in dando paucos potus aque frigi
de p̃dictos est examinare conditiones quas Auic. ⁊ alij ponunt.
Postq̃ eni firmauit ꝙ febris nõ est que indicat extĩctionẽ cũ co
pioso ⁊ subito potu aque frĩde: ⁊ nõ dubitat ꝙ pauca aqua frĩda
ĩcẽdatur ⁊ per incẽsionẽ noceat: ꝯsidera si bonuʒ est ꝙ detur cuʒ
syrupo in mane: ⁊ cuʒ potu in cibo aqua frigida vel cal'a. Et scies
ex p̃dictis ꝯditionib⁹. V. g. est hora estatis ⁊ cõsuetus est semꝑ in
sanitate potare res actu frĩdas ⁊ nõ noceri ab eis ⁊ mã est satis
chol'ica ⁊ in stõcho nõ est mã grossa infixa anxietatem faciẽs de
cui⁹ maiori infixione per aquã frĩdã timemus ⁊ cũ alijs mult' cõ-
ditionib⁹ quas tu ꝯsiderare potes: dico ꝙ isti posses aquaʒ frigi-
dã dare in mane cũ suo syru. ⁊ in hora cibi ⁊ alijs p̃dictis modis.
Si aũt sint ꝯ̃ria predictis dabis aquã calidã cũ syrupo ⁊c̃. ¶ Sʒ tu
dices pono casuʒ ꝙ aliqua febris sit fortis incẽdij indicans dari
aquã frĩdã in q̃titate multa: ⁊ si daretur in pauca incẽderet̃: ⁊ nõ
est tp̃s mõ dandi illã q² certificatum est in iudicio meo oportere
prius lenire vel digerere: q̃ro quã aquã dabo cũ syrupo ⁊ in cibo.
nõ frĩdã: q² ista pauca incẽdet̃: ⁊ multa nõdũ cõpetit. nõ calidam:
q² multo magis incẽdet̃. ¶ Dõm ꝙ dabis eam frĩdaʒ: sed associa-
tam cũ aceto vel succo lymonũ vel aliqua re ꝓhibẽte ab incẽdio.
Et posset dicẽ exercitatus medicus ꝙ si postpositio multe aq̃ fri
gide in hac febre est ꝑꝑ aliquã expectationẽ digõnis q² chol'a est
grossa poterit dare cũ syrupo aquã calidã ad digõnẽ grosse chole
re: ⁊ cũ cibo ẽt vt nõ incrudet mãm. ⁊ nõ sequit̃. aq̃ pauca frĩda ĩ-
flãmat̃: ergo aq̃ pauca calida ꝑꝑ duo. p̃mo q² aq̃ frigida figit̃ ⁊ nõ
transit cito. scđo q² vbi figitur ibi facit quãdã calidi ꝯgregatiõeʒ
⁊ vigorationẽ per ꝯtra resistẽtiã: ⁊ ex his fit ĩflãmatio. de aq̃ aũt
calida hoc non accidit. hec igit̃ dicta sunt de potu aque frĩde vel
calide qbus quotidie vtimur cum syrupis: ⁊ in hora cibi. ⁊ per h̃
volo ꝙ sit ĩtellecta littera Aui. 3. cañ. fen. 13. cap̃. de anxietate sto-
maticha. ¶ Dicamus scđo ꝙ qdã est potus aq̃ frigide in q̃titate
multa cui⁹ q̃titatis multe mẽsurã qdaʒ auctores non aliter acci-
piũt nisi ꝙ det̃ q̃tũ ĩfirmus vult bibere: ita ꝙ satiet̃: vt Gal'. dixit
⁊ Cassius felix ⁊ multi cũ eis: ⁊ qñq̃ est tãtus pot⁹ ꝙ facit tremo
reʒ ⁊ coloris liuorẽ: vt dixit Auic. ⁊ an talis aq̃ frĩde potus conue
niat in putridis feb. vel humoralibus nõ posset melius dici q̃ di-
cat̃ per Gal'. ⁊ Aui. ⁊ alios: ⁊ est ꝙ stantib⁹ ĩdicationib⁹ oĩb⁹ auda-
cter det̃: oĩbus ꝯ̃dicentibus nõ detur: qbusdaʒ autẽ ꝯsentientib⁹
⁊ qbusdaʒ non: obseruet̃ magis timorosuʒ vel timorosa ĩdicatio.
⁊ de his oĩbus iam perfecte expediti sumus. de aqua autem fri-
gida in effi. dictuʒ est supra. in ethica vo dicetur infra.

Du.m 32.m ¶ Dubitat̃ 2° an in febre cũ damus aquã frigidã debeam⁹ expecta
re digõneʒ. ¶ Videt̃ ꝙ sic per Gal'. 9. tera. cap̃. 5. q vult ꝙ q̃uis flo
bothomia in synocha oĩ tp̃e ꝯueniat: tñ frĩde aque pot⁹ conuenit
apparentib⁹ digõnis signis. Amplius Auer. 7. colli ca. 8. cõtinuãs
sermonẽ suuʒ in synochis dicit ꝙ p̃ma ꝯditio attẽdenda in potu
aque frĩde est ꝙ mã sit digesta. ¶ In ꝯ̃rium idẽ Auer. ibidem di-
cens. est melius exhibere aquã frigidã in principio sine appãritiõe
signoꝝ digestionis ⁊ non curare ex dictis aliquoꝝ ꝯ̃ hoc. ¶ Nos
aũt dicamus ꝙ febres in qbus copiosus potus aq̃ frigide compe
tit sunt sanguinee ⁊ chol'ice: longinquũ eni est ꝙ in flegmaticis ⁊
mel'icis cõpetat. si ergo febre exñte sanguinea vt det̃ aq̃ frĩde po-
tus copiosus digestio sit expectãda dubiũ videt̃ hĩc. Conciliator
eni non expectat digõneʒ in mã sanguinea vt det̃ aq̃ potus: vt ap
paret dĩa. 171. Gal'. ãt expectasse videt̃ vt appꝫ ex dictis. 9. tera.
cap̃. 5. Et põt dici ꝙ si sanguis est nõ putridus cũ stati mã sit dige
sta ⁊ ꝓprie si sanguis nõ hʒ peccatũ nisi q̃titatis ⁊ q̃litatis sequẽ-
tis quãtitatẽ non expectata alia digõne põt aqua frigida dari. si
aũt sanguis sit putridus ꝯsiderare opʒ si est grossus in sba incru-
dabilis per aquã frigidã ⁊ meli⁹ est expectare digõneʒ aliquaʒ. si
aũt sit subtilis digestio ei⁹ erit inspissatio per frigidã aquaʒ. cho-
lera aũt si est subtilis dabitur cõuenienter frĩda aqua ante dige-
stionẽ: q² digestio eius fiet per aquã frĩdaʒ. si aũt sit grossa meli⁹
est digõnem expectare. ¶ Dubitat̃ de eo qđ dc̃m est p̃ de materia
sanguinea nõ putrida. nos eni videmus ꝙ nã in euacuatione ei⁹
expectat digõneʒ vñ crises synochaꝝ veraꝝ fiunt in determĩatis
dieb⁹ creticis. ergo in dando aquã frĩdaʒ expectabitur digõ: vt ĩ-
frigidatione facta nã possit expellere mãm. ¶ Dubitat̃ scđo qa in
causone qui est feb. de chol'a subtili expectat̃ digõ vt aqua frĩda
detur ab Haly. 3. practice cap̃. 11. de regie feb. per victũ: ⁊ a Cassio
felice in cura causonis in fine: vbi postq̃ pẽpasim. i. digõneʒ fece
rit egritudo dat aquã frĩdaʒ cũ alijs ꝯditionib⁹. ¶ Ad p̃mũ dicen-
dũ dupl'r. p̃. ꝙ lʒ non sit oĩno necessariũ in synocha sine putredine
expectare digõneʒ vt det̃ aq̃ frĩda: tñ vtile esset. Vel aliter ꝙ non
est curãdũ expectare: ⁊ si nã expectat est ꝓpter lesionem a calo-
re febrili: vnde expectat auxiliũ ſm lune aspectus. Sʒ extĩcta fe.
cum frigida aqua virtus confortata expellet quacũq̃ hora. aqua
erit bene data siue sit dies cretica siue non.

¶ Et ex hoc soluit̃ tertia qđ quã al's mouimus vtrũ dieʒ creticam Dub.m 33.m
debeamus eligẽ: vt demus istũ potũ. Et dicamus ꝙ si in die cre-
tica talis pot⁹ det̃ vtile est: si bene examinasti eũ ꝯuenire: ⁊ tunc
multa ꝯcurrunt in vnũ vt virtus euacuet mãm. s. cõfortatio ei⁹ ꝑ
extinctionẽ caloris ⁊ ꝯfortatio per aspectũ. Sed q̃uis in die non
cretica det̃ iste potus poterit in eadẽ die nõ cretica liberari ĩfir-
mus ꝑ eũoneʒ ꝯuenientẽ: ⁊ ista eũatio erit qdã crisis facta ꝑ vio-
lẽtiã virtutis violẽtantis mãʒ ⁊ eũantis eã nõ ſm ordineʒ motus
materie in feb. q est ordo indicatiuus ⁊ creticus. Et erit sil'is ista
crisis crisi facte per ĩpetũ medicine solutiue quando nã nõ eũat
mãʒ digestã in die cretica: ⁊ nos eũamus in die quietis post illaʒ
⁊ liberamus a febre. Et tu ꝯsidera hic. ¶ Ad scđm dõm ꝙ causon
in quo digestio expectat̃ est causon de mã grossa chol'ica. Et ali-
quãdo causon sumit̃ ꝑ fe. sanguinea. dʒ aũt diligenter considerare
circa p̃dicta ꝙ in febribus arsiuis que indicant potum aque fri-
gide ⁊ in quibus ꝓpter aliquaʒ cruditatẽ materie videt̃ expectã
da digestio medicus dʒ bone estimationis habere latitudinẽ. naʒ
si videt̃ ꝙ ex digõnis expectatione ꝑueniat mors infirmi ⁊ dige-
stio fiat ad malã formã. Vbi gratia ad corruptionem materie: vñ
apparebit hypostasis nigra q̃ sine dubio nõ dicet̃ digestio: meli⁹ ẽ
dare aquã frĩdaʒ ⁊ nõ expectare digõnẽ ⁊ non curare si mã illa ĩ-
crudet̃ ⁊ feb. ꝓlonget̃. hec enim debent magis eligi q̃ mors infir-
mi. ⁊ hoc intellexit Auer. 7. colliget cap̃. 8. ⁊ hic Auicen.

Du.m 34.m ¶ Dubitat̃ quarto an balneuʒ aque dulcis calide cõpetat in febri-
bus putridis añ digestionẽ. ¶ Videt̃ ꝙ sic: q² ſm vnã expositionẽ
supra factã cũ dicit cũ aqua dulci tepida ĩtelligit de balneo: ⁊ illi
sunt cañ. qb⁹ vtimur in p̃n°. Amplius in tertiana añ digõnẽ nõ vi
det̃ ex toto negari infra ab Aui. Amplius balneũ est rarificãs sed
rarificatio ꝯceditur ante digõneʒ. ¶ Cõtrariũ sumit̃ a Gal'. 11. tera.
cap̃. 9. ⁊ a Rabimoyse. 19. particula afor. vbi vult ꝙ balneũ est vti
le post digõnẽ materieꝝ. ¶ Dicamus ꝙ nõ intẽdimus loq̃ de pti-
bus oĩbus balnei: sufficiẽter eni dixit Gal'. de eis in. 10. tera. cap̃.
10. sed volumus solũ loqui de balneo in tina aque calide dulcis. Et
nõ est dubiũ ꝙ post digõnẽ ⁊ euacuationẽ est vtile si quid residuũ
materieꝝ est in corpore: ⁊ ꝓprie aptaꝝ per poros educi. Existen-
tibus autẽ alijs dispõnibus de balneo indicãtibus vt sorditie cu
tis ⁊ oppil'one poroꝝ aut aliqua asperitate corporis ⁊ ꝯsuetudĩe
balneãdi ⁊ nõ existentib⁹ ꝯditionibus alijs ꝓhibentib⁹ ei⁹ vsum:
de quibus dixit Gal'. 11. terap̃. penul. ca. secure possumus balneare
in tina ⁊ pluries: ⁊ etiã Gal'. assentit in terapẽtica febriũ ad Glau.
cap̃. de tertiana. s. cap̃. 2. distin. 4. Facta autẽ digõne materie ⁊ nõ
facta eũone: lʒ possemus eo vti: ⁊ hoc cũ crederemus illam mãm
posse per poros dissolui: tamẽ apud me nõ videt̃ mihi oĩno secu-
rũ eo vti timore dissolutionis ⁊ motus materie ad ptẽ non ꝯue-
nientẽ sue euacuationi. Ex qbus appꝫ ꝙ si materie sint crude et
ꝓprie multe balneũ in quo stet nocet dilatando ⁊ mouẽdo mate-
rias eũoni ineptas. Et q² humor chol'icus q̃uis sit crudus: est tñ
subtilis aptus euaporationi: ⁊ est siccus quem corrigit aq̃ dulcis
tepida: ideo balneũ añ digõneʒ minus nocet in tertiana. dixi autẽ
balneuʒ in quo stet: qa si balneatio eẽt soluʒ qdam infusio ⁊ quasi
aspersio aque calide absq̃ mora posset in aliqua febre cõpetẽ añ
digestionem: qa eẽt digerens tẽperata calefactione ⁊ humecta-
tione vt in materia mel'ica ⁊ non dissolueret. vnde Auic. ca. de cu-
ra quartane. ingrediatur balneuʒ: ⁊ si non fuerit digestio non fiat
nisi effusio aque calide q̃titate qua delectat corpus ⁊ humectat

minus ꝙ̃ ꝑueniat ad hoc vt liquefiat ex ea humoꝝ. Post hoc aūt ſcias ꝙ in hac noſtra patria ꝗa hoīes nō ſunt conſueti balneis: ⁊ ꝗa euacuatio materieꝝ putridaꝝ per balneum nō eſt abſ ꝗ reſolutione ⁊ euacuatione ſpirituū: quā ſpirituū reſolutionem ſupfluā facit fe. ⁊ ꝗa materias ēt cōmouet: ⁊ ſi ſunt ꝓfunde difficile ē eas mouere ad cutim: dico ꝗa ita eſt paucā inuenies vtilitatē cōmuniter in vſu balneoꝝ. i. tinaꝝ ex aqua dulci: ⁊ cum h̄ ēt multus laboꝛ accidit infirmo tā in coꝛpoꝛe ꝙ̃ in aīa in poſitione ⁊ ſtatiōe ⁊ ext̄ctione ab eo: ⁊ in mēſura q̄litatis aq̄ ⁊ in mēſura tēpoꝛis moꝛe frequēter erratur: ⁊ ꝓpter hec oīa nō curo ſi nō eſt in vſu balneū dulcis aque in cura fe. putridaꝝ: ⁊ ꝑꝑ hoc foꝛſan Raſis nō inuenit in eo magnā vtilitatē: vnde dicit. 16. ꝯtinē. vltimo cap̄. de cura putridaꝝ. nō vidi febꝛicitanti balneū eſſe vtile in aliqua diſpoſitione. ⁋ Ad ꝑmū ꝯ̄riū ⁊ tertiū dicendū ꝙ rarificatio in ꝑncipijs febꝛiū putridaꝝ debet eſſe cū rebus leuib⁹ ſiue ſit inunctio ſiue ſit lotio ⁊ nō cum rebus foꝛtis diſſolutionis: ⁊ debet fieri in febꝛibus quibus conuenit vt ad hoc de his determinabitur.

Dubᵐ 35ᵐ ⁋ Dubitat̄ 5° an vinū cōpetat in ꝑn̄tibus feb. pu. ⁋ Videt̄ ꝙ ſic: qꝛ in acutis feb. de ꝗbus minus videt̄ datur vinū: vt Gal'. 8. tera. ca. 3. auctoꝛitate Hip. 3. de regi. acuto. Amplius vinū digeſtionē materieꝝ operat̄ vt ꝑ de regi. ſani. ⁊ ꝯfoꝛtat virtutē vt oēs dicūt. Amplius vinū dat̄ ad rarificandū ⁊ apiendū poꝛos: ⁊ hoc fit in ꝑncipio: igit̄ in ꝑncipio pōt vinū cōpetere in putrida fe. ⁋ In ꝯ̄riū eſt Gal'. 8. te. ca. 4. Caueat a vino fe. exiſtēte. ⁋ Hic ꝑ ſciendū ꝙ reperitur q̄dam vinū q̄ eſt frigide cōplexionis ꝙ̃uis ſit vinū de vite: ⁊ hoc eſt vinū q̄ in partib⁹ noſtris reperit̄ albū ⁊ rubeū guſtu acerbū quaſi ꝓpinquum ſapoꝛi vini granati acetoſi vel ſapoꝛi agreſte: ⁊ experiunt̄ hoīes remitti in caloꝛe ab eo: ⁊ ſi nō ſunt ſtomachi foꝛtis ledunt̄ ab eo ſicut a reb⁹ frīdis ſubtilib⁹. ⁊ Gal'. i paucis libꝛis fecit mētionē de iſto vino q̄ opponit̄ alijs vinis in cōplexione: cū eni vina ſint calida in cōplexione: hoc vinū eſt frigide cōplexionis ⁊ nō frigide: ſicut diceremus ꝙ cepe albū eſt frigidū reſpectu rubei: tn̄ eſt calidū reſpectu hoīs: ſed dr̄ illud vinum ſic acerbū vel bꝛuſcū dictū apud nos ita frīdū ſicut dicimus ꝙ lactuca eſt frīda ⁊ infrīdat nos: ⁊ hoc eſt q̄ dr̄ in li. de euchimia et cacochimia ca. de vinis. Eſt aūt de vinis maxīa drīa ꝺm ſpē cōſiderantib⁹ vt viſum eſt: modica ꝟo in alijs: nunꝙ̃ eni inuenis lentem aut caulē humectātē: ſed minus ꝗd alium alio ſiccātem: humectātē aūt nullū. adhuc autē magis nequaꝙ̃ īuenies aliꝙ̃ ceparum vel allioꝝ īfrigidantē: ſed magis vel minus calefactionē inducere: nec etiā lactucā calefacere ⁊c̄. nec ēt ꝙ magis vel minus magnā hꝫ in ipſis drīaꝝ: iter vina aūt antiquiſſima que dixi a latinis noīari cocineum intātū ab albo ſimul ⁊ ab auſtro inueni differre vt hoc ſufficiēter calefaciat illud ꝟo īfrīdet ſenſibil'r. Et nō credas ꝙ ſemꝑ cū Gal'. noīat vinum aquoſum de hoc vino ītelligat: ſed aliq̄n de eo intelligit: ⁊ aliq̄n nō ꝙ rōne diſtiguere nō poſſumus: ⁊ dico ꝙ hoc vinū pōt ꝯcedi in feb. in pꝛincipio ⁊ ꝓceſſu: nec eſt timēdū de eo nocumētū vinoꝝ in leſione capitis nec in calefactione nec in cōmotione materie per diſſolōnē a calido: ⁊ cōpꝛehendit̄ ēt hoc vinū in ſermonib⁹ Hip. 3. regi. acu. ⁊ Gal'. in cō. 9. ⁊. 10. īmo quandoꝗ vidi quoſdā febꝛiētes cōqueri de nocumēto ſtōchi a frīditate huius vini nō minus ꝙ̃ a frīditate vini granatoꝝ. nō ſtemus aūt hic ad diſputādū an ſint eiuſdē ſpēi ſpecialiſſime oīa vina. Alia aūt ſunt vina que ſunt cōplexiōe calida: ſed eſt in eis differentia magna: vn̄ quedā ſunt dicta aquoſa que modicum calefaciunt: vtilia tamen ſunt digōni ciboꝝ ⁊ diſtributioni ⁊ hec ſunt alba ſubtilia paucifera. Et ꝙ̃uis oīa talia vina aq̊ſa foꝛſan non calefaciunt oēm hoīem: tn̄ fit noſter ſermo de vinis in ꝗbus eſt aliq̄ calefactio cōparata ad eū qui illa potat ꝙ̃uis ſint vina aquoſa. Quedā aūt ſunt vina vinoſa manifeſte calefaciētia et iſta ſunt ēt multe diuerſitatis. ⁋ His ꝑmiſſis pono hos cañ. pꝛacticales. Pꝛimus ꝙ vbi eſt timoꝛ de freneſi tutius eſt dimittē oē vinū calefaciens. ſ. tā aquoſum ꝙ̃ vinoſū. Rō qꝛ vinū aptū eſt facere māa euapoꝛare ad caput ꝙ̃uis hic aquoſum minus alijs ledat mētem. ⁋ Scd̄s cañ. ꝙ vbi eſt ſyncopis aut timoꝛ de ea ſi nō obſtat multa vehemētia febꝛis potes ꝯcedere vinū: vt. 12. terap̄. ca. 4. qꝛ eſt maxīe de ꝯfoꝛtantib⁹ virtutē: vnde ſaracenis cōcedit̄ in ſyncopi: ꝗbus tn̄ ex lege nō eſt licitum bibere vinū: vt coll'. 3. 7. ca. 16. quale aūt debeat eē in ſyncopi accipe. 12. tera. ca. 4. ⁊ tertio cañ. fen. 11. Tu tn̄ mēſura illud ꝺm vehementiā febꝛis ⁊c̄. ⁊ ꝺm tēpoꝛa eius. vn̄ in ꝑn° ſyncopaliū febꝛiū ex mā frigida dat vinū aq̊ſum Gal'. 12. tera. cap̄. 4. lꝫ in actu ſyncopis ſi eēt cauſon poſſet cōcedi vinū: ſed h̄ hic obmittimus. ⁋ Sꝫ tu dices aliꝗs poſſet actu eſſe cū freneſi ſimul cū ſyncopi: ꝗd ergo faciā de vino. ⁋ Dōm ꝙ facies ſic̄ in alijs diſpōnib⁹ cōplicatis ſibi aduerſantib⁹: īdicatione ergo ſumpta a diſpōnis magnitudīe dabis vinū ꝓ ſyncopim: ſed miſcebis cū eo q̄ tibi videbit̄ vt minus capiti noceat. ⁋ Tertius cañ. eſt ꝙ in nulla febꝛe de mā cholica ante digōnē ⁊ a ꝑncipio cōpetat vinū aliq̄. ratio eſt: qꝛ īflāmat ⁊ māꝫ cholicam agitat. vn̄ Haly. 3. pꝛactice cap̄. 11. de febꝛib⁹ putridis. vinū febꝛicitātibus ex cholera minime ꝯuenit: ideo in ꝑn° feb. cholericaꝝ ſi vis rarificare: nō facias illud cū potu vini: ſed cū leui fricatione vel vapoꝛe aque tepide vel oleo camomille. ⁋ Quartus cañ. eſt ꝙ in febꝛibus cholicis digeſta mā ⁊ multo magis digeſta ⁊ eūata pōt ꝯcedi vinū: qꝛ facit illā tranſpirare per poꝛos exn̄tē aptā per digeſtionē: ⁊ multo magis cū eſt apta ꝑ paucitatē ēt digerit illam ꝑ vꝛinā: ⁊ hoc eſt q̄ dixit Gal'. 8. tera. cap̄. 3. vinū mouet vniuerſas excreationes. ei⁹ autē iuuamēta alia habes in ca. de cura tertiane. ⁋ Quint⁹ cañ. eſt ꝙ in febꝛib⁹ frīdis. i. de mā frīda digōne apparēte in mā ſecure pōt ꝯcedi vinū q̄ ēt ſit vinoſū eo q̊ ꝯceditur in febꝛib⁹ calidis. Et rō hui⁹ eſt apparēs. ꝗ bene clamauerūt oēs auctoꝛes ꝙ vinū dꝫ dari digōne apparente in mā. ⁋ Sext⁹ cañ. eſt ꝙ in pꝛincipio febꝛiū putridaꝝ frigidaꝝ minus dubitāter pōt cōcedi vinū ꝙ̃ in ꝑn° calidaꝝ febꝛiū. ꝑmo qꝛ nō timet̄ de eius inflāmatione. ſcd̄o qꝛ pōt eligi vinū debilis caloꝛis in quo erit leuis virtus ꝓuocatiua ⁊ apitiua meatuū: vnde nō faciet in mā agitationē aliquā nocentē: ſed ꝙ̃dā ſuauē calefactionē digerētē materias frigidas ⁊ dilatantē poꝛos. Et exꝑtus medicus ſciet h̄ arbitrari. In mā aūt calida hic idē caloꝛ vini poterit īflāmare ſi eſt multe cal'itatis. ⁋ Septimus cañ. eſt ꝙ in partib⁹ Italie ꝑꝑ vehementē ꝯſuetudinē quā hn̄t hoīes ab ipſo ꝑn° natiuitatis ad vinū pōt ſecurius ꝯcedi vinū febꝛicitātib⁹ ꝙ̃ in ꝑtib⁹ alijs: ⁊ ꝙ̃ fuerit ꝯceſſum in tēpoꝛib⁹ alijs. Et iō ꝑcepta que īuenis ex libꝛis ſaracenoꝝ: nō. ſunt ſic coartāda apud nos in vſu vini: qꝛ eis non eſt licitū bibere vinū ⁊ ſunt valde diſſueti ab eo. Et ꝑcepta q̄ īuenies a libꝛis grecoꝝ: ⁊ qꝛ voluerunt ꝙ hoīes nō biberent vinū vſ ꝗ ad 12. annū ſue etatis vt narrat Rabimoyſes in li. de regi. ſa. trac. 4. ⁊ colligit̄ a Gal'. ꝑ lib. de regi. ſani. in hoc ꝙ in pꝛima etate vinū nō concedit: ⁊ conſidera cū hoc cañ. ꝙ diuerſitas vinoꝝ ꝺm climata eſt cā multe diuerſitatis in iudicijs. ⁋ Ex ꝗb⁹ ceſſant ꝯ̄ria. Ad pꝛimum dōm ꝙ in acutis dꝫ dari vinū tꝑe debito: ⁊ vinū q̄ ꝯuenit. ⁋ Ad ſcd̄m dōm ꝙ vinū cooperat̄ digeſtioni ſemicrudoꝝ humorum. humoꝛes aūt multū calidos poſſet īflāmare ⁊ multū crudos agitare ⁊ ꝑcipue vinū aliq̄ potēs. Ad alia pꝫ ſolō. Has ꝟo duas q̄ōnes Cōciliatoꝛ aliter tractat: ⁊ tu accipe eas ſi placet.

⁋ Et cum adminiſtraueris canones ꝑdictos in pꝛincipio accidentium febꝛis: tunc opoꝛtet poſt illud vt tu occuperis in digeſtione ⁊ euacuatione que nō eſt ꝺm ſemitam minoꝛationis ⁊ deſiccationis: ⁊ iā diximus eam: imo ꝺm ſemitam abſciſſionis cauſe.

⁋ Jam Aui. poſuit cañ. in curatione feb. putridaꝝ quib⁹ intēdit ad māꝫ cū ꝗb⁹. ſ. plurib⁹ operās medicus in ꝑn° fe. facit eūonē cōem que vocat̄ exiccatio. Hic ponit cañ. ꝗb⁹ intēdit ad māꝫ: ⁊ medic⁹ operās cū illis intēdit cauſe abſciſſionem: ita Aui. ſeipꝫ ꝯtinuat. Pōt autē ſaluari cōmunis continuatio que dicit ꝙ pꝛius poſuit cañ. in euacuatione que competit in pꝛincipio. Hic ponit cañ. in euacuatione que competit poſt ꝑncipiū ⁊ q̄n mā eſt digeſta. Pꝛimo ꝗ cōtinuat Aui. ſeipm̄. Scd̄o ꝓſequit̄. ibi (Et nō euacues.)

Duᵐ 3[illegible] ⁋ Dubitat̄ vtrum in ꝑn° accidētie. i. euētus feb. debeat ꝓcedē cū ꝗnque cañ. dictis. ⁋ Videt̄ ꝙ non. Pꝛimo de flōmia: ꝗa eſto ꝙ ſit neceſſaria q̄n ꝗ nō fit in ꝑn°: ſed poſtponitur vt poſterius dicet: ⁊ ſumit̄ in ꝑmo lib. fen. 4. cap̄. de flobothomia. Scd̄o de ꝓuocatiōe videt̄ ꝙ a ꝑncipio nō debeat fieri ꝗa niſi ſit euacuata mā ꝓuocatiua non cōueniunt vt. 8. tera. cap̄. 4. ⁊. 11. ca. 9. ⁊. 10. ⁊. 16. continē. ca. 2. auctoꝛitate Oꝛibaſij ⁊ Ruffi clarius ꝙ̃ alibi ponit̄: ſed in ꝑncipio non eſt facta euacuatio in feb. in ꝗb⁹ nō cōpetit flobothomia. Eodē mō ꝓbat̄ de eūone per ſudoꝛē ⁊ fuit intētio Ruffi ⁊ Oꝛibaſij. 16. cōtinē. cap̄. 2. ⁋ In ꝯ̄rium Auicē. ⁋ Ad ſolōnem huius cōſiderandū ꝑmo ꝙ ꝑncipiū accn̄tium vel accidentie febꝛis eſt ꝑncipium vl'e diſtictū quo ad oīa accn̄tia: de quib⁹ ſunt ſigna cruditatis: ergo iſti cañ. ſunt ꝓpꝛie intellecti in vſu pharmacie. poſſet etiā intelligi ꝑncipiū accidentiū abſolute in oī fe. ſiue ſit digeſtio in illo pꝛincipio vt ſynocha febꝛe: ſiue non vt in alijs. ⁋ Scd̄o cōſiderandū ꝙ Aui. nō dicit ꝙ tu vtaris dictis cañ. in pꝛincipio accidentium ſiue accn̄tie feb. ſed dicit ꝙ ſi tu adminiſtraſti eos feciſti eūonē minoꝛatiuā que eſt exiccatio: ⁊ ideo vult ꝙ conſideres quib⁹ cañ. ꝑdictis vteris ⁊ qualiter. nā ſi febꝛis eſt in ꝑncipio accn̄tie. i. euentus ⁊ mā eſt cruda nō competit flōmia: vel competit flōmia minoꝛatiua ſi eſt ibi repletio ſanguinea vt ſup̄ dixim⁹. ⁋ Tertio ꝯſiderādū vt ſup̄ diximus ꝙ eūo in febꝛibus putridis eſt duplex. Una cōis que eſt eūo materieꝝ cōiter ⁊ neceſſario cōiūctaꝝ fe. ⁊ iſta vocat̄ exiccatio apud Aui. vt. v̄. g. mūdificatio inteſtinoꝝ ⁊ vapoꝛatio vapoꝝ ⁊ aliquaꝝ materieꝝ aquoſaꝝ īfectarum vꝛinatio. Alia eſt eūatio ꝓpꝛia que accipit humoꝛē ꝗ facit febꝛē. ⁋ His habitis dicam⁹ ꝙ intelligendo pꝛincipiū large ad febꝛes ſanguineas ⁊ alias febꝛes de alijs humoꝛib⁹ ſi tu exercuiſti te in ꝑncipio cū flobothomia: talis euacuatio potuit eē minoꝛatiua vere: ⁊ vere abſciſſiua totaliter cauſe: vt ſupꝛa dictū eſt. Si autem exercuiſti te cū alijs cañ. ⁊ nō cū flobothomia: qꝛ ſunt feb. cholerice flegmatice vel melīce in quib⁹ nō cōpetit flobothomia

que si cōpetit cōpetit minoratiua: vnde post flobothomiā stat febris: ⁊ est intētio tūc ad mām aliā a materia sanguinea.s.cholicā vel flegmaticā vel melicaz: dico ꝙ si est vsus can̄. p̄dictoꝝ aliorū a canonibꝰ flōmie factoꝝ in p̄ncipio tu nō minorasti ꝓprie mām appropriatā sed eūationē cōem fecisti que.cōis euacuatio vocat̄ exiccatio: ⁊ ideo ꝓprie non soluisti ventrē sed lenificasti: non fortiter ꝓuocasti nec vrinā nec sudorē sed leuiter valde. ¶ Ex qbus cessant cōtraria. nō eni Aui.cogit te ad flobothomādū in p̄nº: sed si expedit nec ad ꝓuocandū vrinā nec sudorē: sed si in p̄ncipio tibi videt̄: fac cū leuibꝰ valde ⁊ proprie mundificatione facta.

Du^m 37^m ¶ Dubitat̄ scdo vtrū vtendo can̄. p̄dictis in ꝓcessu febriū abscīdamus mām ⁊ qualr̄ debemus vti illis. ¶ Considerandū ꝙ sicut supra diximus ad claritatē doctrine opʒ distincte loqui de canonibus flobothomie ⁊ alijs can̄. lenitiuis siue fluxus vētris ⁊ ꝓuocationis sudoris ⁊ vrine. ⁋ Dicamus ergo ꝙ eūatio per flōmiaʒ dupliciter pōt abscindere cām. Qn̄qꝫ siue p̄mo vna vice est totaliter abscindens cām vt in synocha in qua vna flōmia liberat̄ homo: ⁊ hoc maxime fit in p̄ncipio: cū eni postponit̄ nō sic copiose potest fieri vt posterius dicet̄. Et qn̄qꝫ siue scdo iterat̄ vicibꝰ posset abscindere sicut si alicuiꝰ sanguis eēt malus vnde febriet ⁊ paulatina flōmia iterato ⁊ iterato facta ille totꝰ sanguis rectificat̄ vt potest ītelligi gn̄aliter quarta p̄mi cap̄. de flōmia. ⁊ ꝯm hūc intellectū posset saluari Dynus qui flōmiā eradicatiuam ītellexit possʒ fieri posterius digesta mā: subtilr̄ tn̄ intelligēdo cōplemētū illius rectificatiōis nō fit per eūonē necio. Qn̄qꝫ aūt euacuatio ꝑ flobothomiā minorat mām: ⁊ hoc tripliciter. Prīo ꝓpria minoratione: q2 si febris eēt de sanguine ⁊ fieret flōmia minorans: eēt tūc ꝑ se illiꝰ materie minoratio. Scdo aliqn̄ minorat per accn̄s: q2 accidit materias febrē faciētes eē sanguini mixtas: lʒ sanguis per se non peccet nec per se faciat febrē: accidit ꝫ illas materias seq sanguinē in euacuatione. Aliquando aūt ⁊ tertio flōmia minorat solū repletionē cōmunem: ⁊ vocabatur tūc eūatio per flobothomiā euacuatio quedā cōis materie vt est flōmia intendendo sanguīs plenitudinē remouere ꝗuis nihil de causa cōiuncta nec antecedēte fe. propria minoraretur vt apparuit in casu superiꝰ posito: ⁊ ista vocatur minoratio materie accidētaliter cōiūcte febri. ¶ His dictis in flōmia dicamus in euacuatione cuʒ alijs ⁊ resumētes diuisionem vt cōpleamus illam: dicamus ꝙ eūatio quedā est cōis siue non appropriata vt scitū est ⁊ vocat̄ exiccatio: vnde Aui. ꝯm semitā minorationis ⁊ pro.i.exiccationis. Quedā autem est appropriata: ⁊ ista est duplex. Una abscindens totalr̄ mām vt que totā cholaʒ faciētē febrem euacuat: ⁊ ex toto cessat feb. Alia est partē materie abscindēs vt si peccet chola. Exēpli grā in libra.j. si pharmacia euacuat de hac libra.ʒ.j.vel.ij.vel aliquā portionez que tibi videtur: vn̄ de febre remittat̄ ab eo qđ est vel ab eo qđ per directū eē posset. Auicē. igitur cū dixit ꝙ opʒ te occupare in euacuatione ꝯm semitā abscissionis cause ītelligit ꝯm semitā euacuationis appropriate que est abscissio totalis vel partialis: ⁊ ħ est qđ decipit expositores. Nō eni Auicē. per abscissionē ītelligit solā eradicatiuā eūonē que totā mām euacuat: sed intelligit ꝑtis etiam illius materie abscissionē. Ergo sūma ītellectus eiꝰ est ꝙ si tu bene administrasti can̄. p̄dictos lenificationis ⁊ ꝓuocationis in p̄nº accn̄tiuʒ fe. tu fecisti quādam eūonez que apud Aui. vocat̄ exiccatio ⁊ nō ꝓprie eduxisti mām que appropriatur: opʒ ꝫ quodāmō tu intēdas ad eūonem appropriatā ad mām: ⁊ ista est euacuatio ꝯm semitā abscissionis siue totalis siue ꝑtialis abscissiōis minoratiue mãe: ⁊ forsan ꝙ Aui. notant̄ dixit ꝯʒ semitā abscissiōis: vt daret ītelligere vtrāqꝫ abscissionē. Opʒ aūt nos ponere drīam inter has euacuationes. Differt qdem euacuatio cōis dicta exiccatio: ⁊ euacuatio ꝓpria que dicitur abscissio. Primo ex ꝑte temporis: qa euacuatio que est abscissio fit post p̄n^m materia digesta regulariter operādo: sed eūatio que est exiccatio fit statī in p̄ncipio: qa statim clysterizamus vel si expedit lenitiuū potatū damꝰ. ¶ Sed dubitatur q2 saltem in principio omni nō poterimus vti prouocatiuo sudoris nec ēt ꝓuocatiuo vrine: q2 quedaʒ febris est in cuius principio non competit euacuatio nec per flobothomiā nec per pharmaciam: īmo in nulla in principio regulariter competit euacuatio per pharmaciā exsoluentē: sed nō facta eūatione non possumus vti prouocantibus nec sudantibus vt dictum est. ¶ Dubitat̄ scdo an istis can̄. ēt possumus vti in ꝓcessu post digōnez. ⁋ Ad primuʒ dōm ꝙ si febris fit in qua sit facta minoratio ꝑ flōmiā nō est dubiū ꝙ securiꝰ possumꝰ vti a p̄nº sudatiuis ⁊ ꝓuocatiuis vrine in qbꝰ intētio principalis est viaꝝ aptio: ⁊ sic digestio materie vt supra dicebat̄: ⁊ in ħ seqtur mās cōes eūari. Sed si febris sit de materiebꝰ alijs in qbus nulla a principio sit fienda euacuatio minoratiua ꝓpria: tunc nō possumus vti ꝓuocātibꝰ sudorem nec vrinā alicuius fortitudīs q2 agitatio fieret materieꝝ: sed faciaʒ sudationē.i.aꝑtionē poroꝝ leui fricatiōe debita pānoruʒ coopertura: ⁊ ꝓuocationē.i.viaꝝ apertionē cū syrupo acetoso simplici vel cū aqua ordei aut cū syrupo de duabus radicibꝰ.s. petro. ⁊ feniculi in aliqua mā: ⁊ dabo de ea paruʒ. ⁊ ista leuia non agitāt mām ꝗuis nō sit facta minoratio: ⁊ aperiēdo vias sunt cā ꝙ infirmus bn̄ trāspiret ⁊ ꝙ bene vrinet. ⁋ Sed tu dices pono casum ꝙ repletio mãe crude flegmatice sit multa in qua nō cōpetit flōmia nec pharmacia ante digōnem: quero an hic facias sudare vel ꝓuoces vrinā a p̄nº. ⁋ Dōm ꝙ non cum re que agitet sed fricabo ⁊ subtiliabo māʒ vt fit in syncopali humorosa ⁊ ista dici possunt ꝓuocatiua ⁊ sudātia: ⁊ hoc totuʒ stat in tui estimatiōe. ⁋ Ad scdm̄ dōm ꝙ etiā istis can̄. vtimur in ꝓcessu: sicut apparet de lenitione ⁊ sudatione ⁊ ꝓuocatione ⁊ hoc post declarabit̄. ¶ Scdo differunt iste eūones ex parte reꝝ cū qbus fiunt: naʒ eūatio q̄ est abscissio fit cū re que mām eligit in eūone.i.que māʒ ꝓpriam febrium. Quō autē fiat ista electio per pharmacū solutiuū est notum. Sʒ eūatio que vocat̄ exiccatio nō fit eligēdo sed vias eūoni preparādo ⁊ educēdo mās habiles qbꝰ euacuas: ⁊ hoc est manifestū in lenitione cū clysteri: ⁊ sic est cōprehēdēdū de ꝓuocatiōe ⁊ sudatione leuibꝰ qbus a p̄nº vtimur. ¶ Sed eūatio abscissiua totalis ⁊ abscissiua partis que ꝓprie dicūtur eūones minoratiue et eradicatiue differūt p̄mo ꝗuis in vtraqꝫ expectet̄ digestio: sʒ minoratiua solaʒ partē accipit: sed eradicatiua totum accipit. Secūdo q2 minoratiua pōt fieri statim cuʒ aliqua ꝑs materie est digesta: si videt̄ medico illā debere accipere: sicut in flegmaticis fe. vt post declarabit̄: sed eradicatiua fit cuʒ tota mā est digesta: ⁊ ħ regulariter. Tertio q2 minoratiua eūatio pōt fieri cū leuiori re ꝗ̄ eradicatiua ⁊ ista leuitas est per gradū ꝟtutis vel per dosim minorē. v.g. de p̄mo minorasti aliqd de mā cū reubarbaro vel odore turbith: postea eradicas cū scamonea vel corpore turbith. exemplū secūdi ad minorādā das paruam dosim de scamonea vel turbith: ad eradicādā das integrā. Accidere tn̄ posset ꝙ aliq̄ eradicatiua eēt leuior multis minoratiuis p̄cedētibus: ⁊ hoc qn̄ illud qđ remāsit eradicatiuū eēt valde paꝝ. ⁋ Ex qbꝰ oībus dictis appa ret ꝙ eūones minoratiue sunt sicut q̄dam preparationes ad euacuationē eradicatiuā fiendā per artē vel per nāʒ: siue eūatio minoratiua dicat̄ illa quā ego voco cū Aui. exiccationē: siue dicatur minoratiua que est ꝑtis abscissiua: ex vtrisqꝫ eni virtꝰ alleuiat̄ et vie p̄parant̄. ¶ Sed tūc est dubitatio an ꝑ medicinas sudatiuas vel vrinatiuas posset fieri eūatio abscissiua. ⁋ Et dōm notū esse ꝑ se ꝙ per medicinas sudatiuas pōt appropriata mā eūari. Et notuʒ est ꝙ ꝓuocans forte per vrinā in febre melica qđ māʒ illaʒ facit exire cū vrina nigra est abscindēs mām melicam: ⁊ sic facies vrinare flegma in flegmatica: ⁊ cholaʒ in cholica. Et eodē modo fortia sudatiua qualia essent tyriaca antiqua ⁊ medicina de asa ⁊ alia que dicent̄ in capl'is suis mouētia mās ꝑ sudorez: ⁊ oīa ista sunt eūantia ꝯm semitā abscissionis mãe: ⁊ iō in vsu istoꝝ sudatiū ⁊ ꝓuocātiū expectamus digōnem: sicut in vsu solutiuoꝝ pharmacoꝝ: vt postea in ꝓprijs capl'is dicet̄: īmo vt d̄clabit̄ securior vsus est p̄cedētibꝰ pharmacijs: sed an ī eūone facta ꝑ istos sit electio talis q̄lis in pharmacijs ē dubiū sup̄ motū hic nō discutiēdū. ¶ Ex his soluit̄ qđ scda supra mota. nā in ꝓcessu febriū possumꝰ vti can̄. istis lenificatiōis ꝓuocatiōis ⁊ sudatiōis eisdē modis quibus in p̄nº vtebat̄ ⁊ cū eisdē rebꝰ: ⁊ tūc cū eis ꝑ se fit cōis minoratio mãe que dr̄ exiccatio ꝯtigēter: tn̄ posset fieri mãe abscissio vt supra diximꝰ. Si āt in ꝓcessu vtamur istis can̄. nō cū rebꝰ leuibus sed fortibꝰ: tūc nō erit ꝓprie lenitio sed fluxus vētris ⁊ erit ꝓprie ꝓuocatio ⁊ sudatio ⁊ poterit cuʒ eis fieri abscissio materierum. ¶ Cōsiderandū vltimo ꝙ si tu ꝑpēdis de mō loquēdi Auicen. ipe vult ꝙ occupatio in dictis can̄. in p̄nº accn̄tiū febris sit faciēs digestionē mãe ⁊ minorationē que est exiccatio. Ergo mā ꝓpria q̄ dʒ abscindi ꝑ can̄. dictos digerit̄ aut in se aut ꝗ̄tū ad viaꝝ p̄parationē: sed ipa ꝑ se nō minorat̄: sed minorat̄ cōis mā vt sepe est iteratū in ꝯmone. Et ex eodē mō loquēdi vult ꝙ occuperis in posteruʒ in digōne ⁊ eūone que sunt ꝯm semitā abscissionis scias hoc.

¶ Et non euacues materiam indigestaʒ in calido aut frigido nisi propter necessitatem. 35

¶ Hic ponit can̄. in hac euacuatione. Secūdo ponit q̄tuor medicinas euacuatiuas. ibi (De solutiuis vo.) ⁋ Prima in tres. Prīo ponit can̄. Secundo declarat illum. ibi (Fortasse.) Tertio subiungit can̄. curationis putridarum vt quibusdam accidentibus coniunguntur. ibi (Scias ꝙ quando aggregatur.)

¶ Cōsiderandū p̄ ꝙ can̄. iste est de eūatione non de ea que est exiccatio: q2 iā ꝯcessit eam in p̄ncipio accn̄tium febris: ⁊ per ꝯn̄s materia existēte indigesta. Et hoc est rōnabile: q2 eūatio illa nō attingit ꝓpriā māʒ febris: nisi fit flōmia ⁊ in illa nō expectat̄ digō que expectat̄ in solutiuis. Ampliꝰ lenitio ⁊ vētris ꝓuocatio ⁊ sudatio leues nō attingūt mās ꝓprias febriū: vt iā declarauimꝰ: nō igitur opʒ ꝙ cū eūone illa que vocat̄ exiccatio: cōcurrat digestio ꝓprie mãe qn̄ fit lenitio vētris ⁊ ꝓuocatio vrine ⁊ sudoris lenibꝰ.i.rarificatione leui ⁊ aꝑtiōe leui viaꝝ. Relinquit̄ ergo ꝙ iste can̄. est de euacuatione abscissiua duplici siue eradicatiua siue minoratiua q̄ fit cū pharmacis eūantibꝰ exsoluēdo vel fortiter ꝓuocādo sudorez vel vrinā: ⁊ iō sermo est ꝯtinuus vt dicat̄ cū trāsierit p̄n^m intēdēs

ad digõnem materie ⁊ eũationem abscissiuaȝ totius vel ptis:sed neutrã eaꝝ facias nisi mã sit digesta.℄Cõsiderãdũ scðo ꝙ vt ici peret remouere errorẽ dixit in calido aut frigido.i.siue mã sit ca lida siue frigida:⁊ sub hoc comprehenditur omnis feb.

36 ℄Et fortasse eni multiplicatᷣ eũatio humoris nõ ꝓue-nientis ad statũ per digõneȝ vt euacuetur.

℄Hic declarat cañ.dictũ.Et primo quantũ ad primũ ꝑceptũ quo dicitᷣ nõ euacues materiã indigestã.Scðo q̃ntum ad scðȝ quo dᷣ nisi apud necessitatẽ.ibi(Cum aũt mã est plurima.)Tertio ponit quẽdã cañ.rectificãtẽ hanc eũonem quã ꝑcipit.ibi(Cũ ergo exer-ces.)Prima in duas.Primo inducit tres rõnes ad ꝓbãdũ ꝓposi-tum.Scðo quorũdam errorem remouet.ibi(Et tu.)

℄Prima rõ est si mã euacuetᷣ añ digõnem multiplicatᷣ eũatio hu-moris nõ ꝓueniẽtis ad statũ ⁊c̃.Exponit Dynus.i.cuius euacua-tio est cã vt natura nõ possit ꝓuenire vsq̧ ad statuȝ digerẽdo ma teriaȝ vt in statu per crisim ipsam euacuet:⁊ hoc qa euacuatᷣ hu-mor bonꝰ.Alia expositio est nostra que est eadẽ in effectu ꝑꝑ quã considerandũ ꝙ eũatio ante digõneȝ est cã ꝙ bonus humor eua-cuetᷣ:⁊ iste bonus humor non dȝ venire ad statuȝ per digõnem vt euacuetᷣ:imo vt nutriat ⁊ cõuertatᷣ in spũs.Cã aũt quare euacuetᷣ humor bonus est:qꝛ ipse ex parte substãtie est aptior ad eũoneȝ. dixit aũt fortasse ꝓpter casus ꝯtingentes estimabiles qui dicentᷣ. Tertia expõ est nostra ꝙ per euacuationẽ ante digõneȝ euacuatᷣ materia subtilis que de se fuisset euacuata siue resoluta ⁊ non ꝑ-uenisset ad statum cum digestione:ergo non expediebat te eua-cuare eã cum pharmaco solutiuo.Causa autẽ quare subtile ma-teriei nociue euacuatur est:qꝛ est pars aptior euacuationi.

37 ℄Et fortasse nocet euacuatio maturationi.

℄Scða rõ:illa eũatio nõ est fiẽda que nocet maturationi:sed eũo ante digõnẽ est hmõi:qꝛ debilitat virtutẽ ⁊ qa euacuat subtile de mã: vnde grossum remanẽs non bene digeritᷣ:vt dixit Halyab.3. practice cap.10.de euacuatione humoris putridi.

38 ℄Et fortasse ꝓmiscetᷣ cũ ea malignũ cum bono:ꝓpea ꝙ mouetur malignum absq̧ digestione sua.

℄Tertia rõ:illa euacuatio nõ est fiẽda que malignũ humorẽ mul tiplicat:sed hoc facit euacuatio ante digestioneȝ:quia agitat ma teriam ⁊ cõmiscet eam cum bono ⁊ sic bonum corrumpitᷣ ⁊ ma-lum multiplicatur:⁊ est sermo Aui.lib.1.fen.4.cap.1.

Duᵐ 38ᵐ ℄Sed tu dices ista mixtio debet rectificare materiã istã malaȝ: qa attingitᷣ a bona.// Dõm ꝙ mixtio que fit per virtutis actionẽ rectificãtis materiã ista est bona:sed mixtio que fit per agitatio nem humoris mali distantis a nã sanguinis:ista est que plus no-cet:qꝛ plus ex h̃ fit bonoꝝ humoꝝ corruptio q̃ȝ mali rectificatio.

Duᵐ 39ᵐ ℄Dubitatᷣ q̃re Aui.vsus est hoc mõ loquendi fortasse.// Dõm pri-mo ꝙ hoc facit ꝓpter euacuationem coactã minoratiuã vel era-dicatiuaȝ in mã furiosa que fit aliquãdo ante digõneȝ:⁊ non acci-dunt ista nocumẽta vel si accidunt sunt minora nocumenta q̃ȝ se-querentᷣ ex dimissiõe eũonis // Uel dõȝ ꝙ hoc dixit ꝓpter casus contingẽtes estimabiles in qbꝰ accidit finis laudatꝰ operãti con-tra cañ.Ubi gratia aliquis medicus presumptuosus dedit phar-macuȝ solutiuũ ante digõnẽ in febre cholica vel flegmatica ⁊ nõ erat mã furiosa nec erat materia sup̃flue quantitatis vñ necessi-taret aliq̃ȝ minorationẽ añ maturitatẽ:ergo ista medicina est da ta oĩno ꝯtra cañ.⁊ debent sequi tria ꝑdicta nocumenta.s.eũo hu-moris qui nõ dȝ euacuari ⁊ impedimentũ maturationis ⁊ multi-tudo humoris mali:⁊ fortasse ꝯtingit ꝙ nullũ istoꝝ euenit:cõtin-git enĩ eẽ hoĩem in nã robustũ:vnde virtꝰ bonos humores ꝯ̃fen-dit a tractu medicine solutiue:⁊ iuuat se ĩprimẽdo ⁊ expellendo mãs malas q̃uis sint ĩdigeste ⁊ eã totã euacuabit:vnde nõ ĩpeditᷣ digestio nec multiplicabitᷣ malus humor ⁊ erit liberatus ĩfirmꝰ medico male agẽte:⁊ hoc ĩferiꝰ adhuc ꝯ̃clarabitᷣ ibi(Et opinor.)

39 ℄Et tu nõ auscultes viꝝ qui existimabat ꝙ ĩtẽtio in digerẽdo est subtiliare ⁊ humor calidus est subtilis: quare non est necesse vt subtilietur.

℄Primo ponit errorẽ.Scðo reprobat.ibi(Res enĩ.)Ponit dcñ̃ eoꝝ ⁊ cãȝ dicti.iste aũt vir fuit Rasis vt hꝫ.16.ꝯtinẽ.2.cap.vñ ẽt 10.Almã.ca.4.statim in tertiana ꝯcedit mirabolanos.⁊ nõ solum Rasis fuit audax añ digõnẽ cholericoꝝ humoꝝ euacuare:qa ꝭm veritatẽ credit ꝙ eũatio eoꝝ nõ est añ digõnẽ cum sint digesti eo ꝙ sunt subtiles:sed in humoribꝰ fridis ꝯcedit eũoneȝ debere fieri añ digõnẽ:vt appet eodẽ.16.ꝯtinẽ.⁊ vidit illũ passum Auer.vt ap paret.7.collꝫ cap.9.quid aũt sit de h̃ posterius dicemus.

40 ℄Res enĩ nõ est sicut dixit:ĩmo intẽtio in digerendo est equare subãm materiei:ita vt preparata sit ad ex-pulsionem facilẽ:⁊ subtile imbibitũ ⁊ grossuȝ fixum ⁊ viscosuȝ adherẽs totũ illud nõ est ꝑparatũ ad expul-sionẽ facilem:ĩmo est necessariũ vt ĩspissetur subtile ⁊ subtilietᷣ spissum paulatim ⁊ incidatur viscosum.

℄Primo arguit rõnibus contra euȝ:⁊ in hoc soluitᷣ rõ eoꝝ.Scðo arguit auctoritate.ibi(Et eẽt melius.)Tertio ostẽdit que potuit eẽ causa:q̃re isti posuerũt hãc opionẽ ⁊ motiuuȝ opionis.ibi(Et opinor.)Prima in q̃tuor sicut quatuor rõnes adducit ꝯtra eum.

℄Pria rõ sic põt formari.oĩs humor eũoni ineptus dȝ digeri añ eũoneȝ:qꝛ digestio est equatio substãtie materie vt expellatᷣ: sed oĩs humor siue grossus.siue subtilis est ineptus eũoni.naȝ subtile imbibitᷣ ⁊ grossum figitᷣ ⁊ ĩmobilitatᷣ.viscosum v̾o sui tenacitate siue viscositate adheret mẽbroꝝ parietibꝰ:q̃re oportet humoreȝ subtileȝ ingrossare siue inspissare ⁊ spissuȝ subtiliare paulatiȝ ne per fortẽ ⁊ subitã s̾tiliationẽ fiat lapis.Sup̃ isto passu ꝓlixe scri berẽ:nisi qa expositꝰ est subtil̾r in q̃one nr̃a de maioritate morbi.

41 ℄Et si vir iste non audiuisset in sermone antiquoruȝ de digestione aliqd anteq̃ȝ dixissemꝰ illud ⁊ rememo raretᷣ dispositionis digestionis humoꝝ fixoruȝ.s.qꝛ q de eis subtilis est ĩdiget vt ĩspissetur ⁊ qui de eis spis-sus est indiget vt subtilietᷣ oporteret vt sciretᷣ hoc ꝑ per illud.Et quare nõ oportuit vt in seipso cõsidera-ret ⁊ diceret quare vrine in febribus acutis non hñt in principijs earum sedimen:deinde fiunt hñtes se-dimen:⁊ an sedimen laudabile est aliquid nisi humor faciens egritudinem qui iam digestus est.

℄Secunda rõ.iste vir ꝯcederet humores fixos.s.grossos viscosos ineptos eũationi debere digeri:ergo ꝑ hoc deberet ꝯcedere hu-mores subtiles debere digeri.Et tenet ꝯñtia virtute ꝑcedẽtis ra tionis.hoc est qð dicit si iste vir.s.Rasis nihil audiuisset ab anti-quis de digõne anteq̃ȝ nos dixissemus ⁊ anteq̃ȝ remoueantᷣ dispo sitiones humoꝝ fixoꝝ.s.per grossitiẽ deberet ꝑ illud.s.qð scitᷣ de digestione fixorum scire hoc.s.ꝙ de eis qui subtilis est ⁊c̃.℄Cõ-siderandũ aũt ꝙ Aui.vituperium dicit huic viro in hoc ꝙ si iste nunq̃ȝ ab aliq̃ ñ Aui.audiuisset aliqd de digestione ⁊c̃.q̃si dicat si ante hec nr̃a dicta ⁊ ante hãc nr̃aȝ rememorationẽ nihil audiuis-set deberet scire ꝙ humores grossi sunt inepti eũoni:⁊ ꝑ hoc de-bebat scire ꝙ ẽt subtiles sũt inepti ꝑꝑ oppositã dispositionẽ oĩo. Alia lr̃a hꝫ rememoratur.s.iste vir.Aliter posset exponi ꝙ hec sit declaratio ꝑmisse rõnis:⁊ dicit iste vir in seipso deberet scire ali quid de digõne q̃uis nullus diceret.Sȝ notũ est ꝙ humor fixus.i. ineptꝰ eũoni dȝ digeri:ꝯ̃ tã subtilis q̃ȝ grossus dȝ digeri.dȝ ꝯ̃ scire h̃.s.subtilẽ humorẽ ⁊ grossuȝ debẽ digeri ꝑ illð.i.ꝑ dispõnẽ humo-rũ fixoꝝ ⁊ eũoni ineptorum.Apparet ergo ꝙ fixum sumitᷣ dupl̾r. Uno mõ pro ĩmobilitate terrea:vt sunt grossi humores fixi:⁊ h̃ modo sumitᷣ fixuȝ sup̃ius cũ dixit grossum fixum:⁊ hoc quãtuȝ ad primã expositionem.Alio modo sumitᷣ fixuȝ large ad esse ineptũ: ⁊ hoc modo sumitur hic quantum ad scðam expositionem.

42 ℄Quare ergo nõ expellitur in principijs egritudinis ad salutẽ si est subtilitas vltimum qð intenditᷣ in di-gestione:ergo necessarium est vt sit in ꝑncipio febriũ san.⁊ cholere sedimen laudabile.

℄Tertia rõ.si materie subtiles essent digeste tunc in ꝑnº febrium acutaꝝ que sunt de mã subtili appareret hypostasis laudabilis. hoc est falsum ad sensum.ꝯñtia est nota:qꝛ hypostasis in istis fe-bribus acutis nihil aliud est q̃ȝ humor faciẽs egritudinẽ qui est di gestus:ꝯ̃ natura illũ expellit:ergo necessariũ est ꝙ sit hypostasis laudabilis in ꝑnº feb.sanguinee.Nescio aũt q̃re Dynus ꝑ ꝑnᵐ hic intelligit nõ ꝑnᵐ qð est vnũ tp̃s nec qð est spatium triũ dieꝝ:nec pũctũ quo ĩcipit:sed intẽtionẽ cõem istis vt ĩtelligit ẽt Hip.ꝑ re giminis acutoꝝ tex.cõ.21.cuȝ dicit.Opȝ vt detur infirmo in prin cipio ⁊c̃.bene enim verificatᷣ sermo Aui.de principio qð est vnũ tp̃s de quatuor tẽporibꝰ vniuersalibus.Dicit ergo sic quasi ĩter-rogatiue.quare iste non considerauit in seipso ⁊ diceret ⁊c̃.℄Cõ-siderandum dixit sedimen laudabile:qꝛ sedimen nõ laudabile põt esse membrale:sed laudabile oportet ꝙ sit de materia que est cã cõiũcta in acutis in qbꝰ seruatᷣ mã ad vnicã expulsioneȝ:⁊ ꝑ ꝯñs tota cã añs est sub cã ꝯiuncta vel erit vsq̧ ad statum:⁊ ideo dige sta expellitᷣ:⁊ huiꝰ digõnis signum est laudabilis hypostasis.in fe bribꝰ aũt non ꝯtinuis põt venire hypostasis a mã que est cã añs:⁊ similiter in continuis tropicis.in hoc non prolõgamus ꝑꝑ dicta in questione nostra an cause cõiuncte debeatur digestio.

43 ℄Si aũt nãe nõ est possibile expellere illã sup̃fluita-tẽ nisi post horã in qua fit ꝑparatio ad expellẽdũ in vrina tũc sil̾r opȝ vt sciatur ꝙ arti euacuare humo-

rem ante

rē añ illā horā in qua apparet digestio in vrina est icōueniens aut difficile malū. Et fortasse mouet ⁊ nō opaꝛ vltime ⁊ fortasse miscet malignū cum bono.

¶ Hec est quarta ratio. natura in febrib⁹ acutis nō euacuat māȝ: nisi post signa digestionis que apparent in vrina: ⁊ hoc est q̄ dicit. Nisi post horam ⁊c̄. i. nisi post apparitioneȝ signoꝝ digōnis in vrina. Ergo eodē modo medicus non dȝ curare nisi digōne facta ⁊ repetit dicta supra ad vigorem rationis huius.

Dum 40m ¶ Dubitatur q̄a non videtur cōsequentia bona. natura nō expellit: ergo neq̄ȝ medicus: imo infra precipit ꝙ si ipsa nō euacuat ꝙ tu euacues. ¶ Dicendum ꝙ si natura non expellit ꝓpter defectū: ꝙ tu debes expellere. sed si natura ordinatim agens non expellit quia humor est ineptus tu ordinatim etiam agens debes etiam ita facere expectare. s. ꝙ fit aptus.

44 ¶ Et esset melius homini huic vt bene opinareꝛ de illis qui fuerunt sicut Gal. ⁊ Hip. in eis que scripserūt de hoc ⁊ valde attenderet: ⁊ tunc rediret ad contradictionem: quia omnis contradictor in primis cū est super veritatem est excusatus. Uerum melius esset ei vt non confideret in consideratione sua.

a. i. ꝯsiderarer

¶ Hic per auctoritatē arguit ꝯ istuȝ: ⁊ dicit ꝙ iste Rasis deberet credere Gal. ⁊ Hip. ⁊ hoc est q̄ dicit bene opinareꝛ. i. ꝙ bonā de eis opinionē haberet. s. ꝙ fuerint boni viri q̄b⁹ est credēdū in his que scripserūt. s. vtriq̄ȝ in p̄ma afoꝝ. afoꝛ. zz. cū dixit. digesta medicari. ⁊ in afoꝛ. z4 in ꝑacutꝭ passionib⁹. Sȝ si iste vir nō vult credere Hip. ⁊ Gal. debebat primo valde attēdere ⁊ multum ꝯsiderare ⁊ examinare: ⁊ tunc ꝯtradicere Gal. ⁊ Hip. q̄ꝛ contradictor cuȝ est suꝑ veritate. s. ſm ꝙ sibi apparet post bonā discussionem esto ꝙ nō sit veritas est excusatus: verum melius eēt ei vt ꝯsideraret in ꝯsideratione sua. s. Hip. ⁊ Gal. vel in cōsideratione sua. s. propria. quasi dicat si bene considerasset non cōtradixisset. al's nō consideraret vel non ꝯsideret idest nō crederet sibimet sed Gal. ⁊ Hip. Considera hic magnā laudē quā dat Auicē. Gal. ⁊ Hip. in opere medicine. Considera vituperiū q̄ dicit Rasis: q̄ꝛ vult ꝙ si cōsideraret in seipso: apparuisset sibi v̇itas p̄dicta. s. ꝙ eūatio nō debet fieri nisi mā digesta q̄uis sit subtilis: ⁊ ꝙ subtilis nō ꝓpterea est digesta sed paꝝ intuētes ⁊ ad pauca respicientes de facili enūciat. Uult ergo Aui. ꝙ ista rō est tā euidēs ꝙ statim Rasis vidisset eā si ꝯsiderasset in se: ⁊ si nō potuisset videre: imo ꝯ̄riū apparuisset sibi verum: tunc fuisset excusatus. hō enīȝ qui ꝯtra vnā veritatē instat rōne fortissima sibi insolubili est excusat⁹. est ergo vituperiū q̄ dicit de Rasi: q̄ꝛ nō attendit ad illud q̄ dicit.

45 ¶ Et opinor ꝙ raro huic viro acciderunt experimēta que ꝓfuerunt in hoc capitulo ⁊ acq̄euit in eis. Et huiusmodi quidem experimētis que non sunt ſm canones accidit eis vt nec vnum valeat. Et accidit eis vt nec vnū eoꝝ sit signū: hoc nāq̄ȝ est conueniens.

¶ Rasis fuit magnus practicus ⁊ experimētator: ⁊ ideo in vsu sue practice dedit multas medicinas solutiuas añ digōnē materie: ⁊ ex hoc bñ sibi successit: ⁊ ideo acq̄euit his expimētis ⁊ purgauit mās in febrib⁹ acutis statim in ꝓn°. ante digōnē: ⁊ ꝯtinue sic est ꝓsecutus: ⁊ h̄ ē q̄ dicit ꝓfuerunt in hoc ca. s. cure febriū putridarum ante digōnē. ⁊ hoc Aui. remouet ⁊ dicit ꝙ hui⁹ expimenta q̄ sunt cōtra cañ. nihil valent: nec vnū est signū. s. ꝙ ita debeat fieri in alijs ifirmis: lȝ ĝ in vno ifirmo vel in plurib⁹ hoc eueniat non est signū ꝙ sic deat fieri: ⁊ per ꝯn̄s nō est signū ꝙ possit de illo oꝑe fieri cañ. generalis. nāq̄ȝ hoc est conueniens. s. ꝙ ita fit.

Dum 41m ¶ Dubitaꝛ vtrū viso per experientiā in plurib⁹ infirmis ꝙ medicina data añ digestionē libereꝛ febriens: an debeamus ex hoc accipere cañ. gñalē ꝙ pharmacū solutiuū possit dari añ digestiōeȝ. ¶ Uideꝛ ꝙ sic. Prio q̄ꝛ multa sunt sola experiētia credita vt operationes a forma specifica nec habemus aliud per q̄ faciamus cañ. curationis nisi ꝯfirmationē per expientiā vt sumiꝛ 9° de simplici medicina caꝑ. 5. Amplius ex effectu. sequēte operatiōes cōfirmaꝛ nostrum operari: vt sumiꝛ ex cōmēto afoꝛ. secūdi 4ᵉ particule. ¶ In ꝯ̄riū Aui. ¶ Dōm p̄mo ꝙ quādo experimētum est cōtra rationē verā nō pōt ex eo fieri cañ. gñalis: q̄ꝛ tunc esset falsus cañ. ꝙ autē ratio sit vera cognoscimus: q̄ꝛ hȝ ꝓpositiones manifestas: ⁊ q̄ꝛ est ꝯfirmata iudicio pluriū sapientū. Ex hoc cessat q̄ arguitur de forma specifica: operatio enim que est a forma specifica est cōprehēsa sensu nec habet rōnem efficacē ꝯtrariaȝ. Secūdo dico ꝙ experimētum contra rationē est eueniens vt in paucioribus: ⁊ ideo Auicen. dixit nec vnum loquens in singulari.

parte gescēs opꝫ sua bona estimatiōe cōponere pharmacū ꝯtalis potētie: ⁊ h̄ ipe facit cognoscēdo solutiua que a lōginqs eūent: vt collogntida hermodactyli ⁊c̄. cauēdo se ab eis ⁊ vt nō misceat in magna q̄ntitate medicinas q̄ ad loca illa portāt medicīas ⁊ cauendo mixtionē illaꝝ ⁊ vtēdo medicinis q̄rū opō est circa loca cōia venaꝝ vt reubarbaro ⁊ turbith in exp̄ssiōe vel odore nō facta sui vigoratiōe p̄ ꝫinꝫiber. Utrū aūt postq̄ mãe q̄gescūt in apatib⁹ mēbroꝝ īterioꝝ maturanẗ sint dāda pharmaca solutiua nō discutiamus hic. ¶ Sed tu dices Hip. z. re. acu. tex. cōmē. 11. in eūone ista vsus est elleboro ⁊ fellichino que sunt medicine a lōginquo eūantes ⁊c̄. Dōm q̄ tp̄e Hip. forsan nō erāt note alie medicine ⁊ debemus credere q̄ vtebaẗ eis in q̄ntitate modica ⁊ ꝯsolatis vt oportebat. Et diuersitas hoīum ad īp̄ssiōes mediciaꝝ in tp̄ib⁹ Hip. ⁊ tp̄ib⁹ nr̄is ē diuersitas magna: vt dicit. A. 4. cañ. fen. 5. trac. z. ca. z. ¶ Ad z^m dōm q̄ illa liberatio est: q̄ illud q̄ð est in p̄te a nã resoluiẗ ex quo per īfluxū nō multiplicaẗ. Uel dōm q̄ accidit aliq̄ñ mãm que est in apate. s. fluxã eē eūoni aptã: vñ obedit cursui per medicinas sicut illa que fluit. Hip. igiẗ cū dixit q̄ ex eūone facta cū pharmacia in p̄ncipio apatū ꝯstruunẗ loca sana: ītellexit q̄ñ ille mãe gescūt ⁊ sunt inepte motui. Et medicus de suo iudicio estimatiuo hꝫ iudicare illas eē ineptas nisi matureñẗ ⁊ illas q̄ sunt ītus in venis hꝫ iudicare aptiores. ¶ Ad z^m dōm q̄ tu posses ponē casum talē q̄ dimittēdus erit sicut in quo medicus nihil boni pōt agē: vnde īfirm⁹ moriẗ nec̄io. Logiẗ ḡ medicus casu illo posito q̄ñ eq̄librare iudicio estimatiuo q̄ð sit periculosius an mãꝫ exn̄tē in p̄te agitare volēdo cū hac agitatione de ea minorare vel dimittē multã mãm ⁊ nihil eūare de ea q̄uis sit suspitio de mēbri corruptiōe p̄p multitudinē ⁊ remanet totū h̄ in capite medici. ¶ Ad 4^m dōm q̄ securi⁹ minoram⁹ scalpellatiōe mãs apatū q̄ pharmacia mãs gescētes in apatib⁹ īterioꝝ mēbroꝝ: opꝫ igiẗ medicū vti p̄dicta deliberatiōe ⁊ eq̄libratiōe. Hec ḡ pauca dcã sūt de purgatiōe cū pharmacia in p̄n. febriū apatū: iuenies aūt multa particularia scripta a nobis in ca. de frenesi. ⁊ i ca. de sq̄nãtia ⁊ p̄ipleumonia. ⁊ de apatib⁹ stōchi. ⁊ de apatib⁹ epatis. ¶ Si āt febris putrida sit sine apate: tūc regul'r nō debes dare a p̄n° pharmacū solutiuū vt supra dixit. nō euacues mãm calam aut fridã indigestã: coacte tñ eūamus. illud aūt q̄ð nos cogit est mãe furiositas: ⁊ de h̄ iã sumus expediti. vl' mãe sup̄flue q̄ntitatis: ⁊ dicim⁹ h̄ manifestū eē per se. q̄ si a p̄ncipio febriū calidarū flegmaticarū ⁊ melicarū medicus videt mãm nō multã imo q̄ntitatis tãte q̄ arbitraẗ mãm cum illa posse quiescere vsq̄ ad statū: ⁊ cognoscit medicus q̄ potētia virtutis per se vel cū auxilio artis est tãta ⁊ mã tam pauca q̄ nō dubitaẗ de eius digōne successiua: tunc nullo mō det a p̄ncipio pharmacū solutiuū: q̄ iste sine eo saluabiẗ: ⁊ hoc pharmacū mãm agitando posset plus nocere q̄ iuuare p̄pter cãs superi⁹ scitas. Sed si medicus videt a p̄ncipio dictarū febriū sup̄fluã q̄ntitatē mãe et iudicat q̄ cū tãta q̄ntitate virt⁹ nō p̄uenit ad statū digerēdo: imo addeẗ putrefactio p̄raua in mã ⁊ morieẗ īfirmus: ⁊ cuꝫ h̄ arbitraẗ medicus q̄ si illa mã eēt minoris q̄ntitatis. v. g. q̄ sit. ℥. j. minus q̄ sit virtus posset illã vincere digerēdo successiue: opꝫ nec̄io medicū dare medicinã solutiuã minorantē de mã illa: ⁊ hoc est q̄ð nos docuit Rasis. 16. ꝯtinē. cū diciẗ sua auctoritate. Nō debes expectare in febre q̄rtana neq̄ in tertiana neq̄ in quotidiana digōnē: deinde euacuare corpus si mã fuerit multa. Si v̄o pauca nō debemus penit⁹ eūare ⁊ subdit. Si humor fuerit abūdās obediēs eūemus eū ⁊ digeramus postea residuuꝫ: ⁊ hoc intellexit. G. in cōmē. afoꝛ. Incohoantib⁹ morbis ⁊c̄. Ubi vult q̄ si morb⁹ sit salubris ⁊ locū viderim⁹ esse ad fortē medicinã faciam⁹: ⁊ talis fortis medicina aliq̄ñ est pharmacia s̄m Gal. vult igiẗ. G. aliq̄ñ in p̄n° feb. forti medicina purgationē fieri vt residuū paucificatū a nã meli⁹ possit digeri. ⁊ sic Auic. in capitulis p̄ticularib⁹ obſuat vt apparebit in oībus illis: ⁊ q̄ in hac nr̄a patria ⁊ modernis tp̄ibus hoīes inueniunẗ vehemēter repleti p̄pter multitudinē ciboꝝ ⁊ potuū ⁊ iordinata regimina: iō īuenta est apud op̄atores nō timidos multa vtilitas in eūone facta in p̄ncipio haꝝ febriū putridarū: ⁊ iō q̄daꝫ cōiter in p̄ncipio purgãt pharmaco euacuãte in exsoluēdo. Nos aūt a p̄ncipio quosdã eūam⁹ ⁊ quosdã omittimus s̄m datum cañ.

¶ Ad ꝯtraria pꝫ sol'o. Lū eni p̄hibeẗ ab Hippo. eūo mãerū crudarū intelligiẗ regul'r nō coacte. cogimur eni q̄nq̄ eūare nō expectãtes digōnē. Uel intelligiẗ eradicatiue nisi mã sit furiosa: minoratiue tñ possum⁹ eūare a p̄ncipio: ⁊ iō s̄mo Hip. q̄rti re. acu. pōt sic exponi q̄ a p̄ncipio flegminatibus hypocūdrys nō dꝫ dari pharmacū eradicãs: sꝫ miorãs de mã siue illa fluat siue sit parata fluē siue fluxerit. ⁊ ista sol'o erit manifestior cōicati medicoꝝ ⁊ acceptibilior. ¶ Q̄ñ igr̄ queriẗ: vtꝝ i p̄n° apatū iterioꝝ mēbroꝝ possit dari pharmacū exsoluēs. Dōm est q̄ sic ad minorãdū si mã ē plurima ⁊ times de victoria ei⁹ p̄p m'ltitudinē: sꝫ ad eradicãdū nō dꝫ dari pharmacū soluēs nisi forsan eēt mã furiosa. ¶ Ad rōnē cū dr̄ q̄ ille tres cãe sup̄ius assignate ab Auic. p̄ñt adduci in hac eūone minoratiua. Dōm q̄ nos p̄eligim⁹ illa tria nocumēta nocumento mortis ⁊ speram⁹ q̄ erūt remissa: q̄ dabim⁹ pharmacū q̄ð parū eūabit de illo malo hūore: ⁊ iō illa tria nocumēta ex h̄ pauca fiēt.

¶ Scd̄o dubitaẗ: vtrū sit melius hãc eūonē facere in principio vl' in augmēto. ¶ Et videẗ q̄ in augmēto q̄ mãe aliq̄ pars posset eē digesta: vel mã posset aliqualē diminutã recipe digōnē. fit. n. successio in digōne s̄m p̄tes mãe ⁊ s̄m gradū digōnis intensiuū. ¶ In ꝯtrariū Hip. est cū dixit in afoꝛ. 19. p̄ti. z. Incohoãtib⁹ morbis ⁊c̄. nihil docēs de augmēto. ¶ In ꝯtrariū etiã Aui. hic q̄ vt bene intētionē suã exprimeret. nō dixit moueas in p̄ncipio: q̄ ex h̄ nō itelligebaẗ nō moueas in augmēto: sed dixit nō moueas nisi in p̄n. ¶ Dicam⁹ manifestū esse per se q̄ medic⁹ cū iudicauit mãꝫ eē plurimã inipso p̄ncipio febris vñ timet de victoria eius supra nãm firmat in aīa sua dare medicinã solutiuã ante statū: q̄ apud statū iste nō posset p̄uenire cū salute. sub h̄ aūt iudicio pōt medic⁹ hr̄e duo alia iudicia estimatiua: in quoꝝ altero cum figiẗ diuerso tp̄e dꝫ dare medicinã hãc in diuersis. vnū iudicium est q̄ mã sit tãte plurimitatis ⁊ morb⁹ tãte p̄rauitatis cū h̄ q̄ nulla digō possit icipere in mã: imo icipiet corruptio ⁊ vrina nigra: ⁊ erit tūc augmētū morbi ⁊ mortalis: ⁊ tūc medic⁹ i ip̄o p̄n° dabit medicinã solutiuã: ⁊ nō nisi in p̄ncipio: q̄ tūc virt⁹ est fortior. cū aūt processit ad augmētū malignū virt⁹ est magis debilitata ⁊ p̄rauior mã facta: ⁊ sic est dimittēdus p̄nostico: q̄ moriẗ anteq̄ pharmaco solutiuo poteris iuuare in minorando de mã: ⁊ h̄ mō opōnis vtemur in p̄ncipio apoplexie saltē per clysteria acutissima si nō p̄ñt dari in potu. hui⁹ aūt solutiua Auer. miscuit cū subtiliatiuis: vt appet. 7. colliget. ca. 9. Et si tu diceres mihi: si ergo do pharmacū in p̄ncipio apoplexie vel febris cui⁹ apostema est ītrinsecū ego cōmouebo mãm. R̄ndebo q̄ si tu ponis mihi casuꝫ q̄ in oēm aduentū periclitēẗ īfirm⁹ nihil agere debes vt in apoplexia q̄dã auctores nihil agēdū p̄cipiūt in p̄n°: vnde Gal. dixit ad hãc itentionē in afoꝛ. Incohoãtib⁹ morbis ⁊c̄. morituros nō oportere medicari sed eis futura p̄dicere. Sed si aliqs esset possibilis casus in quo febriens aliqs p̄ pharmaciã in p̄ncipio datã possit plus iuuari q̄ noceri: ⁊ si nō daẗ q̄ illū oporteat mori: medicus p̄rudētissim⁹ dꝫ conari cognoscere illū: ⁊ cū h̄ iudicio estimatiuo Aui. p̄cessit hic. cū. n. imaginat⁹ est mãm plurimã vincēte virtute noluit eūonē fieri nisi in p̄ncipio. ¶ Sed tu dices: ponamus q̄ sit hui⁹ febris augmētū malū. v. g. cū aliq̄ nigredine vel liuiditate vrine possum adhuc purgare. Dōm q̄ tibi Auicē. respōdere sufficit p̄mo querēti q̄ error tu⁹ est notus: q̄ securius esset purgasse in p̄ncipio nō sic defecta virtute nec mã p̄rauiori ⁊ ineptiori facta. Scd̄o dicet Auicen. q̄ si tu credis istū moritarū relinquas p̄nosticuꝫ: etiã ad hãc intentionē locutus est Gal. in cōmē. afoꝛ. predicti. Sed si s̄m tuaꝫ estimationeꝫ est aliqua spes de vita recuperãda per auxiliū euacuationis fac illã. non eni oīs in quo incipit vrine liuiditas vel nigredo necessario morietur vt habemus declarare fen secūda huius libri. Aliud iudiciuꝫ estimatiuum est q̄ mã ista lꝫ sit plurima ⁊ non sit sperandū de digestione eius nisi partim post partē minuaẗ: tñ est a p̄ncipio multe cruditatis oīno iobediēs cursui sed spero q̄ per morã aliqual'r parabiẗ eūoni in spatio. v. g. triū dierum: ⁊ tūc ego icipiã dare aliq̄ð minoratiuū nō expectãdo aliq̄ digestionē: imo sufficit mihi aliq̄ digestio occulta: vt. v. g. ingrossatio vrine in aliq̄ febre flegmatica ⁊ forsan calor putredinalis posset facere illam adaptationē materie que est sua diuisio in partes p̄fundas: ⁊ tūc minorabo cum turbith ⁊ faciã hoc pluries si mihi videbiẗ: ⁊ hoc modo ⁊ cū hoc iudicio estimatiuo p̄cessit Aui. in cura flegmatice vt post apparebit. ⁊ Auer. 7. colliget. ca. 9. inducit in hoc exemplū de oneris portatione partiti in partes. Possibile est q̄ cum his duobus iudicys estimatiuis p̄cedaẗ in vna febre. ¶ Ex predictis cessat questio Mundini de foro Iuly: qua querit an vrina inspissata post subtiliationē eius competat pharmacuꝫ solutiuū. Dōm q̄ pōt cōpetere magis q̄ stante ea subtili: q̄ illa ingrossatio aliq̄ digestio est. i. aliqua preparatio lꝫ fecerit eam calor febrilis. ⁊ de hoc require in principio capituli de cura febris flegmatice.

¶ Dubitaẗ tertio cū quo pharmaco faciam⁹ has eūones minoratiuas. ¶ Dōm q̄ cū pharmaco eūante exsoluēdo. Ratio est q̄ talis minoratio est minoratio approp̄ata humori: q̄ cū sit plurime q̄ntitatis vincētis dꝫ ad minorē quãtitatē reduci per abscissionē partis eius: sed non pōt pars cholere abscindi nisi pharmaco illi appropriato nec pars flegmatis nec pars melancholie. ⁊ ideo ad hanc intentionem in principio febriū cholericarū Rasis. 16. cōtinentis cap. z. purgat cū scamonea. ⁊ Aui. concedit illud in cap. de cura tertiane cum dicit. nisi per modū quē diximus. ⁊ in flegmatica purgat cū turbith: ⁊ i melãcholica cū epithimo vel lapide lazuli. Sileat ergo qui vult p̄prias minorationes facere cū cassia ⁊ syrupo violato. Et si dicaẗ q̄ educit cholerã ⁊ flegma. Dōm q̄ illud facit q̄ñ sunt in locis cōmunib⁹ ductuū vt stomacho ⁊ intestinis. Si aūt a venis ⁊ remotis partibus vis materias educere eligendo eas opꝫ facere hoc pharmacys exsoluentibus.

Dub^m 53^m

Du^m 54^m

¶ Apud statum v̄o non moueas aliquid donec vincat natura ⁊ digerat. Et si ip̄a nō mouet moue tu ho-

ra motus eius. Et si ipsa mouet aut mouit: tūc dimitte eam ⁊ operationem eius.

C Aui. supra dixerat mām indigestā nō esse eūandā: ⁊ ex hoc īnuebat mām digestā posse eūari: vult declarare qñ possumus eūare mām digestaꝫ. Et dat in hoc tres cañ. Primus est ꝙ tu expectes bene cōpletā esse digōnē. in ꝓncipio enī stat⁹ nō sis ꝓmpt⁹ eūare sed statim ꝓcedēte iam perfecte victa mā per digōnem: ⁊ hoc est qđ dicit. apđ statū. i. adueniēte statu nō moueas aliqđ. s. cū pharmaco solutiuo donec vincat nā ⁊ digerat. i. donec vincat per completā digōnē: sed totale cōplemētum digōnis est in ꝓcessu status.

Dub^m 55^m

C Sed tu diceres in statu est mā digestioꝛ ꝗ in augmēto: sed in augmento possum⁹ aliqd mouē partē post partē eūando sepe sicut in flegmatica febꝛe facimus: ꝗ in statu possumus partē aliꝗ mouere: ⁊ postea reliquā partē ꝗuis nō sit in multo cōplemēto digestionis. ∥ Dōm ꝑmo ꝙ si Aui. loquiť de statu quo ad accidentia. i. in quo ꝯcurrit accidētiū difficultas: tūc res est manifesta ꝙ securius eūamus in augmēto ꝗ in statu: ⁊ vadit tūc ħ totū ad afo. 29. 2^e pti. Incboantib⁹ moꝛbis ⁊c. ⁊ illū aliū. 30. circa ꝓncipia ⁊ fines oīa ⁊c. Sed sermo iste nō est in oībus vlis: qꝛ in statu quo ad digestionē nō ꝯcurrit in oībus febꝛibus accidentiū difficultas: ⁊ in qbusdā nō est de q̄ cureť. Et iō dicamus ꝙ Auicē. dirigit sermoneꝫ suū ad medicū bene operantē ⁊ pꝛudentē qui duxit infirmuꝫ vsꝗ ad statū cū pauca mā que pauca fuit vel quā paucam fecit ⁊ arbitrať eā posse virtuti associari ⁊ perfecte digeri ⁊ nihil cogit eum ꝯueniri in eūando: ⁊ iō dimittit illā mām ꝑfectissime digeri anteꝗ euacuet: nec ēt postꝗ est perfectissime digesta euacuat nisi nā ab eūone deficiat. Et iō Aui. ponit 2^m cañ. dicēs. moue tu hoꝛa motus eius. i. hoꝛa perfectissime digōnis. Si ipsa nō mouet quasi. A. dicat. si tu iudicasti nām posse digerere istam mām per se vel tui auxilio dimitte eā perfecte digeri: ⁊ qꝛ nā ꝑfecta digōne cōsueuit euacuare: credendū est ꝙ ipsa euacuabit. Sed si pigritia vel sensus obtusione vel q̄cūꝗ cā nō euacueť: euacua tu in illa hoꝛa perfecte digestionis que est sua hoꝛa cū nāliter operať: ⁊ ideo nō ꝓcipit ꝙ euacues in hoꝛa crisis ⁊ in die cretica vt qdā dubitauerūt: vnde transposuerūt textū dicētes. ⁊ si ipsa nō moueat hoꝛa motus eius. i. in hoꝛa crisis. s. in die cretica moue tu. sed non expedit sic tex. trāsponere. Si tu scis ꝙ hoꝛa motus nāe est duplex. s. hoꝛa digōnis ꝑfecte: ⁊ hac hoꝛa tu moueas: qꝛ ita facit nām nisi ipediať ex aliq̄ cā. Alia est hoꝛa crisis: ⁊ hac tu nō moueas. Qđ autē aliqñ mā sit indigesta ⁊ nā expellat illam apparet a Gal'. tertio de crisi cap. 10. ⁊ fen. 2. huius cap. de signis sigñantib⁹ crisim malam. Causas aūt omissionis hic nō ponimus sed ponemus eas in vlti. cap. 2. fen huius. 4. vbi disputare opꝫ vtruꝫ in die crisis medicus possit aliquid agere ⁊ quid ⁊ qual'r. Hic tū ab Aui. nō habeť ꝙ in die crisis aliqd agas de eūone: sed si nā ꝑ crisim in die cretica sibi debita nō facit moue vel eūa tu postea in die nō cretica: ⁊ iō subdiť terti⁹ cañ. Si ipm mouet aut mouit tūc dimitte eā: qꝛ iā fecit ⁊ opōnē ei⁹ qꝛ iā actu fecit. ⁊ simil'r si nā est facē dimitte eaꝫ sine cibo: ⁊ opōnē eius sine eūone. Est igiť afoꝛ. Hippo. 20. parti. ꝑme. ea quoꝝ crisis fit ⁊c. Et totū qđ ꝯtelauimus in hoc afoꝛ. dimittimus ad fen secundā huius quarti cū auxilio dei dicendum.

52

C Et hoc est illud quod nominauit Hip. furiositateꝫ vbi dixit: opꝫ vt administreť medicia solutiua postꝗ digeritur egritudo. In principio autem egritudinis non opoꝛtet vt administreť illud nisi egritudo sit furiosa: ⁊ foꝛsitan non est ꝭm plurimum furiosa.

C Hic Aui. ꝯfirmat dicta aucto. Hip. in afoꝛ. 22. pti. 1. s. digesta medicari. C Cōsiderandū ꝙ tres cañ. positi sunt ꝗ sunt tres casus in qb⁹ opꝫ a ꝑn^o eūare nō expectādo digōnē. ∥ Primus casus est qñ mā est vere furiosa: qꝛ mobilis de mēbꝛo ad mēbꝛū ⁊c. ∥ Secundus casus est qñ īdicať flōmia: que est sanguis ītētio. ∥ Terti⁹ casus est qñ timeť humoꝛis victoꝛia ꝑꝑ multitudinē. ∥ Et in oībus istis casibus mā pōt dici furiosa: tū ꝭm veritatē meli⁹ est ꝙ ītelligať casus ꝑm⁹ ⁊ terti⁹ vt apparet ꝑ ħ qđ dixit. administreť medicina solutiua ⁊c. subdit. In ꝑn^o aūt nō opꝫ vt administreť illud. i. medicia solutiua: nisi egritudo sit furiosa. s. ꝑꝑ mobilitatē ⁊ maliciā vt dixit ꝑm⁹ casus: ⁊ ꝑꝑ multā ꝗtitatē mīoꝛabilē pharmacia vt dixit terti⁹ casus. ꝗuis. n. mā ꝑlima sanguinea in ꝑn^o de q̄ logť scđs casus posset dici mā furiosa: tū nō eūamus illā irregulariter ⁊ manifeste nocētes volēdo eligē nocumētū minus īmo regulariter illā eūam⁹ ⁊ fere nihil nocentes: nisi qñ ad syncopim deducimus. sil'r nō eūam⁹ illā cū pharmaco solutiuo: vñ hic Aui. placuit exponere afoꝛ. sicut ēt Hip. ītellexit. Apparet igiť ꝯfirmatio cañ. regularis ⁊ expōnis ex afoꝛ. Hip. Nā dicere nō eūes mām īdigestā in ca'lo aut frido est dicē digesta medicari ⁊ mouē nō cruda: ⁊ dicē nisi ꝑꝑ necessitatē est dicē nisi mā fuerit furiosa. ħ aūt qđ dixit Hip. nisi mā fuerit furiosa: est illud qđ dcm̄ est in ꝑmo casu: cū aūt mā fuerit mobilis ꝑmutabilis de mēbꝛo ad mēbꝛū ⁊c. illđ est qđ dcm̄ ē in 3. casu. s. timeś victoꝛiā humoꝛis. s. ꝑꝑ multā ꝗtitatē.

Du^m 56^m

C Dubitať qꝛ Maurus ponit aliū modū furiositatꝭ māe. s. rōne nobilitatis ꝑtis vt mā sqnātie. ∥ Dōm ꝙ modos furiositatis māerū qdā nr̄i ꝑdecessoꝛes posuerūt qnque. Prīo rōne mobilitatꝭ malitie siue venenositatis q̄lē dicūt esse in antrace. Scđo rōne ꝗtitatis māe vt in synocha ⁊ quacūꝗ egritudine de mā multa. Tertio ꝓncipat⁹ mēbꝛi vt in frenesi. Quarto accidētis doloꝛis sicut in colica. Quinto rōne nobilitatis īpedite actionis vt in sqnātia. Nos dicim⁹ ꝙ Aui. nō dꝫ hic ꝓseq curā febꝛiū putridarū ꝭm diuersitatem patientiū particulariū: qꝛ spectat ad tertiū libꝛū ⁊ sermoneꝫ de frenesi sqinātia ⁊ colica: ⁊ ideo dixit de his duabus furiositatibus vel de trib⁹. Et foꝛsitan nō est ⁊c. Dixit hoc qꝛ lꝫ generaliter vtplurimū reperianť māe nō furiose: tamē in speciali annoꝝ aliquoꝝ ꝯstitutione īmo in multis annis ⁊ climatibus possunt reperiri plurime furiose aliquo triū vel duoꝝ modoꝝ de modis Aui.

53

C Et talis est ista euacuatio necessaria que non est in hoꝛa sua sicut cibatio necessaria que non est in hoꝛa sua. Et propoꝛtio illius euacuationis ad cessandū ex malitia materie est sicut ꝓpoꝛtio illius cibationis ad pꝛohibendum virtutem a casu suo.

C Hic ꝓbat dicta ꝑ rōnē sumptā a sili ⁊ arguit sic. sicut aliqñ cibamus hoꝛa īcōueniēti ꝭm cañ. cibatiōis regularis: ⁊ ħ facim⁹ vt ꝓhibeamus virtutē a casu: vt qñ in hoꝛa status accidētib⁹ virtuteꝫ dissoluētib⁹ cibū damus vt vinū ⁊ carnes: sic eūam⁹ cū pharmaco solutiuo in hoꝛa ꝓncipij mā nō digesta q̄ hoꝛa nō ē hoꝛa regularis eūonis: ⁊ hoc facimus vt faciamus cessare malitiā māe que malitia est illđ qđ pōt dici furiositas. s. furiositas malitie ⁊ mobilitas ⁊ furiositas ꝗtitatis supflue vt dcm̄ ē: ⁊ appet ex dictis ꝙ. A. exponit afoꝛ. Hip. gn̄alius ꝗ facit. G. lꝫ ⁊ Gal'. sermo possit de alijs duabus furiositatibus exponi ad qđ nos mō nō loboꝛamus.

54

C Cum ergo exerces eūationē tūc ꝯsidera hoꝛā īterpolationis aut hoꝛā ipsius tꝑis: aut frigidioꝛē hoꝛaꝫ que est in die. Et nō euacues per fluxuꝫ vētris in die periodi. Neqꝫ flobothomes ⁊ non agas cū eūatione artis contra partem euacuationis nature.

a. l. tepor

C Ex ꝑmissis cañ. pꝫ ꝙ possumus eūare mām digestā cū nā nō euacuat illā: ⁊ possum⁹ eūare īdigestā cū fuerit furiosa ⁊ cū in flōmia est ītētio sanguis tūc debem⁹ eā facē. Hic Aui. ponit q̊sdā cañ. qui sunt minus gn̄ales ꝑdictis: ⁊ rectificāt eūones fiendas. Et ꝑ̊ ponit cañ. cōes flōmie ⁊ pharmacie. Scđo cañ. ꝓꝑrios vnicuiꝗ illaruꝫ eūonū. ibi (Et nō diminuas.) ∥ Pꝛia in tres sicut tres ponit cañ. ∥ Prim⁹ cañ. ē de ꝑticulari hoꝛa eūonis siue pharmacia siue flobothomia fiat: ⁊ ē ꝙ eligas hoꝛā īterpolatiōis. s. hoꝛā in q̄ nō ē febris si ē īterpolata: aut hoꝛā tꝑis si ē ꝯtinua ꝓpoꝛtiōalis: aut hoꝛā remissioꝛē. s. in q̄ sentiť aliq̄ caloꝛis remissio vt in ꝯclusa: vñ feb. sanguīs lꝫ nō hēat exacerbatiōes de se: tū hꝫ aliꝗ remissionē in hoꝛa frigoꝛis aeris. s. de mane vt sumiť ex ītētiōe Isaac febꝛiū. 5. ⁊ tunc celebꝛam⁹ flōmiā regul'r: ħ tū supꝛa disputauim⁹. ∥ Scđs cañ. sequiť ex illo: si. n. debes eligē hoꝛas ꝑdictas opꝫ ꝙ nō eūes neꝗ flobothomes in die ꝑoxisnu. i. stāte ꝑoxismo: ⁊ ꝭm veritatē ille cañ. ꝓbat ꝑmū: ⁊ totū ħ est supi⁹ declaratū. ∥ Terti⁹ cañ. ē ꝙ nō eūes ꝑ eūonē oppositaꝫ ꝑti ꝑ quā eūat nā. Innuit afoꝛ. 21. ꝑti. 1. s. vnde cūꝗ nā repit īde ducē opꝫ ⁊c. Et verificať in eūone ꝑ pharmaciaꝫ vt si ducit nā per vētrē noli ꝓuocare vomitū ⁊ in eūone ꝑ flōmiā vt si sanguinē eūat per mēstrua nō flōmes de bꝛachio nisi alia intētio ⁊ alia necessitas ꝯcurreret: ⁊ sic verificať in eūonibus alijs.

55

C Et non diminuas humoꝛem per rem que faciat statim habitudinem motus periodi.

C Hic ponunť cañ. spāles ꝭm vnāquāꝗ eūonē. Primo in eūone ꝑ pharmaciā. Scđo ꝑ flōmiā. ibi (Et ꝯsiliū.) ∥ Pꝛia ī duas sic duos ponit cañ. ꝓncipales. ibi (Et opꝫ vt scias.) Pꝛia in duas. Prīo ponit vnū cañ. principalē. Scđo ꝓbat vnū ex ꝑmissis. ibi (Et oīno.) C Cañ. ꝑm⁹ ē ꝙ nō des medicinā solutiuā q̄ stati fac hitudinē motus. i. redit⁹ ꝑiodi. i. ꝑoxismi. Sunt enī medicine solutiue q̄ disponūt ad reditū ꝑoxismi sic scamonea: ⁊ iō nō purges in tertiana cū illa sola: qꝛ īflāmat ⁊ disponit ad ꝑoxismū: ꝯsola igiť illā. Et si in febꝛe eēt ꝑoxism⁹ epilepsie nō purges cū re cū q̄ sit virt⁹ apij: qꝛ fac illā redire: ⁊ in fl'atica feb. a ꝑn^o nō purges cū chebulis: qꝛ lꝫ eūent flegma: tū ꝯstringēdo residuū disponūt ad ꝑoxismū. Cōsimil'r mirabolani nigri in ꝑn^o melācholice febꝛis: ⁊ iō foꝛsan dixit: nō diminuas: qꝛ iste medicine nō sic facerent habitudinē motus periodi in fine harū egritudinū sicut in ꝑn^o in quo intēdimus diminuere: q̄re vsum mirabolanoꝝ in ꝓncipio harū febꝛiū Auicē. ꝓhibuit.

56

C Et omnino caueať a regimīe grosso in hoꝛa periodi: ita vt nō detur in potu aqua oꝛdei zuccharū neꝗ

iulep vt non frangat periodum cū cōstrictione meatuum: quoniā est timor imo adiuua. Dicit nāq; Hip. medicus adiutor est nature nō impediens eam.

¶ Hic cañ. ꝓbat ꝑmissuz prius: si enim in hora paroxismi nō debemus dare aquā ordei cū zucchararo neq; iulep: ergo multo min⁹ nō debemus dare medicinas solutiuas.

Du^m 57^m ¶ Dubitat: vtrū stante paroxismo possimus dare aquam ordei ⁊ zucchar albū cū aqua ordei vel aqua ⁊ iulep. ¶ Videt ꝙ sic ex cōmuni vsu. Amplius infestant siti ⁊ calore forti q̄nq; febricitātes: sed isti sunt potus tēperātes calorē. Amplius de reb⁹ mitigantibus sitim est iulep: vt Aui. tertio cañ. fen. 16. cap. de cura colice. 1. ca. Amplius q̄uo dixit ꝙ ille res sunt regimē grossuz cū aq̄ ordei ⁊ iulep sint in numero subtilis diete. ¶ In ꝯtrariū Auicē. ¶ Dixit Mundinus ⁊ Franciscus de pedemōtiū ꝙ illa ꝓhibeant in hora periodi. i. in ꝓncipio paroxismi: sed in alijs tēporib⁹ nō ꝓhibeant. ¶ Aliter dōm ꝑmo ꝙ per regimē grossum intelligit regimē cibale ⁊ est sensus. nō det cibus siue potatus siue mādūcatus in hora paroxismi. ⁊ est afor. Hip. 11. particule ꝑme. s. in paroxismis subtrahere opz. ¶ Scd̄o dōm ꝙ aqua ordei ⁊ zuccharuz ⁊ iulep sunt de summa rerū cibaliū: ideo etiā nō debent dari. Causa aūt quare stante paroxismo nō debent illa dari est q2 frangunt periodū cuz cōstipatione meatuū. i. q2 constringunt meatus. Hec aūt fractio est inequalis accensio caliditatis ⁊ ꝓlōgatio accēssionis: ⁊ per cōsequens ꝓlongatio resolutionis m̄ae. Naz cibus datus est cā ꝙ nā vacet ꝯtra illuz ⁊ desistat a resolōne m̄ae. Simil'r multiplicat māz: q2 in illā ꝯuertit. Accidit etiā ꝙ isti cibi trahunt versus mēbra inflāmata ⁊ oppilent vias: ⁊ si bene consideras ex oī cā dicta oppilāt vias. Si eni calor reuertit intus vt cib⁹ digerat: tūc ꝓhibet m̄aerū paroxismaliū resolō ⁊ fit viaruz clausio: ex hoc si m̄ae etiā humorales multiplicant fit viarū clausio: igit nocumētū reginimis grossi siue cibalis est frangere siue rumpere ꝓcessum periodicū ꝯstrictione meatuū. i. cū oppilatione: ⁊ talis fractio ꝓlongat paroxismū. ¶ Cōsiderādū tamen ꝙ iste cañ. est regularis: sed coacti q̄nq; damus illa ⁊ alia. huius coactionis cā q̄nq; est cōplexio ⁊ habitudo corporis cholerica que inducit ad cibandū in ꝓncipio paroxismi: vt Gal'. 10. terapē. ⁊ in libro de causis ꝓcatarticis. ca. 1. ⁊ in sequēti caplō. Quādoq; est etiā in hoc cā accidēs de casu ꝟtutis aut siti īportabili ex forti flāma: ex qb⁹ mouemur ad dandū ea que ꝑdictis ꝯueniunt. Quādoq; cā in hoc est paroxismi ꝓtelatio tāto tempore ꝙ nulla sit hora que nō sit paroxismi: ꝫ eligimus minus incōuenietē horā elongādo nos a ꝓncipio ꝑoxismi si possumus. ¶ Cōsiderādū ēt ꝙ aq̄ ordei q̄nto grossior tāto inconuenietior in hora paroxismi: q2 tāto est cibalior. Posset aūt eē ita subtilis ꝙ in ea esset parum de virtute ⁊ appropinquaret aque in sua virtute: ⁊ iō posset ꝯcedi securius in hora paroxismi: ⁊ iō Aui. dixit. nō ponat in aq̄ ordei zucchar: quasi ꝯcedat aquā ordei subtilē sed nō ꝯcedat ꝙ fiat cibalis cū zucchararo. ¶ Sed tu dices: possum ne in hora paroxismi dare in potu de aqua simplici actu calida. ¶ Dōm ꝙ potes nisi aliud ꝓhibeat: ⁊ dico ꝙ potes in hoc ꝙ nō est res nutritiua ⁊ est subtilis res ⁊ cito euaporat descendit et iuuat actuali calore in maturatione m̄aerū. Multa tñ q̄titas de ea potata posset nocere: q2 retineret intus ⁊ posset potētiali frigiditate esse causa grossitiei viscerum ingrossando materias.

¶ Ad contraria dōm ꝙ cōmunis vsus medicoꝝ ꝯdescendit lasciuijs febricitantiū: ⁊ iō est melius parū bis replere infirmū ⁊ intēdere transpirationi m̄ae: ⁊ ꝙ paroxismi finiant q̄citius possibile est q̄ð fit aperiēdo poros ⁊ nō īpediendo nām. Medicus autez est nāe adiutor: vt dixit Hip. hoc inuit pluries in aforismis. ¶ Ad vltimū dōm ꝙ lz ista sit dieta subtilis respectu totius morbi: tñ respectu paroxismi omnis res cibalis est grossa res.

57 **¶ Et oportet vt scias ꝙ multotiens indigetur medicina forti debili: sed eius fortitudo est ex hoc q̄ð soluit humorem viscosum. Et ipsius quidē debilitas est ex hoc quod facit ascellare semel aut bis. Et nō euacuetur plurimum simul: ita vt non cadat virtus.**

¶ Hic dicit canonē medicine minoratiue que euacuat abscindendo frustū m̄ae: q̄uis nō sit digesta siue nō sit perfecte digesta: sed sit viscosa difficilis eductionis. Medicina enim que facit hoc est fortis vno mō: q2 euacuat humorē difficilis eductionis: ⁊ ideo est turbith vel agaricus vel colloquintida: sed est debilis: quia volumus ꝙ parū de illo humore euacuet: vnde faciat ascellare solū semel aut bis: ⁊ iō est vt scropulus vnus turbith loquēdo in exēplo.

58 **¶ Et consilium quidem meum si flobothomia est vt dimittatur quantum possibile est. Si autem non est possibile: tunc multiplicatio numeri est melior multiplicatione quantitatis. Oportet enim vt nō euacuetur san. multum subito: quoniam euacuatur multum de eo cuius non est necessaria euacuatio.**

Dub^m 58^m ¶ Hic canon hz dubiū. iam enim supra dixit Auicē. ꝙ cum flōmia postponit a ꝓncipio nō est ei intētio. Amplius nō videt partiēda in plures vices: imo vna vice copiose eā facim⁹ q̄nq; vsq; ad syncopiz: vt appet īfra cap. de synocha. ¶ Dōm ꝙ flōmia est duplex. Una in qua est ītētio san. que fit in san. peccato, in q̄titate ⁊ si in q̄litate paruū sit peccatū: ⁊ de hac flōmia locutus est supra ⁊ non loquit de ea hic. Alia est flōmia in qua est intētio alioꝝ humorū a sanguine: ⁊ est ꝓprie cū sanguis de se in q̄titate non superfluit nec ꝓprie qualitate peccat: sed alij humores in eo peccāt: vnde si fiat flōmia sequunt euz in exitu alij humores. De hac igit flōmia Aui. hic loquit nec tibi absolute ꝑcipit ꝙ eā dimittas: sed si pol'e est ꝙ dimittat. Et hoc q̄ð nouit Auicē. fuit stante casu posito. In mēte medici surgūt duo opposita iudicia. Unū est ꝙ flōmia fiat: q2 alij humores qui sunt mixti cū sanguine minuunt minuto sanguine. Oppositū iudiciū est ꝙ nō fiat flobothomia: q2 nocet eūando sanguinē qui nō superfluit: ⁊ est īpossibile ꝙ ista flōmia iuuet quin noceat: ⁊ q2 nocumētū q̄ð sequit ex sanguinis euacuatione est nocumentū magnū. ¶ Cōsiderādū si infirmus sine flōmia pōt liberari: ⁊ tūc ꝯsiliū Auicē. est ꝙ flōmia dimittat: nec Auicē. dicit illā postponi sed dimitti si pol'e est. Si aūt in tuo iudicio cadit ꝙ nō possit dimitti: meli⁹ est eā partiri in vices tibi visas q̄ semel copiosam facere flōmiā. Et ꝑmo Auicen. ꝓbat ꝙ si flōmia in qua nō est intentio sanguinis sed alioꝝ humoꝝ intentio nō pōt dimitti: nō tamē fiat vna vice copiosa sed multiplicet numerus. Secūdo ꝓbat bonitatē sui ꝯsilij. s. ꝙ dimittat si possibile est. i. nō fiat si est possibile. ibi (Et nō est.) ¶ Primo arguit sic. nō dz sanguis multus subito euacuari: igitur flobothomia dicta nō debet vna vice fieri: sed expedit plurib⁹ vicibus euacuari. Conclusionē iam posuit: antecedēs probat. q2 si sanguis multus subito euacuet. i. vna vice euacuet: euacuaret multū de eo cui⁹ nō est necessaria eūatio vt notum est: q2 ista flōmia est in qua non est intentio sanguinis. ¶ Considerandū aūt ꝙ Auicen. confidit de bonis intellectibus: ⁊ ideo ponit ꝓpositiones breues que omnes fundant super hoc ꝙ hic est sermo de flobothomia in qua est intētio alioꝝ humoruz ⁊ nō ꝓncipaliter sanguinis. Manifestū eni est per se ꝙ in flobothomia in qua est intētio sanguinis vt sic nō cadit dubietas: si est fienda vel nō fienda: q2 necessario est fienda vt opposita illi repletioni: ⁊ per ꝯsequēs vt a repletione indicat: sed in flōmia in qua nō est talis intentio sed alioꝝ humoꝝ statim cadit dubietas ex ipsa dispōne repletionis: q2 partim pōt sibi cōferre ⁊ partim sibi manifeste nocere: ⁊ ideo in hac flobothomia cadit cōciliatio. Et in h ꝯsilio nō prohibet Auicē. flobothomiā vt quidā ab Auicen. intelligunt sed conditionatū consiliū dat: ⁊ est ꝙ stante casu posito non facias flōmiā si est possibile aliter infirmū liberari. Igit quādoq; non est possibile: ⁊ per consequens quandoq; fac eam nō vna vice euacuando sed pluribus vicibus vt ratio probat. Et considera vt dicit Conciliator differētia. 167. Greci audaciores sunt ad flobothomiā: q2 eoꝝ clima plus abundat in sanguine q̄ sint arabes: ⁊ ideo audacter in oī putrida precipit. G. fieri flobothomiā. 11. terapeu. ca. 15. q̄ð dictū supra exposuimus. ¶ Considerandum ꝙ lr̄a ista pōt dupliciter exponi. Primo ꝙ ꝓbet predictū antecedēs vt diximus. Scd̄o ꝙ ꝓbet flobothomiā debere dimitti quantū est possibile. naz talis flobothomia euacuat multū. i. manifestā quātitatem sanguinis cuius euacuatio nō est necessaria: q2 per se nō peccat vt premittitur intelligi ab Aui. dub: 16.

59 **¶ Et non est in sanguine excusatio ad euacuationes quibus fortasse indigetur.**

¶ Hic ꝓbat ꝙ flobothomia dicta dimittat quantuz est possibile. ¶ Considerandum ꝙ lr̄a potest dupliciter exponi. Primo nō pōt excusari medicus nec infirmus quin indigeat sanguine: vt. virt⁹ stet fortis ad euacuationes quibus forte infirmus indigebit. iste aūt eūationes sunt: q2 fortasse oportebit multū vti clysterijs multis sudoribus ⁊ alijs euacuationib⁹ īsensibilib⁹. dixit forte q2 possibile est ꝙ cito sine istis succedat sanitas. Medicus tñ dz se sic parare ꝙ vbi videt suspitionē de istis ꝙ īfirm⁹ possit sustinē eas: ⁊ si nō sequat ista suspitio: sed sine ea liberet infirm⁹ nō ꝓpterea īculpari debet imo laudari si se ꝑmuniuit ad hoc. Arguit igit sic. ꝑsentiā sanguinis nō possumus excusare ad euacuationes quib⁹ indigemus: igit bonū consiliū est ꝙ si est possibile dimittat flobothomia. antecedēs est notū: q2 virtute forti egemus in eūonib⁹: igit presentia sanguinis qua stat eius fortitudo. ꝯsequētia est nota. Aliquis tñ medicus rudis credēs demōstrare cōtra Auicē. diceret: ille sanguis est infectus ⁊ corrupt⁹ ⁊ cū eo nō stabit virtus fortis ꝯtra nocumenta euacuationū. Respōdet Auic. ⁊ si est vt tu dicis: ego nō ꝓhibeo flobothomiā sed partieris eam. ¶ Scd̄o mō littera pōt exponi. euacuatio sanguinis per dictā flobothomiam nō excusat te gn oporteat facere alias eūationes: ꝫ si potes flobo-

thomiā dimittere dimitte eam. ꝯsequentia est nota ex hoc qꝛ si facta flōmia opꝫ dare medicinas solutiuas opꝫ virtutē esse fortē vt diximus. Amplius ꝯsidera ꝙ ille pharmacie quas posteriꝰ dabis poterūt liberare hoīem: q̄uis flōmia nō sit facta. Antecedēs est notū: qꝛ ista febris in qua daꝫ hoc ꝯsilium de flōmia est de mā alia a sanguine in q̄ vtplim cogimur vti medicinis solutiuis. Dixit aūt fortasse: qꝛ possibile est crisi a natura facta liberari sine pharmaco aliquo solutiuo. ¶ Posset aūt iste tex. tertio mō exponi ꝙ Auicen. velit hanc flōmiam facere propter alios humores a sanguine maligniores: vnde oportebit plures pharmacias dare q̄ si non fecissemus flobothomiam ⁊ potest tolerari hec expositio: ⁊ tu considera eam ex capitulo de flobothomia libro primo fen. 4.

60 ¶ Et debilitaꝫ virtꝰ a resistēdo in crisibꝰ expectatis.

¶ Hec est tertia rō vel secūda ad ꝓbādū ꝙ flōmia dicta dimittaꝫ quantū est possibile: qꝛ debilitat virtutē vt nō possit facere futuras crises: ⁊ est rō nota ex p̄missis. Cessent igiꝫ quorūdā expōnes super illo passu qui dicunt ꝙ Aui. loquiꝫ de flobothomia in febre in q̄ crisis expectaꝫ. Alij dicūt ꝙ loqꝫ in feb. ꝓlixa. Sunt. n. expōnes valde particulares. Argumēta facta in ꝯtrariū sunt soluta.

61 ¶ Et scias ꝙ quando aggregantur dolor capitis ⁊ febris: tūc curatio febris est dignior. Et scias ꝙ dolor capitis quandoqꝫ facit redire febrem declinatam ad augmentum quare oportet vt sedetur.

¶ Hic ponit cañ. curationis febris putride ꝯsiderādo q̄dā accidētia ⁊ quasdā ꝯiunctas dispōnes ꝯtra nām ⁊ etiā naturales ⁊ sunt canones q̄tuor. ¶ Primus canon est ꝙ si dolor capitis est leuis sequēs febrē in augmēto ⁊ diminutione intētio sit ad febrē: ⁊ hoc intelligit quādo dicit. quando aggregaꝫ dolor capitis ⁊ febris dignior cura est febris: qꝛ premittaꝫ cura febris. sed si dolor capitis sit vehemens: ita ꝙ febrē que de sui natura remittereꝫ faciat augeri per inflāmationē ⁊ ebullitionē intēde ad curaꝫ illius doloris principaliter: vnde aliq̄ñ opꝫ sedari stupefactiuo: ⁊ ideo forsan dixit. sedeꝫ. Quomō aūt dolor faciat redire febreꝫ aut que sint eius cause ⁊ qui sit modus cure: pendet ex scientia principioꝝ. Et curatur etiam dolor capitis infra in tertio libro fen prima.

62 ¶ Et cum infans lactens febricitat: tūc oportet vt rectificetur lac matris eius.

¶ Secūdus cañ. est Rasis. 16. ꝯtinētis cap. 2. nā infantibꝰ nō possumus alias medicinas vel alias res exhibere nisi lac qđ ab vbere suggūt: ⁊ ꝓpter eoꝝ ꝯformitatē ad lac nō timeꝫ nocumētū qđ poniꝫ in afoř. 65. q̄nte ꝑticu. afoř. Lac dare caput dolētibꝰ. ⁊ ꝓpter hoc ne febris calore corrumpaꝫ in eis lac: rectificamus illud q̄tū cūqꝫ possumus dando nutrici lactucas ⁊ vinū granatoꝝ ⁊ vinuꝫ bene lymphatū ⁊ reliquuꝫ regimen facimus qđ nobis videꝫ. Facimus autem nos quandoqꝫ infantibus aliquas vnctiones temperātes calorem in eis ⁊ vtimur eis in hora que nobis videtur.

63 ¶ Et quando fuerit vrina icterica [clara] in febre significat apostema: quare est curatio dare in potu aquam ordei aut syrupū acetosum. Cum ergo acquiescit febris intentio sit ad apostema.

Dubᵐ 59ᵐ ¶ Hic est tertius cañ. de quo dubitaꝫ. Si eniꝫ vrina est icterica. i. vehemēter tincta cū spuma citrina significat apostema: & prius debemus intēdere ad apostema cū febris īde depēdeat. ¶ Hic dixit Franciscus de pedemontiū ꝙ per apostema ītelligit oppilationē pori felli euntis ad intestina cuius oppilationeꝫ fit icteritia ⁊ vrina icterica: ⁊ tunc p̄mo debemus curare febrē. Hic p̄mo pōt saluari si loquereꝫ de oppilatione ⁊ icteritia accidētaliter cōiunctis febribus. ꝟ. g. qꝛ aliquis prius erat ictericus icteritia sibi diu assueta: ⁊ mō febricitat nō ꝓpter cām icteritie sed ex alia cā: cū ita sit ꝙ isti sint duo morbi nō adinuicē dependentes: qꝛ febris est suspectior morbꝰ q̄ p̄ma oppilatio que est cā illius icteritie: ideo opꝫ incipere a cura febris. sed si illa febris sequeretur ex illa cholera que ꝓpter oppilationē retineꝫ: ⁊ pars fecerit icteritiaꝫ p̄ter febrē: oporteret intendere ad curā oppilationis prius vt notum est. ¶ Alij dicunt ꝙ sermo Auicen. est hic de cura coacta in q̄ lꝫ febris sequaꝫ ad apostema tamē ꝓpter feb. vehementiā intendimus prius ad febrē q̄ ad apostema: ⁊ hoc idē dixit Auic. supra de rebus in q̄bus differunt febres putride. Intendens tamē Aui. ad febrē intēdit cū his in q̄bus nō appropriaꝫ nocumentū apostemati sicut aqua ordei ⁊ syrupus acetosus. nō enim sic nocet vt faceret aqua pura vt supra hoc capitulo ītellectū est. ¶ Aliter nos diximus ꝙ sermo Auicen. hic nō est de apostemate ad qđ sequiꝫ febris sed est sermo de dispositione quadā ad apostema: que dispositio cōcomitaꝫ febrē ⁊ flāmā qua epar inflāmaꝫ forti inflāmatione significata per vrinā ictericā: vnde timeꝫ tractus humoruꝫ ad epar ⁊ apostema: ideo opꝫ īcipere a refrigeratiōe caloris febrilis: ⁊ de sedantibus est vsus aque ordei date copiose vel vsus syrupi acetosi cū aqua p̄m ꝙ tibi videꝫ: ⁊ tūc curata febre vel remissa si in epate remansit aliqua dispositio caloris de qua iteruꝫ dubitas ne excitet apostema ītēde ad illa. ¶ Sꝫ tu dices nōne stāte febre possum ponere vnū epithima de sandalis sup̄ epar ⁊ excusor ab hoc timore. Dōm ꝙ Auicē. ꝯsiderauit hic rectū ordineꝫ cure ⁊ cū hoc minus fallacē. Cū enim hic calor epatis quo timeꝫ apostema sequaꝫ ipsam flāmaꝫ febris vl'em: p̄ncipalis eius cura ⁊ vera est illam flammam remittere que est sicut causa efficiens ⁊ postea venire ad illud quod in epate est factū ex hac remissione nō timeꝫ nocumentū ꝓhibitionis resolutionis materierū qđ pōt timeri ex epithimate infrigidante epar.

64 ¶ Et quando fuerit cum febre colica non aperietur via in dando in potu aquam ordei īmo ius galli ⁊ lenitiuis ⁊ multiplica vnctuositateꝫ eius: deinde detur in potu aqua ordei si necesse fuerit.

¶ Hic est quartus canon.

Duᵐ 60ᵐ ¶ Dubitaꝫ vtrū stante febre ⁊ colica possumus vti aqua ordei vel iure galli. ¶ Videꝫ ꝙ aqua ordei per Auicenna tertio canone fen 16. tractatu quarto primo capitulo vbi dicit. si fuerit illic. s. cū colica febris permuteꝫ aqua galli: ⁊ loco eius sit aq̄ ordei. Amplius ius galli hꝫ de vnctuositate ⁊ p̄cipue si multiplicaꝫ in eo vt precipit Auicē. sed in hoc est suspitio de inflāmatione. ¶ In ꝯtrarium est Auicē. qui dicit ꝙ nō aperieꝫ via. s. intestinoꝝ ⁊ sic nō iuuabiꝫ colica dādo in potu aquā ordei īmo ius galli. Amplius in capitulo de aqua ordei Auicen. prohibet dari aquā ordei cū addiꝫ nature siccitas: sed in colica est nāe siccitas vt est notū. ¶ Igiꝫ quidaꝫ dixerunt ꝙ in colica nō debet dari aquā ordei: qꝛ est vētosa ⁊ inflatiua vnde auget colicam sed datur ius galli. ¶ Alij dixerunt cōtrarium ꝙ aqua ordei debet potari ⁊ ius galli debet poni in clysteri. ¶ Quandoqꝫ nos diximus ꝙ ius galli est duplex. Quoddam simplex: ⁊ istud potest dari stante febre: nec timeꝫ de inflāmatione ex eo qꝛ nō est superflue vnctuositatis. Similiter remittiꝫ eiꝰ vnctuositatis malitia leniendo illud ius cum decoctione rerum lenientium vt sunt viole vel pruna vel iuiube si tibi videꝫ: Auicē. tamen credit ꝙ ius galli sit de lubricantibus frigidis vt apparet capitulo de colica ex fece: ⁊ in hoc vult ꝙ de sua vnctuositate nō timeaꝫ ꝙ noceat per inflāmationē. Aliud est ius galli solutiuum per medicinas solutiuas secū mixtas quales sūt polypodiū chartamus sal gēma ⁊ similia: ⁊ hoc nō est securū in colica. Auicē. igiꝫ in tertio libro. loco iuris galli medicinalis dat aquā ordei ꝯsidēs ꝙ factis clysterijs sufficiat aqua ordei ad abstergenduꝫ: hic loco clysteriorum premittit ius galli lenitiuum nō medicinale: ⁊ facta secū eductione dat postea aquam ordei ⁊ vtraqꝫ via est sufficiēs. ¶ Nos iterū diximus ꝙ colica est duplex in febre. Quedaꝫ est leuis que fit ex cōmuni exiccatione fecū circa intestina rōne caloris febrilis: que exiccatio alicui posset aliquē leuem colicā inducere: ⁊ illa poterit curari temperando calorem cum aqua ordei ⁊ lauando intestina cū aqua ordei. ⁊ sic loquiꝫ Auicē. tertio cañ. p̄dicto loco. Sed contra: Auicē. infra capitulo de aqua ordei. ꝓhibet aquā ordei fece existente sicca siue materia sicca. Dicemus ꝙ si tibi videꝫ potes p̄mittere clystere ante dationē aque ordei. Vel dōm ꝙ loquiꝫ de aqua ordei que est ptisana que daꝫ loco cibi sꝫ ante cibationē oportet intestina esse purgata: sed tertio libro loquiꝫ de aq̄ ordei potabili in qua est virtus abstersiua ordei ⁊ non est quasi nutritiua nisi parū q̄d. Alia est colica fortis ex forti oppilatione fecali vel ventosa ꝯtingēte in febre: ⁊ hanc nō moueret aqua ordei sed medicamē forte quale est ius galli purū vel medicinale, vt tibi vꝫ: ⁊ saltē fac ip̄m lenitiuū ⁊ multiplica eiꝰ vnctuositatē: ⁊ hoc fit vel decoquēdo lenitiua in eo vt dixīmꝰ: vel si multiplicas vnctuositatē facis in hoc ip̄m lenitiuū ⁊ multiplicaꝫ eiꝰ vnctuositas accipiēdo gallum pinguioreꝫ vel dando de iure partem vnctuosiorem. ⁊ hoc totum facit Auicen. intendendo ad colicam que cuꝫ sit fortis preiudicat in cura: ⁊ si parūper nocemꝰ febri per hoc nō curamus cōsiderata malitia colice: ⁊ hoc est quod Auicē. dicit. quando fuerit cū febre colica. s. fortis: non aperietur via. s. intestinoꝝ cū leuibus: neqꝫ dando in potu aquā ordei qꝛ nō est eius abstersio ⁊ lenitio fortis in abscindendo fortem oppilationem ab exiccatis fecibus ⁊ īgrossatis ventositatibꝰ: īmo aperieꝫ via dādo in potu ius galli. ⁊ lenitiuis. i. fac ius lenitiuū ⁊ multiplica eius vnctuositatē vt fortis siccitas fecū remoueaꝫ. deīde deꝫ in potu aqua ordei si necesse fuerit. aperta enim via per ius galli si videꝫ ꝙ inflāmatio addaꝫ per ius galli vt īdigeat aqua ordei fac illud. Et hec solutio est conformis illi quā al's dedimus. Diximus enim ꝙ si intentio est ad febrē plus deꝫ aqua ordei: ⁊ si ad colicam plus detur ius galli. In hoc igiꝫ capitulo plus intēdit ad colicam q̄ ad febrem: qꝛ colica hic est accidens qđ curam ad se trahit: ⁊ in capitulo de colica intendit plus ad febrem: qꝛ est accidens colice quod curam ad se diuertit.

¶ De solutiuis vero est potio facta ex tamarindis ⁊ tereniabin ⁊ syracost. Et quãdoq̃ ponitur in ea aqua lubleb. Et quandoq̃ ponitur in ea cassia fistu. ⁊ fortasse proijcitur desuper scamonea.

¶ Jam positi sunt cañ. vl'es curationis febriũ humoraliũ ⁊ ꝓprie putridarũ: hic ponit medicinas qbus euãamus hos febricitãtes. Et posuit has medicinas qꝛ suspectior est vsus solitiuoꝝ ⁊ securius est eoꝝ sciam ab alijs accipere. Lꝫ igiẽ in febre putrida qñq̃ intẽtio fit ad febrẽ infrigidãdo ⁊ humectãdo cũ res infrigidãtes ⁊ humectãtes note sunt: ⁊ in earũ vsu nõ est tãtus timor q̃re Aui. excusaẽ a ponẽdo illas medicinas: ⁊ dimittit eas notas ex secundo cañ. ⁊ q̃nto cañ. Et de infrigidante in quo erat timor. s. frigida aqua iam posuit cañ. ⁊ cũ hoc dixit de syrupo violato lꝫ posuerit ad leniendũ: lꝫ etiã fit intẽtio ad mãm digerendã vult illa digestiua esse nota ex eisdẽ libris ⁊ capitulis particularibus huius libri vbi ponet digestiua ſm diuersitatẽ mãerũ. Digestiuũ aũt cõmune vel quasi cõmune iam posuit. s. syrupũ acetosum. Remanebat igiẽ Auicẽ. ponere medicinas solutiuas quas ⁊ ſm mãs opꝫ appropare: ⁊ stabit hec pars tibi loco antidotarij huic caplo q̃tũ ad ptem ei⁹. Laboraui aũt qñq̃ in diuidẽdo has ptes: sed videẽ mihi dicẽ melius ꝙ hꝫ tot partes quot hꝫ medicinas solutiuas. ¶ Prima medicina fit ex tamarindis ⁊ mãna que diciẽ tereniabin: ⁊ alia ẽ spẽs mãne que diciẽ syracost. Et ꝯsidera ꝙ hec medicina põt dari in q̃titate pauca: ⁊ tũc est lenitiua solũ ⁊ facit minoratione que vocaẽ exiccatio ⁊ ꝯuenire põt in q̃libet febre in qua vis lenire intestina: ⁊ põt dari in q̃titate copiosiori: vbi gr̃a tamarindorũ videlicet ⁊ mãne ana vnciã vnã ⁊ mediam: ⁊ tũc euacuat cholerã a ꝓprietate ⁊ ꝯuenit in febrib⁹ cholericis in qbus vis euãare cholerã. Jgiẽ illa medicina solutiua satisfacit cañ. q̃ p̃cesserũt in lenificatiõe vẽtris ⁊ cañ. q̃ p̃cesserũt ĩ euõne mãe ſm semitã abscissionis. s. minoratiue. Si ḡ vis hãc medicinã fortiorẽ adde lubleb: ⁊ est vna de spẽb⁹ lacticinij ⁊ est minor spẽs ei⁹. ⁊ dicit Simon ꝙ est de faciliorib⁹ laxatiuis ⁊ daẽ in febre acuta ⁊ reperiẽ ei⁹ multitudo in vineis. Nos aũt nõ ꝯfidim⁹ cognoscere illã. Uigoram⁹ etiã per cassiã que q̃lis sit notũ est. ⁊ Et fortasse. Hec est vigoratio fortis. Si igiẽ vis abscindere eradicãdo vel minorãdo ⁊ nõ ꝯfidas ꝙ cholera obediat tamarindis vel alicui p̃dictoꝝ da de scamonea.

¶ Et fortasse datur in potu scamonea sola. Et fortasse datur in potu scamonea in iulep al's in lubleb.

¶ Hec est secũda medicina lꝫ possit poni q̃nta si numeram⁹ predictas numero quatuor medicinarum sed de hoc nõ curamus. Dat ergo Aui. sicut etiã Rasis facit de scamonea in iulep. dosis ei⁹ sit in te ⁊ est medicina quam in casibus supradictis possumus vti in principio vt si materia est furiosa aut plurima mobilis.

¶ Et fortasse est necessariũ administrare ea que sunt sicut aloes quãdo materia est grossa. Et melius q̃dẽ est vt abluatur ⁊ nutriatur cum aqua endiuie ⁊ aqua solatri: deinde fiant ex eo pillule.

¶ Hec est tertia medicina. s. aloes cum aqua endiuie.

Dub^m 61^m ¶ Sed tu dices: lotio facit ei⁹ solutionẽ debilem: ⁊ sic nõ mouebit mãm grossaꝫ. ⁊ Dõm ꝙ illa nõ dꝫ eẽ vera lotio sꝫ lotio q̃ est nutritio: hoc est ꝙ in suamet lotura ĩbibaẽ ⁊ nutriaẽ ⁊ pmittaẽ ĩspissari ⁊ fiãt pillule. Jn hac igiẽ nutritione rectificaẽ ei⁹ malitia vt apparet scienti capl'm de aloe ⁊ endiuia ⁊ solatro: q̃re nõ ꝓtelemus hic sermonẽ. Et hic potes resoluẽ dubia de lotione ⁊ nõ lotione.

¶ Mirabolanos vero citrinos quidam administrauerunt. Sed nõ inueniẽ ab eis intentio ſm quã opereẽ constringunt enim poros eius post solutionẽ vẽtris ⁊ exasperant viscera eoꝝ: ꝙ si fuerint necessarij tunc post digestionem integram.

¶ Hic reprehendit Rasim qui. 16. continentis. ca. 2. vtitur a principio mirabolanis. ⁊ etiam trac. 10. Almansoris. ca. 4.

Du^m 62^m ¶ Sed tu dices: videẽ ꝯueniẽs dare ip̃os: qꝛ euãant cholerã citrinã q̃ euõne qñq̃ in p̃n° egemus: ⁊ cũ h̃ sunt fridi ⁊ remittũt acuitatẽ cholere vt ꝯcordãt sapiẽtes. ⁊ Dõm ꝙ vsus mirabolanoꝝ vel est in p̃n° vel in ꝓcessu completa digõne: in p̃n° posset esse eoꝝ vsus vel ad euãndũ mãm cũ expedit illã minorare ꝓpter multitudinẽ: vel eradicare ꝓpter furiositatẽ: vel posset esse eoꝝ vsus ad ꝯsolidandũ alias medicinas. Et siq̃deꝫ vtaẽ q̃s de mirabolanis in p̃n° febris sub dosi sufficiẽti ad eradicãdũ mãs furiosas nõ ẽ ꝯueniẽs talis vsus: qꝛ cũ sint debiles in soluẽdo nõ educerẽt mãs illas copiosa eductiõe. Hoc aũt vt notũ p̃intellexit: nec est ꝯueniẽs vsus eoꝝ ad minorãdũ mãs. ꝟ. g. cholericas vt faciũt citrini: qꝛ medicine que minorãt illas mãs. s. idigestas a p̃n° vel nõ digestas: nõ opꝫ esse multũ debiles imo fortes: ex hoc ꝙ euãant aliq̃d de mã iepta: etiã qꝛ mirabolani dimittũt post se vestigia corrugationis: vnde mãs residuas ꝯstringũt ⁊ stringũt vias ductuũ ⁊ idisponũt ad fluxum: h̃ solũ Aui. exp̃ssit hic cũ dixit. nõ iueniẽ ab eo. s. viro intẽtio ſm quã opereẽ. i. iste vir qui ꝯcessit mirabolanos. s. in p̃n° nõ inuenit in mirabolanis intẽtionẽ ſm quã opereẽ effectũ vtilẽ: imo nocent qꝛ ꝯstringũt poros post solõnẽ ⁊ ꝓpter hoc mã residua coartaẽ ⁊ ꝓhibeẽ ab euõne ⁊ resolõne ⁊ exasperat viscera ⁊ ex h̃ reddũt ventrẽ stipticũ nõ lenẽ: sed a p̃n° in ꝓcessu febris putride magna est necessitas apertionis viarũ ⁊ lenitionis ĩtestinoꝝ quorũ ꝯtrariũ faciũt mirabolani. Et apparet ex hoc ꝙ ipsi magis nocẽt cũ danẽ in substãtia q̃ qñ exhibeẽ eoꝝ exp̃ssio. ⁊ Si vero vsus eorũ eẽt ad ꝯsolandũ alias medicinas. ꝟ. g. scamoneã qua necesse esset vt in p̃n° possent mirabolani exhiberi: ⁊ sic vtitur eis Rasis. 16. ꝯtinẽtis in p̃n°. Si ẽt alia medicina misцereẽ cũ eis remouẽs eoꝝ exasperationẽ ⁊ ꝯstrictionẽ ⁊ cũ h̃ ipoꝝ ĩfusio dareẽ nõ eẽt malũ eos ꝯcedere ẽt in p̃n° sicut eoꝝ ĩfusionẽ cũ mãna ꝯcedit Rasis. 10. trac. Almãsoris. ca. 4. ⁊ Si aũt ſmo fit de vsu mirabolanoꝝ in ꝓcessu: dõm ꝙ facta digõne pfecta ita ꝙ mã fit euõni habilissima possum⁹ eis vti: si ꝯfidimus de pfecta euõne illaꝝ mãerũ per vnã dosim mirabolanoꝝ: ⁊ nõ timeas residuũ ꝯstringi cum nõ sit residuũ: ḡ ꝯueniẽs vsus mirabolanoꝝ est digõne pfecta ⁊ aliq̃b⁹ euãtionib⁹ p̃cedẽtib⁹. Residuũ enĩ mãerũ poterit per mirabolanos educi ⁊ poterũt ꝯfortari ⁊ reaggregari mẽbra laxa a febre que p̃cessit ⁊ euõnib⁹ spõtaneis ⁊ artificialib⁹ que p̃cesserũt ĩ febre: ⁊ h̃ ĩtellexit Auicẽ. Quid aũt sit de vsu mirabolanoꝝ in p̃cipio apostematum stomachi lege quod scripsimus lib. 3. fen. 13.

¶ Et aqua duorum granatorum est maximi iuuamẽti expressa cum pulpis amborum.

¶ Et aqua.) i. succus vel exp̃ssio granatoꝝ. s. mũdoꝝ a cortice exteriori ⁊ exp̃ssoꝝ cũ pulpis duoꝝ. s. numero. vel duorum. s. acetosi ⁊ dulcis vt sit in eis virtus abstersiua ⁊ rep̃ssiua caloris. Daẽ aũt a me de hac exp̃ssione libra media vel vncie. iiij. cũ pauco zuccharo: ⁊ apõ me cũ vncijs. ij. zucchari ⁊ est ꝺlicata medicina: ⁊ expti sumus quosdã solui ab ea sex vicib⁹ ⁊ quosdaꝫ nihil. lege pro his Sera. 7. breuiarij. ⁊ Azarauiũ lib. 29. ⁊ hec est medicina quarta.

¶ Et in horis de solutiuis que fiũt ex violis ⁊ scamonea: ita vt de vio. sit q̃titas aur. j. de scamonea vsq̃ ad siliquã. j. ⁊ quandoq̃ poniẽ in eis parũ menthe.

¶ Et in horis.) i. qñq̃. Et hec est medicina q̃nta. Hora aũt eius est hora digõnis mãe nisi pp necitatẽ dictã supra. Uiolis. s. sicc. si vis eas eẽ mag̃ solutiuas a ꝓpetate: vel recẽtib⁹ si vis ꝙ leniãt. Aureus sumiẽ qñq̃ p pluri qñq̃ p dracma qñq̃ p pauciori: vt al's ꝺclarauim⁹. ⁊ p pauciori sumiẽ ab Aui. 3. cañ. fen. 14. ca. de cura hydropisis. tñ qꝛ viola est medicĩa benigna põt sumi aureus p dracma vna ⁊ media vel duab⁹. Siliq̃ est q̃tuor granoꝝ ordei pondus ſm aliquos. ⁊ aliq̃ dicũt ꝙ plus. Tibi aũt inest mẽsurare dosim medicinarũ fortiũ q̃cq̃d scribaẽ in libris. He igiẽ viole tẽperãt calorem scamonee. mẽtha vero stomachũ cõfortat qua indigemus propter nocumentũ scamonee. est enim stomacho inimica vt tertio. 13.

¶ Et quãdoq̃ fit ex infrigidantibus extinguentibus medicina in qua poniẽ scamonea sicut pillule hmõi. ℞. coriandri spodij rosaruꝫ oium ana. ʒ. ß. camphore tosugi. j. scamonee duodecimaꝫ partem. ʒ. j. ⁊ vsq̃ ad sextam partem eius ⁊ detur in potu de eis.

¶ Hec est sexta medicĩa in qua est satis fortis solõ per res quas ponit que sunt note. Tosugi creditur a quibusdam ꝙ sit pondus trium granoꝝ ordei: deẽ ex eis quãtitas que tibi videẽ.

¶ Aliud. ℞. syracost. ʒ. ij. tereniabin. ʒ. v. succi pomorũ de scenij ⁊ succi cydonioꝝ ptes eq̃les: succi coriandri humidi sextã ptẽ. j. aggrega succos ⁊ submerge in eis syracost ⁊ tereniabin ⁊ inspisseẽ cũ eis donec fortasse coaguleneẽ: deinde sume cãphore pondus sexte. ʒ. j. et medietatis sexte. ʒ. j. ⁊ scamonee. ʒ. j. ⁊ pone syracost sup ignẽ ⁊ pulueriza desup camphoraꝫ ⁊ scamoneã: ⁊ conserueneẽ ne resoluanẽ cuꝫ vapore: deinde dimittatur donec coaguleẽ per se cum facilitate: ⁊ dosis eius sit a. ʒ. ij. vsq̃ ad. ʒ. ij. ⁊ ß.

¶ Hec eniꝫ est septima medicina ⁊ artificialiter cõposita ⁊ decocta ⁊ dat de ea dracmas duas vel vltra. Et considera dosim eius esse magnã: ⁊ in nostro climate minor dosis sufficeret.

¶ Et est poss'e vt fiant ex tereniabin ⁊ syracost ⁊ zuccaro tabarzet natiẽ. i. forme que fiũt sicut penidie. Et

ponunt in ea scamonea ⁊ camphora ſm q̄titatē que cadat ī vna potiōe eiꝰ cāphore vſq̄ ad toſugi.i.⁊ ſcamonee vſq̄ ad ſextā.ʒ.i.q̄re fit tunc aīe nō horribile.

ratis.i.q̄ꝛ fit ↄuersio sanguinis ad mām melācholie hui⁹ cinerulēte.vel cum ergo stant.s.ille superfluitates ⁊c̄.⁊ est iste sermo Gal'. ibidem cum dicit. Cum ergo equatur egritudo in omnibus venis cum victoria cholere nigre attingit tunc febris quartana.

¶ Et illius quidē que est a flegmate adusto sunt paroxismi lōgiores:⁊ accidit eis frigus ſm plus successione assiduationis:⁊ est sudor tardior ⁊ vrina grossior ⁊ durities venarum minor:⁊ fit ſm plurimuꝫ successione febrium flegmaticarum.

Dubium

¶ Nō ponit signa quartane a melancholia fecali.s.nāli:q̄ꝛ ꝑdicta signa q̄rtane absolute sibi adaptant̄.(Sūt paroxismi lōgiores:)q̄ꝛ mā hꝫ grossitiē ꝑ nāꝫ melīcā ⁊ viscositatē ex flāte:vñ facta est melācholia successiōe assiduatiōis.s.flātis:q̄ꝛ postq̄ꝫ incipit calefieri iterū reicipit frig⁹ sicut supra dicebat̄ in flātica ex viscositate humoris.(Vrina est grossior.)⁊ Cōtra q̄ꝛ melīa est grossior hūor q̄ꝫ flegma.⁊ Dōm ꝙ melīa postq̄ꝫ est flātica est apta eliquationi et dissolutiōi in aq̄ plus q̄ꝫ qñ ē pura melīa ⁊ ex h̄ fit vrina grossior. melancholia enim lꝫ sit grossior recedit ad fundum vasis.

¶ Et illam que est a sanguine adusto antecedūt signa sanguis ⁊ febris ei⁹ ⁊ rubedo vrine:⁊ sigñant ipaꝫ forma ⁊ etas ⁊ tp̄s:⁊ fortasse erit post febres sanguieas.

¶ Ponit signa sanguinee post febres sanguinis.dixit fortasse:quia potest generari melancholia sanguinea per paulatinam adustionem absq̄ꝫ febre:vt diximus generaliter tertio pronostic.⁊ sic de alijs modis melancholie per aliorum humorum adustionem.

¶ Et in illa que est a cholera adusta est pulsus vehementioris velocitatis ⁊ frequentie:⁊ incipit cum horripilatione ⁊ frigore in carne ⁊ siti ⁊ sudore. Et quandoq̄ꝫ fit ira ⁊ furor ⁊ inflāmatio ⁊ significāt ipsam forma ⁊ tempus ⁊ etas. Et quādoq̄ꝫ significant ipsam ꝙ ipsa sit successione febrium cholericarum.

¶ Ponit signa cholerice cū horripilatiōe ꝑ ꝑūctionē cholericā.

¶ Et pulsus in quartana est decliuis ad duritieꝫ propter siccitatem humoris. Ipse enim trahitur ad interiora:quasi ipse esset pulsus senis. Et ad equalitatem dum non mouetur:⁊ si moueatur diuersificatur pulsus valde propter grossitudinem superfluitatis:⁊ fit mundificatio eius apparens apud teporeꝫ:⁊ est significatio completa super quartanam.

Alr. serrinus

¶ Hic ponit quedaꝫ signa specialia:q̄ꝛ a quibusdā specialibus rebus sumpta. Primo a pulsu. Secundo ab vrina. Tertio a sudore. Quarto a siti:lꝫ aliqua itermisceat. Partes patēt.(Serrinus.)i. durus diuersus vel seuis.(Et ad equalitatē dū nō mouet̄.)i.dū nō est in principio paroxismi:q̄ꝛ duꝫ iam manifeste calefit nō sic difformiter calefit melancholia sicut flegma.(Vel dum nō mouet̄.)i. duꝫ nō est paroxismus.(Apud teporē.)i.in hora quietis.(Et est significatio.)s.respectu quotidiane in q̄ nō fit mūdificatio cōpleta.

¶ Et multotiēs accidit in eo diastoles inequalis ⁊ systoles vehementis velocitatis ſm contrariū eius qđ est in tertiana.

¶ Cōsiderādū ꝙ lꝫ in oī putrida systoles nō sit velocior ⁊ maioris diuersitatis q̄ꝫ diastoles vt supra diximus in gñalib⁹ signis:tamē in quartana respectu tertiane hoc plus accidit:ꝑpterea q̄ꝛ hūor est grossus multū icitās ad systolē plus q̄ꝫ ad diastolē.sꝫ in tertiana q̄ꝛ humor est ardēs subtilis ecōtra ē respcū q̄rtane:⁊ h̄ est qđ dicit.multotiēs accidit diastoles ineq̄lis.i.diuersa ineq̄lis.⁊ systoles vehemētis ⁊c̄.i.adhuc magis diuersa ſm ↄtrariū tertiane ⁊c̄.

¶ Et pulsus q̄dē quartane melior est pulsu flegmatice in ꝑuitate ⁊ frequētia:sed est similis ei in tarditate.

¶ Et pulsus q̄dē quartane melior est ⁊c̄.i.nō est ita paruus nec ita frequens sicut pulsus flegmatice:⁊ hoc iam declarauimus supra cap̄.de febre flegmatica.(Similis ei in tarditate.)⁊ cā etiā est dicta. Et pōt dici ꝙ quātuꝫ facit in febre flegmatica ad tarditatem pulsus debilitas virtutis:vnde recuperat ꝑpter frequentiā:tātū facit ad tarditatem pulsus in quartana minor paruitas.i.pulsum non esse ita paruū sicut in flegmatica:vnde pōt cum minori paruitate euentare:vt non sic cogatur ad velocitandum pulsum.

¶ Et apud inceptionem paroxismi additur tarditas sua ⁊ frequentia.

¶ Iste sermo dꝫ sic itelligi ꝙ apud iceptionē paroxismi.i.typi:q̄ꝛ ꝑcedente eo addit̄ tarditas ꝑpter additionē frigoris:⁊ frequētia scꝫ addit̄ ſm aliq̄ꝫ ꝑportionē:q̄ꝛ aliq̄ facta paruificatione maiore in pulsu aliq̄liter addit̄ frequētia. Sed Dynus hꝫ:addit̄ frequētia ⁊ raritas:⁊ dicit ꝙ sic vult dicere:q̄ꝛ ſm Gal'.z.de crisi.cap̄.4. sicut in quartana addit̄ tarditas:ita etiā addit̄ raritas. Sed si lra dicit addit̄ frequētia.dicit Dynus ꝙ vult exponi.i.addit̄ superatio frequētie in pulsu q̄rtane respcū pulsus flegmatice:q̄ꝛ in quartana superat̄ frequētia respcū flegmatice:⁊ q̄ꝛ separat̄ frequētia dicit̄ rarior in febre q̄rtana q̄ꝫ flegmatica. Et si tu ↄsideras ista est corruptio textus:tñ Aui.vult ꝙ precedēte frigore:lꝫ pulsus fiat tardior ⁊ rarior q̄ꝫ ꝑus cū plus sit tardus q̄ꝫ rarus:q̄ꝛ defectior facta virtus plus recōpensat per frequētiā q̄ꝫ per velocitatē:silr ꝑcedēte calore ꝑportionaliter plus fit frequēs q̄ꝫ velox:ꝫ est plus tardus q̄ꝫ rarus:⁊ hoc intelligit ⁊ sequit̄ Aui. Gal'.phantasias.

¶ Et diuersitas eius est maior diuersitate reliq̄rū febriū:deide icipit magnificari ⁊ fieri frequēs ⁊ velox.

¶ Quia est humor grauior virtute.s.ponderosior in locis venaruꝫ ⁊ arteriaꝝ:⁊ forsan ꝙ in hac diuersitate pulsus sunt plures respectu flegmatice.(Deinde.)s.cū incipit calor incipit magnificari.

¶ Et vrina in quartana est similium horaruꝫ in priuatione digestionis propter frigus materiei ⁊ grossitudinem eius nisi apud statum bonum. Verum dispositiones eius ⁊ colores eius diuersificant̄:⁊ illud ideo quoniam melācholia generat̄ ex humorib⁹ diuersis.

¶ Similiū horaꝝ q̄ꝛ nō est mō subtilis modo grossa sicut dicebat̄ in flegmatica:q̄ꝛ non est humor tāte multitudinis nec viscosus:⁊ iō nō sic difformiter mouet̄ ad oppilōnē ⁊ apitionē oppilōnū vel similiū horarū ⁊c̄.i.lōgo tempore durat ꝑuatio digōnis ⁊c̄.(Verū eius:)q̄ꝛ melancholie sunt varie ⁊ multe.

¶ Et de signis digestiōis quartane est lenitas tremoris. Vrina aūt in ꝑncipio est alba ad viriditatē decliuis cruda cui nō est digestio. Et post ꝑncipiū diuersificat̄ eius dispositio ꝑpterea ꝙ plurimū melācholie est generatū ex humoribus diuersis:⁊ est apud declinationē nigram. Et sudor in quartana est plurimus per comparationem ad flegmaticam ⁊ non multiplicatur per comparationem ad alias. Et sitis minorat̄ in hac febre:nisi sit a melancholia cholerica.

¶ Considera ꝙ in statu typ⁹ ⁊ frigus in q̄rtana est maior vt supra dicebat̄ cap̄.de tertiana ex intentione Cōmentatoris cōmento.8. ꝑmo epidimiarū.⁊ Rasis.18.ↄtinē.cap̄.z.s.de quartana circa finē dicit post elongationē dierū subtiliabit̄ melancholicus humor:⁊ sparget̄ per mēbra sensibilia:⁊ tūc vehemens erit rigor:⁊ hoc est signū bonū in hac febre.sigñat enī finē ⁊ digestionē.iam diximus sepe ꝙ digesta melācholia ⁊ ēt flegmate rigor vel tremor vel frigus sequēs q̄litatē māe remittit̄ sed sequēs motū vehemētioreꝫ auget̄:⁊ vtrūq̄ꝫ istoꝝ pōt ↄtingere de facto:vt aliq̄ñ in statu digesta mā sit minor rigor ⁊ aliq̄ñ maior.⁊ tu ↄsidera.reliqua que dicē sunt nota. Expone.vrina alba.i.subtilis trāslucēs:⁊ proprie in melancholia fecali.subtiliter tñ attendentib⁹ vꝫ ꝙ oēs morbi melīe plus cōicent in cōi signo cruditatis per vrine dispōnē cōem oīb⁹ q̄ꝫ in signo digestionis aliquo cōi oībus:⁊ tu considera.

¶ De cura. Cap̄.65ᵐ.

Consideretur in hac egritudine an sit de melīa flegmatica aut melīa sanguiea aut melīa cholerica aut melancholia melīca. Deinde rege vnāquāq̄ꝫ earuꝫ cū eo qđ ei est ↄueniens de illis que dicemus.

¶ Hic ponit curā. Et primo generalē siue cōem interpolatis ⁊ ↄtinuis:lꝫ manifestius adaptet̄ iterpolate quartane. Scđo spālíter hanc curā applicat ad ↄtinuā.ibi(Dispō hui⁹ febris.)⁊ Prima in duas. Primo ponit curā per medicinas ⁊ dietam. Scđo spāliter ponit cibaria que sunt ↄuenientia.ibi(Rectius.)⁊ Pria in duas. Primo ponit curā in generali magis. Scđo magis in speciali.ibi(Qꝫ si melīa fuerit sanguinea.)⁊ Prima in duas. Primo ponit illud:vñ sumit̄ diuersitas in cura q̄rtane. Scđo ꝓsequit̄.ibi(Veruꝫ.)

¶ Causa dicti eius est:q̄ꝛ a morbo dependente a cā magna ↄsideratio in cura ē:cause cōsideratio.vnde dixit Gal'.in Thegni.z.tex. cōmen.95. Oportet vnāquāq̄ꝫ causam prius abscindere.

¶ Dubitat̄ quare nō posuit diuersitatem cure ex parte temporuꝫ

Dubiū pᵐ

morbi. ⁋ Dōm ꝙ dedit illam intelligi ex dictis in capitulo de flegmatica. q² cura febris quotidiane ⁊ quartane cōmunicāt in hoc q² vsus subtiliantiū fortioꝝ ⁊ ꝓuocantiū nō debet fieri: nisi digestione aliqua precedente in materia: ⁊ similiter vsus euacuantiū ⁊ de hoc etiam loquit̄ in ꝓcessu. Explicauit autem curam magis diuersificari ſm species melancholie: q² melancholia magnā cure diuersitatem recipit in suis speciebus.

¶ Uerum omnib⁹ speciebus suis sunt iudicia in quibus cōmunicāt. Et illud est qn̄ ipse minuunt̄ in principio quare necesse est vt attendat̄ an sit sanguis dominās in ea ⁊ ꝓpe qn̄ quartana est a melācholia sanguinea: tunc. n. flobothomet̄ ⁊ extrahat̄ sanguis ſm quātitatē necessitatis: ⁊ fortasse exigit multitudo ei⁹ vt extrahat̄ de eo res plurima. Et qn̄ nō est necessaria flobothomia: tūc flōmia ei est nociua īquātū debilitat ⁊ inquātū educit ꝯtrariū melācholie ⁊ inquātum mouet humores ad exteriora.

¶ Hic ꝓsequit̄ curā: ⁊ hic posset fieri diuisio supra facta. s. ꝙ p̄mo in generali ponit curā. Secundo in speciali ⁊c. ⁋ Prima in duas. Primo ponit curā intendēdo ad causam ⁊ dispositionem. Secundo ad accidens. ibi (Et opꝫ obseruetur stomachus.) ⁋ Prima in duas. Primo ponit curā per medicinas tangens etiam de dieta. Secūdo ponit curā per dietā siue res cibales tāgens etiā de medicinis. ibi (Et scias ꝙ res frigide.) ⁋ Prima in duas. Primo ponit curā q̄rtane. In secundo indicationē sumit a tempore anni. ibi (Et scias ꝙ qn̄ īcipit quartana in estate aut in hyeme.) ⁋ Prima in tres. Primo ponit curā per flobothomiā ⁊ solutionē vētris ⁊ medicinas digestiuas tangens de regimine per cibū. Secūdo ponit curā per vomitū vel cañ. in vomitu. ibi (Et vomitus.) Tertio dat vnū cañ. generalē. ibi (Oportet.) ⁋ Prima in tres. Primo ponit curā que magis melācholie applicat̄ sanguinee: lꝫ eniꝫ posset applicari ad melācholiā fecalē. Secūdo ponit curam melācholie cholerice. ibi (Et tu qdē.) Tertio flegmatice. ibi (Et si.) Deīde addit vnū cañ. ibi (Et scias.) ⁋ Prima in tres. Primo ponit curam per medicinas. Scđo tangit de regimine per cibuꝫ. ibi (Et opꝫ vt ꝓhibeant̄.) Tertio per medicinas alterātes. ibi (Et sit medicina.)

¶ Hic est modus diuidendi quo satisfit cōitati: tn̄ melior modus est vt dicat̄ ꝙ totum capituluꝫ tot habet partes: quot ponit cañ. ⁋ Cañ. primus est gn̄alis eo ꝙ omnibus speciebus quartane cōpetat ī p̄ncipio mīoratio m̄ae: sub isto gn̄ali est postea cañ. in minoratione m̄ae per flobothomiā ⁊ minoratio per pharmaciā: q̄s ponit. ¶ Cōsiderandum primo ꝙ cā quare minuat̄ in p̄ncipio est vt p̄paratio fiat ad residuū eūandū ⁊ digerendū. ¶ Cōsiderādum scđo ꝙ hic p̄ncipiū nō sumit̄ pro vno tēpore distincto ꝯtra augmentū ⁊ statū: sed pro toto tēpore qđ est ante statuꝫ. Uel dicat̄ in p̄ncipio. i. prius q̄ꝫ fiant eūones fortiores vel ꝙ egritudo multum ꝓcedat. ¶ Considerandū tertio ꝙ tria nocumēta ponit in flobothomia quādo fit ⁊ nō debet fieri. s. vbi m̄a non est sanguinea vel sanguini mixta. Unū est q² debilitat: ⁊ pꝫ. Secundū est q² melancholia ex hoc magis intendit̄ ⁊ malignat̄: q² euacuat sanguinem qui melancholiā rectificat cū sibi sit ꝯtrarius. Tertiū q² ⁊c.

Dubiū 2m ¶ Dubitat̄ de hoc. Prīo nō videt̄ ꝙ flobothomia moueat humores ad exteriora. Primo q² Aui. cap̄. de cura variolarum. vbi post q̄rtā diē nō ꝯcedit flobothomiā timendo ne intus retrahat̄ materia. Amplius fen. 6. hui⁹ tracta. 3. p̄mo cap̄. nō ꝯcedit flobothomiā fieri quando veneuꝫ est in incessu ad interiora: ⁊ h̄ nō est ꝓpter aliud: nisi q² flobothomia īterius trahit venenū. Amplius flobothomia euacuat a venis sed vene eūate ad se trahūt: ⁊ sic trahūt ītus. Rursus dubitat̄ ꝯcesso ꝙ flobothomia trahat ad exteriora: nō videt̄ ꝙ hoc sit nocumentū: īmo iuuamentū: q² fit elōgatio materierū a corde qđ est p̄nium subm̄ febris. ⁋ Dynus dixit ꝙ flobothomia mouet ad exteriora ꝓpter duo. Primo q² causat ebullitionē ⁊ cōmotionē in humoribus ⁊ ebullitio mouet ad exteriora. Scđo q² vene que flobothomant̄ sunt extra: ⁊ iō mouent humores ad extra. Nocumentū aūt hoc interpolatis est ꝓpriū: q² mouet m̄am ꝯsus minerā putredinis: q² mouent̄ ad venas exteriores cū ille sint ꝓpinque locis extra venas mouet m̄as ad illa loca: ⁊ ideo lꝫ cor sit subm̄ febris: cū locus a quo īcipit causa putredinis nō est cor sed loca extra venas ad que loca mouet: ⁊ attrahit flōmia. s. prope illa loca. Hi sermones Dyni siqs bene ꝯsiderat non sunt bene clari. ⁋ Dicamus ergo clarius ꝙ vene que flōmant̄ verbi gratia bracchioꝝ hn̄t duas cōitates ⁊ alligantias. s. cōitatē versus cutim: ⁊ cōitateꝫ versus ꝓfundū cordis al's corporis: ⁊ iō apertio illarū venarū a duobus locis pōt surgere vel trahere materias versus partes venarū ꝓpinquas loco apertionis. ꝑnt eni trahere a locis circa cutim: ⁊ tunc m̄ae mouent̄ intus: ⁊ iō prohibet̄ flobothomia in morsibus ⁊ puncturis venenosis ne veneuꝫ qđ est circa cutim ⁊ ptes illas ꝓpinquas intus moueat̄: ⁊ de his eūonibus cū flobothomia ⁊ pharmacia in morsibus ⁊ puncturis multa notauimus super fen. 6. illic g̊ querat̄. Scđo pōt flobothomia trahē a locis interiorib⁹ versus easdē partes. s. venaꝝ ⁊ locū flōmie: ⁊ iō diuertit ab a p̄atib⁹ īteriorib⁹ siue īterioꝝ membroꝝ. ⁋ Et sic apparet solō ad p̄m questitū an flōmia trahat int⁹ vel ex. Dōm ꝙ m̄as īteriores trahit extra. s. ad venas circa locū flōmie ⁊ exteriores. s. m̄as carniū circa cutim trahit int⁹ ad loca flōmie. ⁋ Scđo appet q̄re nocet in q̄rtana qn̄ melīa est sepata a sanguiē nō apta seq sanguinē in eūone. nā talis melīa iacet circa venas interiores splenis ⁊ epatis. flōmia g̊ mouet illā melīam versus exteriora: q² versus venas supra epar: ⁊ facit illā melīam magis distare a locis aptis eūoni eius. s. a venis meseraicis ⁊ a locis intestinoꝝ que sunt loca aptiora eūoni ei⁹. ⁋ Et ex hoc apparet nocumentū tertiū flōmie incōueniētis in quartana: ⁊ sic ꝯria cessant.

¶ Et si opꝫ euacuetur a principio de humore faciente febrē aliquid ad alleuiādū ⁊ ad mūdificādū. Illud. n. apud digestionē est ſm ꝙ innuā ad ipsum.

¶ Cōsiderādū ꝙ ex mō loquendi Aui. apparet ꝙ principiū hic nō sumit̄ ꝓprie pro vno tēpore distincto ꝯtra augmentū sed sumitur principiū pro principio ex parte augmēti vel pro tēpore ante statum. nā ipse dicit ꝙ hec euacuatio minoratiua que mūdat corp⁹ ab aliq̄ parte m̄ae male ⁊ alleuiat ip̄m debet fieri apud digōnem: sed digestio nō ꝯtingit in p̄ncipio nisi per digōnē velis digōnē occultā que iudicio meo nō sufficit in digōne melīe: īmo digōnē vltra illā expectamus. ¶ Cōsiderādū ꝙ in annis minorib⁹ istū passum sic exposui. Sed opꝫ vt euacuet̄ in p̄ncipio ⁊c. ad alleuiandū ⁊ mūdificādū: supple fiat illud in ipso p̄ncipio: nō tn̄ in p̄ncipiȷ p̄ncipio: sed cū apparet aliq̄ m̄ae subtiliatio: ⁊ hoc nō excludit rōnē p̄ncipiȷ. Illud enim. i. illa euacuatio quādo nō est minoratiua siue alleuiatiua sed eradicatiua. apud digestionē. i. digesta materia et nō in p̄ncipio. est ſm ꝙ innuā. i. debet fieri ſm ꝙ dicā. ⁋ Expositio aūt alia quā iā innui mihi placet vt totum hoc referat̄ ad euacuationē minoratiuaꝫ: ⁊ expectet̄ digestio maior q̄ꝫ illa que est in p̄ncipio distincto ꝯtra alia tēpora tria. nam melancholia est humor ineptissim⁹ motui nec est humor repletionalis multū vt flegma: ⁊ ideo in p̄ncipio ⁊ celerius possumus euacuare iꝫ flegmatica q̄ꝫ in quartana. Tu aūt de his expositionibus accipe quā vis.

¶ Et si post paroxismum per diem.

Dubiū 3m ¶ Ex textu hoc soluit̄ questio qua queri pōt qđ sit melius in quartana an dare solutiuū in die añ ꝑoxismū an in die post ꝑoxismuꝫ. ⁋ Et videt̄ Aui. velle ꝙ det̄ ante paroxismum per diē: q² dicit sit per diē post ⁊ nō dixit si sit in die post: ergo interponit Aui. vnum diē inter paroxismū ⁊ medicinā: ⁊ per ꝯn̄s dat̄ illa die ante paroxismum: ⁊ lꝫ in hoc possint dari plures cause: tamen due vident̄ priores al's potiores. Una q² virtus est magis cōfortata. Secunda q² m̄a melīca ē magis ꝯcumulata ⁊ actuata: ⁊ ideo circa loca in quibus est incipiūt aliquē habere motū nō ad alia loca: sed in locis m̄e: ⁊ hoc facit ad eūonē. Et multa hic possent dici q² multa hic ꝑnt ꝯcurrere ex qb⁹ eligim⁹ horā diuersaꝫ ad pharmaciaꝫ dandam inter paroxismum ⁊ paroxismum.

¶ Et nō opꝫ vt fiat ꝓuocatio in p̄mis cū fortitudine.

¶ Si exponat̄ ꝓuocātia. i. fortiter soluentia vt lapis lazuli ⁊ elleborus est notū: si exponat̄ ꝓuocātia. s. vrinā etiā est notum: q² ista agitant materiā crudam ⁊ educunt subtile eius.

¶ Et oportet vt administrent̄ mollificantia. Et si tibi nō videt̄ bonū vti potionib⁹ administra loco eaꝝ clysteria cōueniētia: sed opꝫ vt sint lenia: ⁊ nō ꝯcedit̄ cōfortatio eoꝝ nisi qn̄ ꝯsequit̄ egritudo statū.

¶ Et opꝫ vt administrent̄ mollificātia. i. lenientia ventrē vt cassia vel māna ad feces ⁊ corruptiōes m̄aerū intestinaliū mundificandas. Et si tibi videt̄ ꝙ ista lenitio nō fiat cū re potata fac clysteria sicut dixit supra. magis dilectū apud me est vsus clysterioꝝ. Considera ēt ꝙ clysteria acuta requirūt etiā m̄ae digestionē vt notū est. ponit̄ tertio cañ. fen. 16. cap̄. de cura colice. Uel exponat̄ mollificātia. i. humectātia humorē melācholicū q² sunt digestiua illi⁹.

¶ Et si medicus iam p̄sumpserit ⁊ solutione eduxerit melīam in principio aliquotiēs solutione forti ⁊ ꝓhibuit egritudinē penitus sed est rectū ab errore.

¶ Considerādū ꝙ Aui. in p̄ncipio ꝑoxismi ꝓhibuit dari pharmacū solutiuuꝫ: ⁊ ēt in p̄ncipio vl̄i: ⁊ noluit ꝙ darent̄ nisi digesta m̄a: sed inuenti sunt aliq medici q in p̄ncipio ꝑoxismi dāt medicinas fortes: ⁊ sil'r in p̄ncipio morbi ⁊ liberati sunt īfirmi. Dicit. A. ꝙ est rectū ab errore. s. iste medic⁹ rexit se erronee vl'ꝙ rect⁹ finis ⁊ bonus ab errore ꝓcessit: sicut malo duci exercit⁹ qn̄ bene succedit eo male agēte: de q̊ tn̄ nō dꝫ laudari: ⁊ nō dꝫ eē regl'a aliȷs talis actio.

Dubiū 4m ¶ Sed diceret ꝓteru⁹ medic⁹ ex quo iste q̄rtanarius est liberat⁹ q̄re feci male. ¶ Dōm ꝙ fuit casus indiuidualis: ꝛ nō īuenit̄ alius talis inter decē milia hoīuz: ꝛ iō si sic ꝓcedat̄ in cura in alijs erit ꝑiculū. Uel dōm ꝙ ille liberat⁹ a q̄rtana cū cura erronea hȝ ex h̄ aliq̄ malā dispōnē quā nō haberet si rōnabiliter fuisset curatus.

¶ Et opȝ vt prohibeat̄ in die paroxismi a comestione ꝛ ꝑcipiat̄ ieiuniuȝ ꝛ ꝓhibeat̄ ab aqua frigida illa die ꝛ est necessariuȝ in reliq̄s diebus vti carne taiegi aut pulli in primis taiegi vsq̄ ad tres vel quatuor periodos deinde pulli: tunc enim pullus est melior.

Dubiū 5m ¶ Dubitat̄ q̄re ꝑmo dat taiegi. i. aues paruas: ꝛ postea pullos: īmo ecōtra q2 dieta subtiliādo debet ꝓcedere. Dicunt q̄dā ꝙ est dieta tētatiua: aliter ꝙ q̄n dieta nō ordinat̄ ad statum vel si ordinat̄ ad statū: tn̄ est valde distās: possumus īcipere aliquib⁹ diebus subtiliare dietam: vt virtus vacet cōtra materiā ꝛ nocumentum digestionis corrigere possit: vt dictū est supra in cura flegmatice.

¶ Et sit medicina in die paroxismi geleniabin ꝯfricatum cum aqua calida in die bis aut ter. Sintq̄. ʒ. iij. geleniabin cum. ʒ. x. syrupi acetosi.

Dubiū 6m ¶ Dubitat̄ q̄ō ꝯcedit hic geleniabin ꝛ syrupū acetosum cū aqua cū supra cap̄. de cura putridarū in vniuli ꝓhibuerit in hora paroxismi zuccharuȝ ꝛ iulep. ¶ Dōm ꝑmo ꝙ ille potus est qui dȝ dari in die ꝑoxismi: nō tamen in hora paroxismi. Uel dōm ꝛ melius ꝙ iste potus est magis medicinalis ꝛ minus nutritiuus q̄ȝ sit aqua ordei vel zuccharū vel iulep. ¶ Scias ēt ꝙ acetū lȝ faciat augmētum in melancholia vt colligit̄. 3. regi. acu. tex. ꝛ cōmen. 40. tn̄ sua malitia rectificat̄ per zuccharū: ꝛ hic potus est etiā bonū digestiuum aliquibus diebus: ꝛ proprie in principio: ꝛ q̄n vis vti potentiori subtiliatiuo habes copiam syruporum alioꝝ ad hoc.

¶ Et tu quidem scis ꝙ quando melancholia est cholerica tunc oportet vt administret̄ in ea quod soluat eam ex genere mirabolanorum ꝛ viole.

¶ Mirabolani citrini ꝛ viole sunt ꝑ ꝑ acuitatē chole: sȝ mirabolanis quo tp̄e debeas vti debes scire ex cap̄. de cura putridarum.

¶ Et si est flegmatica oportet vt administretur in ea aliquid in primis in quo sit virtus polypodij ꝛ epithimi ꝛ similium.

¶ Quia euacuant materiam flegmaticam.

¶ Et scias ꝙ aqua casei est bonum vehiculū ei quod administrat̄ de virtutib⁹ ꝑdictis: ꝛ fortasse cōfert administratio ei⁹ solius q̄n est caliditas violēta. nam geleniabin ꝛ aqua eius colata cum decoctione sua forti est loco ipsi⁹ ꝓprie q̄n est in stomacho debilitas: aut est illud quod vincit humor frigidus.

¶ Aqua casei est bona mā infusionuȝ: vt dixit Meſ. q̄n est calitas violēta. i. acuta: q2 lenit mās ꝛ euacuat. Estimauit aūt Aui. ꝙ lȝ aq̄ lactis sit calida ꝛ sicca per ꝑtes suas nitrosas acutas per quas soluit: est tn̄ hn̄s multū de humido aquoso frigido ꝛ humido: per q̄ð lauat vt iā diximus sup scðo cañ. cap̄. de caseo. Et ideo Auicē. nō secure vtit̄ aqua casei in stomacho debili vel laxo vel remollito: nec ēt q̄n inest humor frigidus: sed loco eius vtit̄ aqua in qua bullit̄ mel rosatū forti ebullitione vt in aquam impresserit: ꝛ hec pōt esse mā infusionū medicinarū quas vis.

¶ Et vomitus iteꝝ ꝛ ꝓprie ante cibū ꝛ post cibū ēt est ꝯueniētior ꝛ ꝓprie in die ꝑoxismi: ꝛ ante ꝑoxismum ꝛ ꝓprie q̄n melācholia est flegmatica est de reb⁹ iuuantib⁹ in ea: ꝛ nō in ꝑncipio tm̄ imo ꝛ in omni hora.

Dubm 7m ¶ Dubitat̄ an vomitus in die paroxismi ante ꝑncipiuȝ paroxismi cōperat. ¶ Uidet̄ ꝙ nō: q2 supra ꝓhibita est medicina solutiua in die paroxismi: ꝫ vomitiua cuȝ sit fortior. Amplius q̄rta ꝑti. afor. afor. 9. ꝑcipit̄ melicos euāri per īferius. ¶ In ꝯriū sunt oēs: vnde Aui. ꝑcipit eū fieri: q2 alleuiat vel eradicat vt postea dicet. ¶ Generalia de vomitu in ꝑncipio paroxismi iā diximus supra in cura gn̄ali. Hic dicamus q̄ȝtū expedit in q̄rtana ꝙ vomitus cuȝ re forti vt elleboro vel lapide lazuli nō dȝ fieri ꝓpter cās superi⁹ dictas: ꝓpter q̄s medicinas solutiuas ꝓhibuimus: sed vomit⁹ cuȝ decoctione raffani vel granoꝝ ei⁹ pōt fieri: īmo dȝ fieri. Rō ꝑmo emūdat mās corruptas que sunt in stōcho q̄s q̄rtanarij aggregāt ꝓpter nocumenta digōnis stōchi ex cā febris ꝛ cōitate febris ad stōchū. Scða cā q2 mãe melice plurime habent radicē circa loca splenis: ꝛ illa loca stōcho cōicāt ꝓpter multas venas ꝛ magnas. In die ꝫ ꝑoxismi ante suū aduentū humor iam incipit moueri in locis illis ꝛ dȝ pelli ad loca extra venas. Uomit⁹ ꝫ trahit eū ꝛ diuertit versus loca ꝯcauitatis stōchi ꝛ ītestinoꝝ. Et hoc est quod Halyab. ītēdebat in h̄ cap̄. 143. practice. ꝙ cū humor in die paroxismi sit tumultuosis aptus ad motū dȝ fieri vomit⁹. In h̄ ꝫ vomitu aut aliq̄d de mā diuertit̄ ad ꝯcaua stōchi: ꝛ ītestinoꝝ diuersa ꝛ distracta a motu suo per sensibilia mēbra: ꝛ tūc alleuiat̄ ꝑoxism⁹ ꝛ pōt tolli si multa est illa q̄ȝtitas. Aut nihil de hoc humore distrahit̄ a suo cursu: ꝛ tūc alleuiat̄ paroxismus: q2 mãe male in stōcho lȝ nō sint cā ꝯiuncta feb. nec antecedens nec appropriata si tamē corrūpunt̄ calore febrili addunt calorē ꝛ anxietateȝ. ¶ Sed tu dices ex hac rōne ego posseȝ dare vnū pharmacū solutiuū vt scene vel epithimi. Dōm ꝙ tu nō potes regulare tuū pharmacū datum ad tēpus euōnis. i. dicere agas hoc anteq̄ȝ paroxismus superueniat. nec potes ꝑcipere vt agat super humore moto ꝛ non super alio sed aget super toto ꝛ fiet motio valde magna que nō dȝ ꝯcurrere cum motu paroxismi: sed securius est in die quietis agere.

Dubm 8m ¶ Dubitat̄ q2 ꝫmones isti vident̄ ꝯdicere dictis nostris in cura generali putridaꝝ: vbi est laudata rō Thadei arguētis ꝙ in die paroxismi nō fiat euātio gr̄a cāe ꝯiūcte: q2 illa mouet̄ motu ꝯrio motui pharmaci: ꝛ hic dicit̄ ꝙ in q̄rtana fit vomit⁹ vt diuertat mām a parte sui motus ad stōchū ꝛ ītestina. ¶ Dōm ꝙ mãe que sunt in venis post epar ꝛ locis remotis nō debēt diuerti nec pn̄t diuerti tūc q2 nō fieret sine motu forti debilitāte ꝛ nō ꝯbēte ꝯcurrere cū motu ꝑoxismi: sed mot⁹ mãerū circa stōchū pn̄t vomitu nō facto cū pharmaco diuerti: ꝛ iō si melācholia esset flegmatica. s. habēs flegma q̄ð est mā melie circa stōchū multoplus ꝯuēit iste vomitus: ꝛ iō dixit Aui. ꝛ ꝓprie q̄n melia est flatica. Hora aūt isti⁹ vomitus dȝ eē ꝓpe ꝑoxismū tātū ꝙ aliq̄ cōmotio īcipiat in mā: ꝛ h̄ est per vnā horā añ ꝑoxismū vel per mediā vel in ipa īchoatione typi ꝫm ꝙ tibi videt̄. ¶ Ad ꝑm argumētū appet solo. ¶ Ad 2m dōȝ ꝙ si vis euāre cū elleboro aut lapide lazuli opȝ eligere dieȝ q̄etis. Si aūt vis euāre vomitu leui sic fit in ꝑncipio: nō tn̄ in ꝑncipio. s. vniuersali tm̄ vel in ꝑncipio. s. paroxismi: sed alijs tēporibus paroxismi: ꝛ in hoc est ꝯsideratio. Nam talis vomitus nō fit ꝓpter mām que iam versus cutim sup carnē expandit̄: sed ꝓpter alias materias circa stomachuȝ cōmotas quas quacūq̄ȝ hora potes ꝑ vomitum educere: si nā eas illuc cōmouit: aut credis ibi eas esse aptas vomitu educi leui: sicut accidit in principio paroxismi.

¶ Oportet ergo vt non laboretur in principio ꝛ in ꝑncipijs digestionis vsq̄ȝ ad aduētum complementi digestionis in euacuādo superfluitatē cum eo quod calefacit cum fortitudine: neq̄ȝ cum eo q̄ð exiccat cū fortitudine ex medicina ꝛ ex dimissione ciboꝝ: neq̄ȝ cum eo q̄ð debilitat ex solutione vētris: neq̄ȝ iterum cū eo q̄ð debilitat in principio ex subtiliatione regiminis.

¶ Hic cañ. ponit que sunt cū q̄bus nō debes intendere ad euōnē. i. ꝯsumptionē occultā vel manifestā: neq̄ȝ in ꝑncipio mā existente cruda neq̄ȝ etiā cū incipit digeri: ꝛ sunt q̄nque cuȝ eo q̄ð calefacit cū fortitudine. ¶ Primū est illud q̄ð calefacit vehemēter. h. g. medicamē de pipere vel de allijs: ꝛ tu illud nota. ¶ Scðȝ est illð q̄ð exiccat neq̄ȝ cū eo q̄ð exiccat vehemēter q̄ð est medicina vt medicamen de sulphure. h. g. ¶ Tertiū est q̄ð exiccat vehemēter q̄ð est regimen sicut dimittere cibū: q2 nō debet ex toto priuari cibo dieb⁹ aliquibus: vel aliquo. s. die quietis. ¶ Quartū est fortis solo ventris debilitans. s. cū lapide lazuli ꝛ similibus: ꝛ vult ex hoc ꝙ si sit debilis solutio ventris ꝛ cū lenitiuis vel cum his que ex soluendo euacuant: tn̄ leuiter vt polypodiū ꝛ scene possit fieri euacuatio incipiente digestione q̄ȝuis nō sit cōpleta ꝛ forsan cū lapide lazuli ꝛ similibus: sed in minori dosi. ¶ Quintū est multa subtiliatio regiminis: vnde ꝛ si nō priuetur cibo: tamen valde paruȝ ꝛ pauci nutrimenti sibi det̄: vnde Auicēna ab auibus minutis incipit. Alij habent hic litteram que dicit. nisi cuȝ eo q̄ð debilitat de solutione. i. cum solutione ventris debili: littera tamē nō est Aui.

¶ Et scias ꝙ quādo īcipit quartana in estate aut hyeme: tunc oportet vt in potu det̄ in primis de aqua ordei ꝛ secaniabin: vt aperiat vias oppilatas ꝛ propter ꝓuocationē ꝛ vt ꝯsumat̄ velociter: ꝛ illud est post periodū antecedentē tribus horis aut quatuor. Et cuȝ accidit quartana in hyeme: tūc nō est modus vt dentur in potu trocisci.

¶ Cōsiderādū ꝙ secaniabin. i. syrup⁹ acetosus in estate zuccharinus ꝛ in hyeme mellinus cū aq̄ ordei plurima in estate ꝛ pauciori in hyeme est potus cōueniens quartane estiue ꝛ hyemali. hye-

mali gdē ꝓpterea q2 in hyeme fiunt oppilōnes: vt fen. 2. p̄mi cañ. cap̄. de causis oppilōnū. ⁊ sunt mãe grossiores: ⁊ talis potus aperit ⁊ subtiliat ⁊ ꝓuocat ex hoc. In estate ēt viarū apertio est vtilis: ⁊ cū h̄ tēperat calorē. Et ꝯsumaꝛ velociter. i. q2 facta apertiōe ⁊ ꝓuocatiōe cito finiretur q̄rtana. Al's ⁊ sumaꝛ velociter. i. statim cessante porismo īcipiat sumi ad rectificādū residua mãerū ꝯ paroxismo ⁊ cōtinueꝛ vsq3 ad aliū ꝑoxismū illis horis qb⁹ medico vr̄. Trocisci. s. ꝯstrictiui extictiui ⁊ exiccatiui vt rosarū: ⁊ h̄ q2 nō īdigem⁹ multa extinctiōe sed aptione poroꝝ ⁊ oppilationū plus.

¶ Et scias q̄ res frigide ⁊ humide facilis digestionis boni chimi sunt ꝯueniētes huic egritudini inquãtum est febris ⁊ ex hoc q̄ sunt ꝯtrarie vni duaꝝ qualitatū melãcholie que est siccitas: quare op3 vt administrētur iterū vbi nō timeꝛ nocumentū digestioni ⁊ nō sit q̄ñtitas ex qua timeꝛ nocumentū in digestione aut misceaꝛ cū eis aliq̄d qđ earū frigiditatē tēperet: ⁊ nō minuat earū humiditatē: ⁊ iste sunt res calide cu3 equalitate. Et alieneꝛ oē frigidū ⁊ siccū. Et res humide et frigide huic egritudini ꝯuenientes sunt sicut endiuia ⁊ lactuca ⁊ melon ⁊ p̄sica q̄ñq3. Et nō op3 vt deuitētur hmōi: nisi aut ꝑꝑ vehemētiã frigoris: ⁊ est inuētū sicut in lactuca ⁊ nō est inuētū sicut in melone dulci: aut ꝑꝑ vehemētiã ꝓuocationis ꝑducētis ad ingrossationē sanguinis ⁊ illud est inuētū in melone dulci: aut ꝓpterea q̄ ꝑparata sūt ei qđ ꝑmisceat putredinē ⁊ est illud iuētū in persicis: ⁊ op3 vt obserues hmōi.

¶ Hic est cañ. in cibatiōe p̄mo cū fridis ⁊ humidis: ⁊ vult q̄ lactuca pōt ꝯcedi: si nō timeas eius frigiditatē: ergo in estate ⁊ in melãcholia cholerica pōt dari vel mixta cū aliq̄ re cal'a. s. pauco petrosillini: simil'r melon maturus ⁊ cū suis seminib⁹ pōt cōcedi si nō times suã ꝓuocationē: & pōt ꝯcedi cū mã est iam digesta ⁊ minorata simil'r persica pñt ꝯcedi: si nō times facilē putredinē: & pñt dari ꝯsueto bene digerere p̄sica vl' cū rebus rectificãtibus illa vt est parū vini puri ⁊ ea que sciunꝛ ex cap̄. de persicis ⁊ chrysomillis.

¶ Cibi v̄o calidi cū equalitate cū additione in humiditate sunt iuuantes valde ⁊ proprie cū volunt equationem caliditatis eorum vbi non diligitur vt per ea fiat iuuamentum ad digestionem cu3 frigidis ⁊ humidis: sicut cōmixtio ficuum cum endiuia.

¶ Vult q̄ si nō indiges cibis frigidis ad digestionē: q2 mã est melãcholica fecalis: tunc dentur calida cum equalitate: ⁊ patet.

¶ Et nō est malū in primis sumere ea in qb⁹ est salsedo ⁊ acredo ⁊ incisio cū nō timeꝛ incremētū caliditatis. In fine aūt egritudis nō est excusatio illi⁹. Et trocisci de absinthio iuuatiui sūt vsq3 ad finē egritudis.

¶ Quia laudauerat calida cū equalitate ostēdit q̄ possum⁹ vti calidis fortib⁹ ⁊ salsis ⁊ acutis ⁊ incisiuis acutis: ⁊ ista sunt sicut almuri ⁊ synapis ⁊ acerosa acuta ⁊ calamētū: ⁊ h̄ q̄ñ nō times caliditatē: q2 est mel'ia mel'ica ⁊ proprie in p̄mis. i. in p̄ncipio egritudinis cū aliq̄ digōne apparēte: ⁊ cū hoc in q̄ñtitate pauca. Ista enī mãs rectificãt ⁊ stomachū ꝑparãt: ⁊ vtimur eis q̄ñq3 ad vomitū: tamen digesta ⁊ minorata mã sunt magis vtilia: ⁊ iō dixit. In fine aūt ⁊c̄. Et trocisci ⁊c̄. i. cū appet digō vsq3 ad finem egritudinis q2 sunt aperitiui ⁊ ꝯfortatiui: tñ nostris tēporibus cecidit eoꝝ vsus.

¶ Et de illis quibus fit iuuamentum est sessio in aqua calida dulci ante cibū omni die: ⁊ balneatio que humectat ⁊ non facit sudare neq3 excitat caliditatem: et continuatio delitiarū ⁊ quietis ⁊ abhorrere exercitiū ⁊ motus corporeos ⁊ animales.

¶ Cōsiderãdū q̄ ista lotio ⁊ balneatio ꝯcediꝛ ante digestionem ad humectandū: q2 est cū pauca mora: ⁊ iō mã nō moueꝛ sed corpus acqrit aliq3 humectationē ꝯtrã siccitati melãcholie. Et hoc stati Aui. post docet dicens. motus corporeos ⁊ aīales. s. exiccantes.

¶ Et omnes iste febres indigent humectantibus: ⁊ diuersificantur in quantitate qua indigent infrigidatiuis infrigidationis ⁊ calefactionis. Et necessitas sua qua indigent exiccatiuis est propter illud quod est in eis de virtute incisionis ⁊ abstersionis ⁊ solutionis ⁊ non propter exiccationem.

¶ Patet.

¶ Et oportet vt obseruetur stomachus cū emplastris bonis ꝯfortãtib⁹ que sunt inter virtute3 caliditatis ⁊ subtilitatē eius ꝭm q̄ exigit dispositio: ⁊ obseruentur splen ⁊ epar ⁊ regãꝛ vt nō indurenꝛ ⁊ apostemenꝛ.

¶ Hic intendit ad accidentia que possunt venire ex stomachi debilitate ⁊ oppilatione ⁊ ingrossatione ep̄is ⁊ splenis: ⁊ est notum q̄ intendit inter virtutem caliditatis. i. potentiã vel vigorē caliditatis: ⁊ subtilitatem. i. debilitatē vel remissionē eius. Quidam enim indigent virtuosiori calefactione ⁊ quidã debiliori. Obseruetur splen cum confortantibus ⁊ ex oppilantibus.

¶ Et fortasse est necessarium ad prouocandum vomitum vti aqua raffani cum semine suo que misceantur cum syrupo acetoso.

¶ Quia aliquando sufficit decoctio raffani solius absq3 semine raffani: semen enim eius est fortius vt sc̄do cañ.

¶ Et fortasse iuuatur cum antecessione comestionis sicle ⁊ eius qđ salitum est de piscibus ⁊ synapis ⁊ his similiū ante ip̄m. Et adiuuaꝛ post illud cū potu aque multe: deinde fiat successio cū syrupo acetoso ⁊ euomat: ⁊ de illis que cōferunt ei est vt sumat ip̄m in die paroxismi: deinde euomat suꝑ ip̄m ⁊ securitate3 facit a nocumēto febris qđ est ꝓpter frig⁹ ⁊ rigorē ⁊ acuitatē febris si sumat allia ⁊ mel ⁊ bibat syrupū acetosu3 mellinū ⁊ ipleaꝛ cibo: deide sumat aqua3 calidã ⁊ euomat. Cū ergo ꝯsumiꝛ paroxismus cenet rē paruã ⁊ balneeꝛ in mane: ⁊ si sumat ante paroxismū q̄nque horis cibū vt euomat fortasse iuuabit illud l3 nō euomat. Et vomitus ante paroxismū quicūq3 humor sit aut alleuiat paroxismū aut eradicat ip̄m ⁊ de regimine bono est q̄ ieiunet in die paroxismi si nō est quod ꝓhibeat: ⁊ nō sumat cibū donec ꝯsumaꝛ paroxism⁹.

¶ Et fortasse iuuaꝛ. s. ad vomitū. ¶ Cōsiderãdū q̄ īnuit diuersitatē modoꝝ vomēdi: q̄ñq3 enī multis p̄missis vltimo euomiꝛ cū syrupo acetoso: q̄ñq3 fit vomitus sumēdo ip̄m syrupum acetosum in die paroxismi: q2 tunc nō implemus stōchum allys vel sicla vel hmōi: ne si aliq̄d remaneat noceat superueniente ꝑoxismo: q̄ñq3 tñ ꝓpter frigus ⁊ rigorē ⁊ acuitatē eius. s. frigoris ⁊ rigoris fit cū allys ⁊c̄. Cōsidera q̄ si tu es securus q̄ que danꝛ ad euomendum euomenꝛ potes dare siclas ⁊ que vis ad ꝓuocandū: sed si tu suspicaris retentionē nō. Et quãdoq3 sumiꝛ cibus aliquis quinque horis ante. Et considerauit Auicē. q̄ si retineꝛ nō ꝓpterea est malū.

¶ Et ingrediatur balneum die secundo: siquidem fuerit digestio ꝭm descriptionem: ⁊ si nō fuerit digestio non fiat in eo nisi effusio aque calide quantitate que declectat corpus ⁊ humectat minus q̄ꝫ vt perueniat ad hoc vt liquefiat ex ea humor.

¶ Ingrediaꝛ balneū die sc̄do. i. sequēti die a die paroxismi: ⁊ fit ad resoluēdū reliquias mãerū ⁊ rectificãdū cōplexionē. Cōsidera distinctionē Aui. q̄ si mã est digesta. s. ⁊ diminuta per euacuationes vt in declinatione īgrediaꝛ balneū ꝭm descriptionē supra ordinatã trãseundo per suas casas vt describiꝛ p̄mo lib. fen. 2. ⁊. 10. tera. ca. 10. ita q̄ iste sudet ⁊ bene rarus fiat in poris. vel ꝭm dispōnē. i. ꝭm q̄ dispositio requirit: sed exquirit dispō digeste mãe q̄ homo sudet. si aūt mã nō sit digesta vt in p̄ncipio vniuersali vel augmento fiat solū q̄dã effusio ⁊ nō morosa balneatio ne liquefiat humor crudus: vnde corrumpet bonos humores ⁊ magis oppilabitur.

¶ Et in die tertio administretur vomitus ꝓpter illud qđ superfluit de cibo ⁊ qđ resoluit balneū q̄ꝫuis oporteat vt administreꝛ vomitus in die paroxismi iterum.

¶ In tertio die qui est dies ante diē paroxismi fiat vomitus: quia suspicãdū est q̄ stomachus aliquas h3 cibi suꝑfluitates quas ꝑꝑ debilitatē nō potuit bene ꝯuertē: ⁊ forte illa lotio siue balneatio aliquas mãs mouit circa stōchū: ⁊ hoc est qđ dicit: ⁊ qđ resoluit

balneū.i.dissoluit:⁊ illud est ꝑceptū Rasis.is.cōtinētis.cap.2.s.de cura quartane.auctoritate Cōstantini.vnde postq̄ die scđa ꝑcepit fieri balneū dicit sic:q2 ꝟo balneum spargit superfluitates ad stōchuz subtiliatq̄ humores:necessarius est vomitus die tertio. nō tñ vult Auicē.ꝙ ꝓpter vomitū factū in die tertio excuseris a vomitu diei quarte que est dies paroxismi:⁊ iō dicit q̄uis ⁊c̄.

¶ Et si melancholia fuerit sanguinea iuuabitur cum flobothomia ex basilica:deinde per euacuationem subtilem cū eo in quo ponuntur de mundificantibus sanguinez sicut virtutes sucaba ⁊ bedoard ⁊ polypodij ⁊ fumiterre ⁊ mirabolanorum chebulorum:⁊ hoc quidem genus velociter recipit curationem.

¶ Hic spālius ponit curā ſm vnāquāq; mām.Scđo ponit curam que fieri dz post eūones factas post digestionē.ibi(Deinde hēas cōsilium.)Tertio describit multas medicinas.ibi(De trociscis.) Prima habet quatuor:⁊ patet.¶ Sanguinea dicit melancholia: q2 sanguini mixta vel ex sanguine facta:illi tamen ꝓpinqua in natura ⁊ mixtione subtili.i.leui.

¶ Et si fuerit melāːcholia cholerica tunc tibi inest vt administres infrigidationē ⁊ humectationē vltimas ex medicinis ⁊ cibis:⁊ administra aquā tēperatā sedēdo in ea ⁊ abluēdo.Et fiat lenificatio māe in principio cū eis que sunt sicut illud qđ fit ex viol.⁊ qđ fit ex aqua casei cuz virtute polypodij aut syrupus acetosus cū epithimo ⁊ syrupus ros.⁊ aqua lubleb ⁊ cassiafi.At ꝟo solutio eius itegra ꝑparat post.20.dies: qm̄ digestio appet in eo.s.qñ mā est melācholia cholerica:deinde fiat gradatio ad illud qđ subtiliat ⁊ incidit.Et si necessaria est rectificatio stōchi tūc fiat cū infictiōib⁹ ex oleis ⁊ epithimatib⁹ q̄ nō ptrāseāt virtutē camomille ⁊ folioꝝ absinthij ⁊ melliloti ⁊ similiuz.

¶ Ultimas.s.respectu aliarū quartanaꝝ:q2 ista melācholia est incensa valde.Solō integra.s.eradicās mām.Digestio apparet ⁊c̄. q2 mā est minus grossa ⁊ minus hz de nā acuti.Deīde.s.factis euacuationibus fiat gradatio ⁊c̄.q2 securius cōcedunt hoc tempore. Materia eniz de se est apta incendio ex cōmixtione:⁊ iō opinor ꝙ sufficeret syrupus acetosus cū aqua endiuie ⁊ feniculi.

¶ Et ieiuniū plurimū vsq; in diē ꝑiodi.Et qñq; iterū est ex eis que nō ꝯueniūt ei.Et si sit vt in die ꝑiodi sufficiat eis de cibo parū modicū.Et de mundificatiuis iuuātib⁹ sunt ea in q̄bus est decoctio mirabo.⁊ epithimi ⁊ scene i syrupo acetoso in q̄ decocte sint viole.

¶ Et ieiunium plurimuz vsq; in diem periodi:q2 in die paroxismi non ꝯuenit:q2 sunt sicci aridi inflāmabiles.(Et si sit ⁊c̄.)i.nō abstineat a cibo sed aliqd sibi detur de eo.

¶ Et fortasse sumitur in potu ente in eo asa in ieiunio proprie in die paroxismi:⁊ euomat ipsuz si nauseat cū anima eius.

¶ Quia si nō times de calefactione ⁊ speras ꝙ iuuamētū subtiliationis māe per asam ⁊ ꝓuocationis per sudorē sit magnū.eūte.i. ꝓcedente febre in eo:quia iam digesta mā perfecte.asa forsan intelligit de dulci que nō est apud nos.anima.i.stomachus.

¶ Et si fuerit melācholia flegmatica redeat ad syrupū acetosuz mellinū cū aq̄ apij ⁊ feniculi ⁊ similiū.Et si necessaria fuerit lenificatio misceat cū eo in ꝑncipio virtus solutiua flegmatis de virtutib⁹ turbith et polypo.Et fiat gradatio parua ad virtutem agarici: fiat vt vomat cū syrupo acetoso mellino de seminib⁹ ⁊ his similib⁹ vsquequo incipiat digeri.Et sit vaporatio stomachi ⁊ eius emplastratio cū eo qđ est fortius:ita vt cū dactylis ⁊ ficub⁹ ⁊ silib⁹:⁊ simil'r inūge ipm̄ cū oleis calidis ꝯueniēdo vsq; ad oleū đ costo. Et fortasse est necessariū in ea ꝓuocare vomitū cum syrupo acetoso:⁊ sit in eo virt⁹ synapis ⁊ ellebori albi:imo fortasse est necessariū vt in potu deť ellebor⁹ alb⁹ in raffano:aut virt⁹ ellebori i raffano:⁊ ellebor⁹ cū dispōne sua cū nō timeť đbilitas dispōnis ꝟtutis.

¶ Et similiū.)q2 petro.⁊ sparagi.(Uirt⁹ solutiua in ꝑn.⁊c̄.)Hic apparet ꝙ in mā flegmatica ⁊ in mā sibi ꝯformi audacius a ꝑn⁰ vtiť solutiuo Aui.itelligať tñ a ꝑncipio cū incepit aliqua māe subtiliatio:vt supra sepe docuim⁹.Gradatio parua q2 paruus gradus est a turbith ad agaricū ⁊ forsan turbith est fortius ⁊ tūc itellige gradū in dosib⁹ vsquequo incipiat digeri:q2 tunc cuz fortiori poterit vomere.(Elleborus cū dispōne sua.)i.in substātia.Alia sunt nota.

¶ Et si fuerit melancholia melancholica pura de genere fecis sanguinis tūc rectificať solutio eius in primis cum aqua lubleb ⁊ penidijs:⁊ est ꝯueniens administratio geleniabin mellini ⁊ zuccharini:⁊ in fine ei⁹ euacueť cū eis que sunt sicut decoctio mirabolanorū citrinoꝝ ⁊ nigroꝝ ⁊ fumiterre ⁊ passularum.　Asr iulep

¶ Quia nō digesta mā si vis lenire ventrem.Lubleb.i.spēs lacticinij:vt sepe exposuim⁹:⁊ nō dať vt euacuet meliam sz vt moueat feces ⁊ grossas materias superfluas stōchi ⁊ intestinoruz ⁊ penitus ad leniēdū ⁊ humectādū.Alia lr̄a hz cū aqua iulep.i.cuz iulep ⁊ penidijs ad leniendum ⁊ humectandū.Et in fine.s.digestis materieb⁹.Mirabolanoꝝ citrinoꝝ melius diceret chebuloꝝ:q2 tñ Auicen.credit ꝙ citrini aliqd flegmatis eūent cuius flegmatis multiplicatio fit in dñio melācholie fecalis:ideo dixit de citrinis.

¶ Cū ergo egritudo digesta est:⁊ tūc bonū est flobothomare ex basilica.Et administreť vomit⁹ sup cibū cū fortitudine aut leuitate ſm horam ⁊ necessitatē:et opz vt assiduet ipm̄:qm̄ est radix ad eūonē cū medicinis ⁊ clysteribus fortibus.Et medicine que administranť in hmōi hora sūt epithimū ⁊ polypodiū ⁊ agaricum ⁊ sticados ⁊ lapis armenus ⁊ lapis lazuli abluti ⁊ non abluti ⁊ succus folioꝝ centauree cum syrupo mellino.Et fortasse necessarius est elleborus niger. Et fortasse infundūtur in cholerica scene ⁊ fumusterre cum epithimo ⁊ in syrupo acetoso.

¶ Cuz ergo digesta ⁊c̄.s.taliter ꝙ est sanguini ꝓpinqua:⁊ apparet vrina rubea grossa ſm horā.multe sunt hore si consideras ⁊ multi gradus necessitatis.est radix.s.cure:q2 ista melancholia habet mineram circa splenē ⁊ circa loca stōcho ꝓpinqua.in huiusmodi hora.s.digestionis.In cholerica.Hic redit:⁊ patet.

¶ Deinde habeas consilium tunc apud euacuationez ⁊ da in potu flegmatice ⁊ melancholice ex ea tyriacā ⁊ metridatum ⁊ medicamen de asa ⁊ sulphur ⁊ piper solū bibať in aqua:⁊ de illis est synapis que administreť non assidue:imo in omnibus tribus diebus ⁊ in primis ⁊ ante illud in spatio longiore:⁊ similiter diapipereon ⁊ similia illi de electuarijs.Et non festines cum aliquo horuz ante digestionē.nam si tu dederis in potu tyriacā ⁊ similia illi in primis:cōpones quartanam cuz quartana:⁊ fortasse attrahes egritudines alias ⁊ proprie in hyeme.Et in fine eius si necessaria fuerit flobothomia aude super eā.

¶ Deinde habeas consiliū.s.a canonib⁹ ꝑdictis qui sunt in aīa tua apud euacuationē.i.post euacuationē.s.factā post digōnē que euacuatio est fortis:⁊ vtplurimū non ꝑcessit vna sed plures eūones. Tyriacā.s.fermētatā ⁊ iudicio meo que sit vltra sex annos.timet aūt Aui.inflāmationē in cholerica ⁊ sanguinea:⁊ sequiť sciaz suā gnti cañ.Synapis in ꝑmis.i.prius:⁊ ante illud q2 ante medicamēti:sicut nos facimus in mustarda q̄s sit vsus medicaminū dictoꝝ: ⁊ iō lōgiori spatio añ ⁊ lōgiori tp̄e vti potes.Et si synapis non dať assidue multo minus illa.Usus aūt oīum istoꝝ est ad ꝯsumptionē per exiccationē ⁊ resolutionē māerū:⁊ ideo ante digōnē māe nocent:vnde eliquādo mām multiplicant ⁊ eā maligniorez faciunt: quare possunt duplicare quartanam ⁊ alias egritudines melicas facere ꝓprie in hyeme:q2 est maior repletio ⁊ māe nō sunt apte resolutioni sed eq̄tioni:vnde in ꝓnostica noua Gal.ad Epigenē.2. cap.als.3.cap.cū queriť a Gal.de cā q̄re tyriaca duplicez oparet

quartanā in pħo Endino. R̄ndit indigestā esse adhuc egritudinē. pharmacū vō h̄ cacochimiā idigestā ⁊ maxie in hyeme.s.in pn° vsq₃ ad ꝯturbādū potēs est oblatū: nō tñ digerere neq₃ diaforeticare. Et in fine accidit in febre quartanoꝝ q̄ñq₃ flōmie necessitas ex multis causis possibilib⁹: ex q̄bus vna est inflāmatio facta in sanguine ex vsu medicinarū calidarū: ⁊ cū hoc copiosioꝛ cibatio.

¶ Inquit Gal'. sanaui gentem plurimam a quartana: ita q̄ dedi eis in potu post digestionē solutiuū: deinde dedi eis in potu succū absinthij: deide dedi eis in potu tyriacā. Et dico q̄ asa ⁊ piper singularia sunt iuuatiua valde quādo apparet digestio ⁊ peruenit status: ⁊ ciba illum sabane ⁊ elbune ⁊ chenicull cappa-ris ⁊ synapis ⁊ almuri ⁊ omnibus in quibus est virtus solutiua cum fortitudine.

al'kemich

¶ Inquit Gal'. in terapentica ad Glauconē. 4. cap. dist in. 4. al's in libro de cōmoditatibus tyriace ad cesarē. cap. 6. (Sabane) est cibus factus ex piscibus salitis ⁊ nucib⁹ ⁊ speciebus ⁊ oleo de quo scribit. z. cañ. ⁊ eius virtus est exiccatiua. (Elbune) aliud genus cibi illi ꝯsimilis, (Et kemich) de capparis cōditi cappari: ⁊ declarata sunt ista in precedenti cura flegmatice. Et ciba euz cum his in quibus est virtus subtiliatiua ⁊ exiccatiua sicut allia.

¶ Et fortasse erit tibi necessariū vt des ei in potu post q̄draginta dies oi mane quātū est nabaca vna de eis que sunt sicut medicamē de asa ⁊ oi sero similiter cuz febris nō fuerit acuta ⁊ mātei radix nō fuerit cholera.

¶ Quia si apparuit digestio. (Nabaca) est nomē pōderis vel mensure. i. q̄tū vna faba vel q̄tū q̄tuoꝛ grana. (Nō fuerit cholerica:) q2 timet iflāmatio. Ubi eni nō timet pōt ꝓcedi: ⁊ iō supra in cura q̄rtane de melācholia cholica dixit. Et fortasse sumit in potu ⁊c. ⁊ isti s̄mones nō ꝯtradicūt: imo vnus reliquū iuuit. Cum eni dico fortasse dat vel sumit. dat intelligi q̄ fortasse nō dat vel sumit.

¶ Et de trociscis iuuatiuis in hac hora ⁊ apō declinationē sunt trocisci s̄m hūc modū. ℞. succi eupatorij ⁊ croci amboꝝ ana pōdus. ʒ. iij. scolopē. aristol. ⁊ lactuce ⁊ reubarbari ⁊ spodij oiuz ana. ʒ. v. ⁊ se. acetose ⁊ se. portulace ⁊ ros. ⁊ spice ⁊ se. cuscute ⁊ anisi ⁊ se. apij ⁊ radicū capparis ⁊ granoꝝ alben ⁊ se. feniculi oium ana ʒ. iiij. ꝯficiant cum aqua apij ⁊ fiant trocisci ⁊ dent in potu cū aqua feniculi ⁊ endiuie ⁊ cuscute: ⁊ hec quidē medicina iuuatiua est modis pluribus. Et si digerit mā: tūc fac istud. ℞. myrre. ʒ. xv. spice. ʒ. xiij. agarici costi floris squināti omniū ana. ʒ. v. petrosillini. ʒ. xv. anisi. ʒ. x. conficiantur cum vino antiquo ⁊ cū melle ⁊ zinzibere. Et sit dosis eius quantum est nux.

¶ Hic p̄mo describit nouē medicamina cōposita. Dicit p̄ q̄ iuuat in hac hora. s. post digōnē ⁊ euōnē: ⁊ q̄ iuuat plurib⁹ modis. s. aperiēdo ⁊ ꝯfortādo epar ⁊ splenē ⁊ oia nutritiua ⁊ ꝓuocādo ⁊ resoluendo de mā. Et ꝯsidera ista ⁊ alia ex virtute simpliciū. ¶ Et si digerit. i. appet digō in mā: q2 h̄ medicamē est exiccās mām ⁊ resoluēs ⁊ ꝓuocās aliqual'r ⁊ euāns ⁊ appropriatur plus flegmatice. Melle ⁊c. apud nos esset decoctio zinziberis inspissata cū melle.

¶ Et quādoq₃ dant in potu in fine ⁊ cōualescentib⁹ ⁊ apud paucitatē nocumēti frigiditatis in ea ⁊ multitudinē caliditatis cū subtiliatione materie medicinā huiusmodi. ℞. seminis iusquiami albi mandragore amboꝝ ana siliquaz. j. ⁊ ase circiter tertiam fabe. j. Et de hoc genere est vt sumant iterum calamenti domestici aur. iiij. ⁊ seminis vrtice aur. xx. ⁊ epithimi aur. j. fiāt trocisci parui valde ⁊ sit dosis. ʒ. j.

¶ Hoc est tertiū medicamē paucitate nocumēti: q2 est in declinatione ⁊ multitudine caliditatis: q2 lз quartana. sit in declinatione remansit multa distēperantia in epate ⁊ nutritiuis cum subtiliatione materie. i. ⁊ materia est subtilis vel subtiliata. i. nō multum grossa. Siliqua. i. quatuoꝛ grana: alij dicunt. 8. grana. Et hoc medicamen temperat calorē ꝓpter iusquiamū ⁊ mandragorā ⁊ consumit per asam que etiam rectificat malitiā illoꝝ. Et de hoc genere. s. illorum que conueniunt in declinatione ⁊ materia digesta.

¶ Et ex eis que bona sunt eis est vt administret post apertionē digestionis vsq₃ ad finē ei⁹ istud. Sumuntur passularum de scemi aut de alacoen ⁊ allij syluestris ⁊ myrti recentis omnium ana pars. j. ⁊ decoquātur in aqua dulci postq₃ infusa sunt in ea deinde bulliant exquisite ⁊ coletur ⁊ detur de ea. vnc. j.

¶ Istud est vnū medicamē de scemi aut alten. sunt noia locoꝝ: vel alacoen. i. matricaria: ⁊ hoc est medicamen resoluens mām. mirabolani ponunt ad aliquā confortationē membroꝝ.

¶ Et iterum seminis apij ⁊ anisi ⁊ cordumeni omniuz ana. ʒ. v. origani syluestris eupatorij oium ana. ʒ. viij. ameos. ʒ. iiij. suchaba. ʒ. iij. passularum. ʒ. x. decoquantur in tribus libris aque vsquequo redeat ad lib. j.

¶ Hoc est sextum medicamen: ⁊ patet.

¶ Et de illis que bona sunt eis est vt sumant ameos ⁊ spice ⁊ calamēti oium ana. ʒ. x. ⁊ carui ⁊ anisi amborū ana. ʒ. vij. ⁊ ase pōdus. ʒ. v. ⁊ zinziberis pōdus. ʒ. iiij. ⁊ cassie pondus. ʒ. iij. ꝯficiant cum sufficientia mellis. Et sit dosis eius pondus. ʒ. j. cuz aqua apij ⁊ feniculi.

¶ Hoc est medicamen septimū. ⁊ etiā requirit digestionē materiei ⁊ minorationem: ⁊ est vnū medicamen de asa sicut quoddam precedens potuit dici medicina de allijs. cassie. s. lignee.

¶ Trocisci huiusmodi. ℞. succi eupatorij. ʒ. x. scolopēdrie spodij feniculi spice croci oium ana. ʒ. v. lactuce ⁊ reubarbari omnium ana. ʒ. iiij. seminis cucumeris ⁊ seminis portulace omnium ana. ʒ. vj. fiant trocisci cuz aqua apij ⁊ sumant in potu cū syrupo acetoso.

¶ Istō ē octauū medicamē ⁊ ē vnū medicamē satꝫ digestiuū māe.

¶ Et iterū ad flegmaticaz. ℞. myrre. ʒ. xxxv. croci petrosillini amborum ana. ʒ. v. spice. ʒ. iiij. ß. castorei. ʒ. iij. anisi. ʒ. iij. ß. semis apij ⁊ charui amboꝝ ana. ʒ. iiij. amomi corticū cassie storacis oium ana. ʒ. ij. ⁊ tertiam siseleos adriani ꝯfectionis oium ana. ʒ. j. ⁊ tertias duas.

¶ Istud est nonū medicamē ⁊ pōt fieri in forma trociscoꝝ ⁊ reqrit etiam aliquā materie digestionē ⁊ minorationem.

¶ Et qñ vehemēs fit rigoꝛ est vomitus cū aq̄ tepida ⁊ syrupo acetoso ad illud iuuatiuum. Qō si virtutes eius nō obediūt tunc cū eis quoꝝ rememoratio p̄cessit s̄m horā. Et fiat vaporatio cuz embroca in qua decocta sunt sceba ⁊ camomilla ⁊ similia homine cooperto cū pānis laneis aggregātibus calefactionez.

a. l. alte... si

¶ Placuit. A. ponē regimē rigoris in q̄rtana. p̄ p vomitū. q̄ si virtutes ei⁹. s. rigoris nō obediūt. s. cure p vomitū q2 vomit⁹ nō sedat illū rigorē tūc cū eis ⁊c. i. tūc cura rigorē cū eis que dicta sūt supra ca. de regimine rigoris. vel sic. si ꝟtutes ei⁹. s. febriētis nō obediūt scз vomitui cū aqua tepida tunc ꝓuoca vomitū cū eis ⁊c. vt cum raffano: ⁊ ꝓprie semine raffani s̄m horā rigoris. ⁊ euaporatio scз conferens cum embroca cum aqua que etiaz posset embrocare. Sceba est species absinthij vel abrotani vel thimi: ⁊ patet.

¶ Rememoratio solutiuorum quibus indigent post digestionem. Cap. 66^m.

Chebuloꝝ. ʒ. vj. epithimi absinthij amborū ana. ʒ. v. mirabolanoꝝ citrinoꝝ succi eupatorij emblici oium ana. ʒ. iiij. seminis apij ⁊ anisi ⁊ seminis feniculi oium ana. ʒ. ij. fiat ex eis decoctio ⁊ soluatur cum eo cum facilitate.

¶ Rememoratio.) Hic Aui. describit q̄nq₃ medicinas solutiuas q̄bus indigemus post digōnē. Soluat cū facilitate: q2 p̄mo dat parua dosis vt vncie q̄tuoꝛ postea pōt dari plus: vel cuz facilitate: q2 frequēter pōt de ea sumere ⁊ est bonū solutiuū in cholerica.

¶ Aut sumant absinthij pondus. ʒ. x. mirabolanorum chebulorum ⁊ epithimi omniuz ana. ʒ. viij. ⁊ fumi terre pondus. ʒ. vij. ⁊ sucaba ⁊ centauree maioris amborum ana pondus. ʒ. vj. eupatorij ⁊ radicis squinānti amboꝝ

℄ Dubitať in p̄ma particula q̄d lac sit melius ethico an asininum an humanū. Videť ꝙ humanū per Gal. 7. terapē. cap̄. 6. ⁊ Auicē. hic. In ꝯtrariū est Aui. hic. nō est electio super ipsum. i. nō eligiť aliquid quod sit melius eo: sed dixerat pꝛius ⁊ ꝓpꝛie lac asine. Modus aūt Auicē. quādo vult aliquid valde laudare est modus p̄dictus: sicut statim infra hoc modo loquendi vtiť: ⁊ tertio libro fen p̄ma cap̄. de cañ. cōmunibus egritudinū capitis. Amplius videť lac capꝛinū melius: q₂ Gal. ponit ꝙ est mediū lac siue equale in libꝛo de euchimia ⁊ cacochimia tertio cap̄. Dicamus p̄mo ꝙ sermones Aui. iterati nō sunt vniformes in libꝛis suis: sicut aliquid de hoc ostendimus secūdo cañ. cap̄. de lacte. ⁊ perpēdit de h̄ aliq̄d Rabi moyses: sed nō habem⁹ h̄ hic discutere. Scd̄o dicemus ꝙ lac humanū est melius ethico: q₂ cōfoꝛmius ⁊ n̄ae humane ꝓpinquius: sed lac asininū est melius: q₂ subtilius ⁊ frigidius ⁊ humidius. Lac aūt capꝛe est mediū siue equale.s. in substātia cōparatū ad lac asininū. Videtur enim asini cōplexio ad frigiditatē ⁊ humiditatē declinare q̄d multū ostendit carnū eius mollities: ⁊ quasi albedo: alij tamen volunt ꝙ sit animal frigidum ⁊ siccum.

℄ Considerandum autem ꝙ Auicen. non solum pꝛohibet lac ex actuali putredine materie: sed etiam ex putredine expectata materiei compꝛesse que est in foꝛma cause antecedentis.

℄ Tina autem melioꝛ est illa que est tepida.s. in qua nō est caliditas multa: ⁊ est cū hoc cū virtutib⁹ olerū ⁊ herbarū infrigidātiū ⁊ humectātium: ⁊ nō sit ita vt roꝛificet nedū ꝙ sudare faciat. ⁊ nō licet vt vapoꝛ tine sit calidus: ⁊ si nō esset q̄d ꝓhiberet administrationem tine frigide nō eligereť super eam: verum quod pꝛohibet ab hoc est debilitas coꝛpoꝝ eoꝝ: ⁊ eoꝝ extenuatio. In pꝛimis v̄o rebus ipsoꝛum foꝛtasse sanat eos illud. verum debilitatem coꝛpoꝛis sanat iaꝫ illud cum infrigidatione pauca quā facit in complexione eius que possibile est vt curetur.

℄ Pꝛimo ponit regimen per tinā tepidā loquēs de frigida. Secundo reuertitur ad vsum tine tepide ⁊ temperati caloꝛis. ibi (Illud aūt.) Tertio ponit oꝛdinē tine ad vsum aq̄ oꝛdei. ibi (Et si sumpserit.) Quarto ponit oꝛdinem vsus tine ⁊ etiaꝫ balnei ad vnctiones ⁊ ad tinam frigidam ⁊ ad lactis emulsioneꝫ. ibi (Et administreť.)

℄ In pꝛima vult dicere ꝙ in pꝛicipio ethice anteq̄ macer factus sit vel multū exiccatus vel debilitat⁹ infusio in aqua frīda sanat. Et q₂ aliq̄s diceret cōtra: q₂ ista infrigidatio debilitat ⁊ dimittit malā cōplexionē frigidā. Respondet ꝙ illa ifrigidatio ⁊ debilitas est pauca ⁊ pōt remoueri in tempoꝛe sequenti: ⁊ hoc est q̄d dicit. Verum debilitas coꝛpoꝛis.s. inducta ab infrigidatione sanat illud cum infrigidatione pauca. i. q₂ infrigidatio est pauca: ad quā seq̄tur ista debilitas: ⁊ q₂ coꝛpus hoc nondum erat consumptuꝫ neq₃ erat multum percussibile ab aqua frigida.

℄ Qꝛ si fuerit debilius illo timetur ꝙ cadant in ethicam senilem ⁊ illud s̄m minus: verūtamē cum illo tardatur magis tempus moꝛtis ⁊ foꝛtasse viuit cuꝫ ea tēpoꝛe cui est quantitas. Et multotiens quidem est rectioꝛ permutatio eius ad illam ethicam.

℄ Qꝛ si fuerit ⁊c.) i. si ethicus iam sit debilitat⁹ ⁊ extenuatus multum timetur si ponatur in tina frigida aque ꝙ cadat in ethicā senectutis. Et illud s̄m minus. i. ad minus hoc timetur. Verūtamen quasi dicat melius est ꝙ cadat in ethicaꝫ senectutis: q₂ plus pōt cum ea viuere q̄ cū ethica febꝛili. Et hec omnia sunt dicta a Gal. 10. terapentice. cap̄. 10.

℄ Illud aūt in quo fuim⁹ de relatione tine rectius est vt fiat inceptio in ea cū aqua que est calida ad terminū: ⁊ fiat gradatio ad frigidā: ⁊ ad tēperatā frīdā tolerabilē: hec. n. gradatio facit coꝛpus susceptibile aque frigide: cū lesio nō fiat nisi per aduētū ꝯtrarij diuersificantis in cōplexione subito. Et iteruꝫ coꝛpus acq̄rit ex aqua calida similitudinem teneritatis ⁊ tolerat cū ea aquam frigidam. Et si iteretur tina in die trib⁹ vicibus erit rectum. Et opoꝛtet vt administrentur cum facilitate vt nō cadat virtus.

℄ Et tolerat cū ea.s. teneritate frīdā aq̄. q. d. lꝫ coꝛp⁹ rarefiat ⁊ fiat tenerū per aquā calidā nihilominus tolerat aquā frigidā melius.

℄ Et si sumpserit aquā oꝛdei ante tinam duab⁹ hoꝛis erit cōueniens: ⁊ si pꝛemittat tinam post emulsionem lactis super coꝛpus eius s̄m ꝙ dicemus vt dilatet tina meatus cibi: deinde suscipiat aquā oꝛdei ⁊ que sūt ei similia: postea expectet deinde administretur aqua tine vt dilatetur cibus: erit bonum.

℄ Post. i. post tinā mulgeat lac super coꝛpus. Cōsidera ergo ꝙ hic trib⁹ vicibus administrat tinam. Et pꝛimo dat aquā oꝛdei postea tinā administrat. Scd̄o iterū dat aquā oꝛdei: ⁊ post tinā vt dilatetur cibus ⁊ est bonū. Et intellige ꝙ si vis tertio potes euꝫ ponere in tinā: ⁊ in hoc verificať q̄d dixit. si itereť tina in die tribus vicibus. Aliter aūt potes intelligere ꝙ siue ante tinā des aquā oꝛdei siue p̄mittas tinā ⁊ post des aquā oꝛdei: ⁊ vtrūq₃ est bonum.

℄ Et administretur post tinam ⁊ balneum inunctio cum oleis infrigidantibus ⁊ humectātibus sicut oleo vio. pꝛope quādo factum est ex oleo de cucurbita similiter oleo nenufarino ⁊ oleo de cucurbita. Et si p̄mutetur post tinaꝫ ad illud quod est declinius ad frigus parum tolerabile deinde inungatur erit rectum. Et si pꝛemittatur inunctio ⁊ festinetur deinde ingrediatur aquam frigidam parum: erit rectum: ⁊ illud s̄m tolerantiam: ⁊ non est malum gradari in eo. Et melioꝛ quidem hoꝛaruꝫ huius actionis est post digestionem cibi: ⁊ si possibile est vt summergatur post tinaꝫ calidā in aqua frigida subito absq₃ gradatiōe est

magis vltimũ ex parte cure 7 magis forte ex parte timoris. Et effusio ei⁹ cũ facilitate est minoris timoris ꝙ̃ submersio infirmi in ea subito 7 minoris iuuamenti. Et sit frigus ſm quantitatez frigoris aque estatis que est inter tepidã 7 inter illã que est vehemẽtis frigoris. Et si premittaẽ emulsio lactis sup mẽbra sua si nõ fuerit debilis aut eius qđ mixtuz est aqua si fuerit debilis: deide si administreẽ tina erit rectũ. Nã emulsio lactis super corp⁹ est vehementis humectationis. Et genera quidem lactis bona ad emulgendum sunt predicta. Et opz vt emulgeanẽ ex vbere. Et dignius est vt fiat fixio super inunctionem fricando ex medicinis predictis corpori toti 7 iuncturis.

Inunctio post tinã 7 balneũ tenet aquã in poris que infrigidat post reuersionem ad suam frigiditatem vt scituz est lib.1.tracta.2. Et illud ſm tolerantiam.i.si tolerat. Emulsio lactis si non fuerit debilis: qꝛ debilis non tolerat tot fieri.

Ingressio autez balnei non conceditur ei nisi fuerit ita ne sudare faciat: neqꝫ igniat neqꝫ alteret anhelitũ 7 sit calidũ aque eius minus calido sui aeris: 7 sit caliditas aque eius ita vt delectet 7 nõ ledat 7 nõ faciat sudare: 7 quãdo nõ est in corpore eius materia preparata putredini: 7 proprie cũ illud est 7 nõ digestus est cibus: imo oportet vt sit illud cũ volũtas est vt expãdaẽ digestum eius in corpore 7 non prolonget morã eius in eo: imo separeẽ ab eo velociter. Et qñ separatur ab eo sumat aliqd de humiditatibus humectantibus 7 de sorbitionibus que nõ nocẽt ei factis ex ordeo 7 lacte. Et quando accidit ei in balneo sitis sedet eã cũ aqua ordei 7 aqua alraib: 7 lac sit lac asine.

Hec diciẽ stuffa apud nos 7 hꝫ tres casas vt supra lib.1.fen.2.7 Gal.10.terapentice cap.10.7 nos in patria nostra nõ poneremus ethicũ in illa sed vtimur tina loco illius: qꝛ facilius possumus illã moderare. Postea dicit sit calidũ aque minus calido sui aeris. Cã est qꝛ idẽ gradus caloris posit⁹ in aqua 7 in aere plus calefacit in aq̃ positus ꝙ̃ in aere pp aeris raritatẽ. Vel aliter vt dicam⁹ ꝙ A. dixit hoc ad ostendendũ ꝙ ethicus indiget aqua 7 poni in ea 7 nõ indiget aere: 7 ideo dicit. Sit calidũ 7c̃.i. pone eũ in aqua 7 cura de q̃litate eius: 7 nõ teneas eũ in aere ꝓprie cũ est illud.s. mã parata putredini 7 nõ digestus est cib⁹ su. nõ debet ingredi balneũ. Araib.i. lac acetosum de quo extractum est butyrum.

Et oportet vt sit introitus in balneuz deinde exitus eius ab eo ſm modũ vt non sit labor in eo omnino: 7 iã enũtiauimus illud in locis aliȷ̃s 7 iterabimus de illo ꝯditionẽ. Opz vt permuteẽ ad balneũ in lecto portato in quo sunt strati stratus ingeniose ita vt perueniat cum eo ad primam domum: 7 permuteẽ ad illud quod ex duobus pãnis factũ est plenũ lana vel coto 7 diciẽ grece pedetolene qđ conueniens est balneo 7 exuaẽ vestimentis suis in ea: aut in media si nõ fuerit calida: 7 nõ moretur in aliqua carũ nisi q̃ntitatiue ꝑmutationis 7 anhelitibus paucis 7 iam exutus vestimentis. Deinde igrediaẽ ad domũ scđam 7 tertiã: verũtamẽ nõ sit vehemẽtis caliditatis: 7 stet i ea q̃ntitate qua tolerat tinã. Hoc est illud qđ dictuz est. Et qđ magis est dilectũ mihi est vt sit tina eius in domo media tẽperata. Cum ergo separaẽ a tina frigida cooperiaẽ mantili aut pharcha habente duas tunicas 7 ꝑmuteẽ ad stratũ suũ 7 lectũ suũ cum sua sabana: 7 exicceẽ sudor eius cũ mantili 7 inungaẽ 7 cibeẽ.

Hoc est ꝓceptũ a Gal.10.tera.cap.10.7 iam annũtiauimus lib.1.fen.2.7.3.lib.fen.13. Dicit infra in littera sabana 7 est modus lecti de quo dixit ꝙ grece diciẽ pedetolene: 7 ponebaẽ in prima domo vt in eo stans expoliareẽ suis pannis. Exicceẽ sudor. qꝛ si accidat ꝙ sudat: nõ tñ ꝙ studeas eũ facere sudare. Vel sudor.i. humiditas aquea qꝛ aliter oleũ nõ applicareẽ sibi. Reliqua sunt nota.

De cibatione habẽtiũ ethicam. Cap.7m.



Oportet vt separetur in eis cibus 7 nõ cibenẽ in saturitate eoꝝ vice vna. Amplius melius quo cibanẽ est aqua ordei 7 ordeuz 7 panis tritici abluti infusus in aqua frigida: 7 genera lactis cũ ab eis nõ prohibet aliquid eoꝝ que diximus 7 lac vaccinũ de quo extractũ est butyrũ qm̃ est plurimi nutrimẽti: 7 almes 7 cucurbita: 7 de fructib⁹ melones palestini 7 sunt alrachi cognominati apud nos indi. Et qñ sentit rectificationẽ tunc nõ est malũ cibare ipm̃ caseo humido nõ salito. Et si virtus debilitaẽ nõ est malũ vt cibeẽ iure issidabegi cũ coriãdro humido decocto cum eis que sunt sicut alduragi 7 altaciugi. Et fortasse opz vt deẽ eis in potu aliqd vini subtilis permixti cũ aqua multa. Et fortasse est necessariũ vt cibes eũ mosos ex carne alduragi 7 altaeiugi 7 alcubugi 7 pullus 7 hosule acetoso aut ꝯgelato acetoso ex carne hedi aut carne vaccina qñ est illic fortitudo digõnis 7 acetũ almosos 7 cõgelati est iuuatiuũ eis 7 ꝯfortatiuũ in hac dispõne. Et fortasse nõ est excusatio ab aqua carnis ꝑmixta cũ syrupo de fructib⁹ frigidis acetosis aut vitello oui sorbilis. Et qñ ꝓlongaẽ cũ ea debilitas ad syncopim est necesse vt cibenẽ aqua carnis accepta ex lateribus hedi cũ sale pauco que coleẽ 7 fundaẽ sup eã quãtum totum eius est de aqua maloꝝ 7 quãtũ est decima eius de vino odorifero 7 poteẽ tepida. Aqua võ frigida que nõ est valde vehemẽtis frigoris nõ est maluz si in potu deẽ eis si nõ fuerit debilis: aut aliqd ꝓhibẽs: 7 illđ ꝓhibẽs: aut erit apostema sub hypocũdriȷ̃s aut erũt in corpore toto chimi putridi 7 chimi crudi qui oẽs digõne indigẽt: 7 nõ apparet signũ digestionis: ꝙ si appareat timor erit minor. Et similiter si fuerit ethica permutata ex sirsen aut hirsen: nam cum hac melius est vt interdicaẽ potus aque frigide ꝙ̃ cum aliȷ̃s. Ethica enĩ cũ superuenit egritudinib⁹ destruẽtibus virtutẽ mollificãtibus eam arefaciẽtibus ossa 7 carnẽ superuenit debilitati. Cuz ergo ꝯiũgitur ei super debilitatẽ post sumptionẽ aque frigide nõ moraẽ qn cadat in genus alterius ethice que cõmunicat huic generi in siccitate 7 diuersificaẽ ei in calore 7 frigore 7 nominaẽ ethica senectutis 7 ethica seniȷ̃. Et illa quidem est egritudo sceua in qua inatus calor iam destructus est. Et similiter aqua vltimi frigoris 7 plurimi nocet eis in omni dispositione: 7 corrumpit inatum calorẽ membroruz eoꝝ radicaliũ. Et fortasse festinat cũ eis.s. ad mortẽ: aut ꝑmutat eos ad modũ aliũ ethice.

Almes.i. pise: apud alios sunt robilie. Issidabegi est modus preparatiõis cibi. Alduragi.i. pisces petrini vel turtur. Adugi.i. aues parue. Aliqd vini ad ꝯfortãdũ. Mosos.i. galatina dicta apud nos. Alduragi.i. turtur. Aliȷ̃ dicũt ꝙ est spẽs perdicũ. Altaeiugi 7 alcubugi sunt modi perdicũ. Pullis.s. paruis. Sulmen est modus cibi acetosi. Generalr̃ scias apud sarracenos esse multos modos ꝓparationis ciboꝝ quos diuersificãt saporib⁹ 7 i colorib⁹: vt appꝫ in libris eorũdẽ dicꝫ supra ca. d q̃rtana. Aqua carnis.i. succo carnis differt a brodio: vt Aui. in libro de viribus cordis cap. de carnib⁹. Et nõ apparet signũ digõnis.i. lꝫ in ethica nõ appareat signũ digestionis: tñ põt dari aqua frigida: qꝛ non est febris mãlis: 7 iõ Gal. voluit.3.regi.acuto.cõmen.15. in fine. ꝙ signũ digõnis est quid vile

in febribus colliquationis ad dandũ in potu aquã frigidã: tamẽ ſi appet digeſtio qꝛ ſuſpicandũ eſt ꝙ alique ſint mãe in ethico que rectificatione egẽt: eſt melius in dando in potu aquã frigidã etiã ſi vigoreť nãlis calor fortior. Sirſen. i. apoſtema cerebri. Birſen. i. apoſtema pectoris. Cãm aũt ſui dicti Aui. perfecte aſſignat.

¶ De ſuccurrendo diſpoſitionibus ſequentibus ethicam. Cap. 8^m.

De illis eſt ſyncopis: ⁊ iam diximus regimen in hoc multotiens. Et de illis eſt fluxus ventris. Et oportet vt curetur ⁊ ſuccurratur ei. Nam in hoc eſt timor magnus. Et de curis eius in primis eſt vt ſit aqua ordei eorũ aqua ſauich. Et ponantur in aqua ordei eorum milium torrefactum ⁊ gummi aut lentes elixate iterate aut lac decoctum cum lapidibus aut cum igne ſolo donec conſumatur eius aquoſitas ⁊ proprie cum milio ⁊ potent hos trociſcos. ℞. boli armeni. ʒ. v. caſtanee torrefacte roſ. omnium ana. ʒ. iiij. ſpodij charabe amborum omnium ana. ʒ. iij. ſeminis acetoſe excorticati granorum berberorum omnium ana. ʒ. vj. fiant trociſci cuʒ ſucco cydoniorum. Et detur in potu aqua piroruʒ in mane ⁊ apud ſomnum. Et detur in potu pſilium torrefactũ ⁊ ſimiliter ſuffuf de ſpodio in quo eſt bdelliũ de mecha eſt iuuatiuum valde. Et ſi peruenit ad excoriationem curetur excoriatio cum clyſteribus que ſcis quoniam illud eſt conuenientius.

¶ Aqua ſauich. i. ordei torrefacti qḋ hʒ ex torrefactiõe ſtipticitatẽ. gũmi. ſ. arabici. lẽtes elixate. ſ. aq̃ proiecta pluries ⁊ iterata. ſ. in decoctione: qꝛ pluries ⁊ pluries ſit proiecta aqua. reliq̃ ſunt nota

¶ De ethica ſenectutis. Cap. 9^m.

Currit conſuetudo vt dicant ethicã ſenectutis poſt febrem ethicaʒ: ⁊ nos etiam incedamus via conſueta.

¶ In hoc cap̃. determinat de ethica ſenectutis que dr̃ ſic: qꝛ talis eſt diſpoſitio ſenũ: vt Halya. s. theo. cap̃. 7. ⁊ Aui. in hoc cap̃. Et p̊ dat cãm: q̃re hic determinat de ea: qꝛ cõſuetudo eſt antiquoꝝ loq de ea poſt ethicã: ⁊ fecit hoc Serap. 6. breuiarij ſui cap̃. 11. ⁊ Raſ. 16. ɔtinẽ. cap̃. 2. Hec aũt antiquoꝝ ɔſuetudo hʒ tres cãs. Pria eſt qꝛ ethica ſenectutꝭ ɔ̃riať ethice febri: cũ febris ethica ſit morbꝰ calidus in corde ⁊ toto corpe. ethica aũt ſenectutꝭ ꝓpe dcã ſit qdã friditas ſiue morbꝰ fridus ĩ corde ⁊ toto corpe. ſcia aũt ɔ̃trioꝝ põt cadẽ in eodẽ ⁊ cõicať. Scḋa cã fuit ꝙ ethica ſenectutꝭ in oĩ ſua ſpecie eſt ſiccitas cordis ⁊ totiꝰ corporis: ⁊ in hoc cõmunicat cuʒ ethica febrili: que lʒ principaliter ſit caliditas: eſt tamẽ ſibi aſſociata ſiccitas cordis ⁊ totius in q̃libet ſua ſpecie: ⁊ iḋ dixit ſupra ꝙ ethica ſenectutis cõicat febri ethice in ſiccitate: ⁊ diuerſificať ab ea in calore ⁊ frigore: qꝛ. ſ. febri ethice cõicat calor: ſʒ ethice ſenectutis cõicat frigus. Tertia cã eſt: qꝛ qdã antiquoꝝ nominauerũt ethicã ſenectutis febrẽ de quibus fuit Halya. s. theo. ca. 7. ⁊ Serap. tracta. 6. cap̃. 11. qui febrẽ ethicã diuiſit in calidã ⁊ frigidaʒ vel ethicã ſenectutis: ⁊ ideo ſcia eius cadebat in cap̃. febriũ. Iſta tamẽ nomĩatio ĩpropria eſt cũ febris a feruore dicať ſiue ab igne ⁊ calore: vnde p̃mo regi. acu. cõmen. 42. dicit Gal. ꝙ febris eſt qñ caliditas nãlis mutať ad caliditatẽ igneã: vnde Raſ. 16. ɔtinẽ. vltimo cap̃. dicit. Quotiẽſcũq; dominať caliditas nociua toti corpori illa erit febris ⁊ appellať febris ſi frigiditas fuerit in toto corpore lʒ nõ debeat de iure dici febris: per moduʒ tñ ſimilitudinis appellať febris: qꝛ ſicut febris eſt totius paſſio ⁊ primo cordis: ita ethica ſenectutis eſt totius frigiditas ⁊ ſiccitas ⁊ primo cordis.

¶ Intentio itaq; ethice ſenectutis eſt dominium ſiccitatis ſuper complexionem abſq; febre. Et quãdoq; fit cum equalitate in calore ⁊ frigore ⁊ illud eſt ſm minus. Et quandoq; fit cum frigore ⁊ nominatur hec diſpoſitio ſenectus ⁊ ethica ſenij: quoniaʒ corpori accidit in hora ſenij illud quod accidit in illa hora de aldubul ⁊ ſiccitate.

¶ Hic ꝓſequitur. Et p̃mo dat modos huius ethice. Scḋo corpora apta. ibi (Et ſenes.) Tertio cãs. ibi (Et cauſa.) ¶ Conſiderandũ ꝙ qꝛ omnis ethica ſenectutis eſt ſicca: nõ tamẽ omnis eſt paſſio frigida vt ſtatiʒ apparebit: iḋ notificauit eã per dominiũ ſiccitatis. Et ſi ɔſideres ꝙ omnis ethica ſenectutis eſt paſſio frigida: tñ qꝛ frigiditas in ea eſt a ſiccitate. ſ. ɔſumptione humidi: ⁊ h̃ in ea que vere eſt ethica ſenectutis vel in pluribꝰ: iḋ diffiniť per ſiccitateʒ. dico aũt in pluribus qꝛ ethica quedã ſenectutis eſt in qua frigiditas non pendet omnino a ſiccitate ſicut illa que fit a potu aque frigide vel balneo in ea. ¶ Conſiderandũ ſcḋo ꝙ duas videť ponere ſpecies ethice: vnam in qua eſt tẽperantia in calido ⁊ frigido: aliam in qua eſt frigiditas ⁊ vtriq; cõicat eſſe abſq; febre.

¶ Dubitatur primo an cum hac ſiccitate poſſit cõiungi caliditas. Dubiũ p^m

¶ Secundo an ſiccitas cum caliditate ſit idem quod ethica. Dubiũ 2^m

¶ Dubitať tertio an ſit poſſe ethicã ſenectutis eẽ cũ calido ⁊ frido. Dubiũ 3^m

¶ Ad primũ videť ꝙ cũ ethica ſenectutis que eſt ſiccitas nõ poſſit ɔiungi caliditas totius: qꝛ tũc eſſet febris cuius ɔ̃riũ dicit Aui. abſq; febre. In ɔ̃riũ eſt Gal. in libro de tabe primo ca. Dõm ꝙ cũ ɔſiderabiť bene hec qḋ eſt de noĩe. nã in ſe nõ eſt dubiuʒ ꝙ ſiccitati tante quãta eſt in quacũq; ſenectute põt ɔiũgi febris. ſ. mala complexio calida in corde ⁊ in toto corpore: ſed an illa ſiccitas cũ febre poſſit dici ethica ſenectutis an dicať ethica febrilis eſt qḋ in voce: ⁊ nõ eſt aliqd in re. ¶ Cõſiderãdũ eſt hic: ꝙ ſiccitas in tanto gradu in quãto reperiť in quacũq; ſenectute vel in quacũq; ethica ſenectutis. v̊. g. ſiccitas que eſt ɔſumptio ⁊ õfectꝰ humiditatis glutinoſe mẽbralis põt ɔiũgi calitati dupl͛. vl͛ caliditati que ſit ſua cã vel caliditati accidẽtaliter illi ſiccitati ɔiuncte ⁊ nõ vt cã. Siquidẽ talis ſiccitas ſolidoꝝ membroꝝ coniungeť caliditati que ſit ſua cã: tunc vel iſta caliditas eſt fiens vel eſt facta. Siqdeʒ eſt fiens: tũc talis ſiccitas diciť tabes vel maraſmus ɔiunctus febribꝰ colliquatiuis: ⁊ illa caliditas diciť febris colliquatiua ɔiuncta maraſmo ſiue tabi. vnde Gal. p̃mo de differẽtijs febriũ cap̃. 8. dicit illi cauſones qui oẽm ɔſumpſerunt cordis liquorẽ nõ ethice ſunt ſolũ ſed maraſmodes ⁊ tabefactiue. Si auteʒ talis caliditas ſit facta tũc hoc aggregatũ. ſ. talis ſiccitas ⁊ talis caliditas ẽ ethica tertie ſpẽi: qꝛ eoꝝ eſt eadẽ diffinitio. Ethica. n. tertie ſpẽi eſt calor p̃ter nãm factus in corde mẽbris ⁊ cũ ɔſumptione manifeſta vltime hũiditatis. Iſta diffõ eſt diffinitio et p̃ſuppoſite ſiccitatꝭ.

¶ Ex hoc ſoluiť ſcḋa qḋ an ſiccitas humiditatũ membraliũ ɔiuncta calori febrili: ſit idẽ qḋ ethica. Dõm ꝙ ſi illa ſiccitas eſt coniũcta caliditati facte eſt ethica tertie ſpeciei. nã ſi ratio maraſmi ſumiť ab hoc qḋ eſt eẽ ſiccitatẽ vltime humiditatis ſolius abſq; alia humiditate ſecũ exiſtẽte: tunc maraſmus nõ eſt ethica. ſed ſi maraſmus ſit ſiccitas vltimata ſiue ſit cũ calido ſiue ſit cũ frido: tunc q̃libet maraſmus eſt ethica tertie ſpeciei vt declaratuʒ eſt: ⁊ ſicut cõparamus ethicã ſenectutis in qua eſt cõſumpta quarta humiditas. ſ. membralis ad tertiam ſpeciẽ ethice: ita põt cõparari ethica ſenectutis in qua eſt deperdita tertia humiditas ad ſecundam ſpẽm ethice. Si aũt talis ſiccitas dicta ethica ſenectutis ɔiungať caliditati que accidẽtaliter ſibi ɔiungiť. ꝟ. g. ire aut ſolis aut alteri caliditati tunc eſt duplex egritudo: ⁊ quelibet hʒ ſuum nomẽ ⁊ vna ab alia nõ dependet. Ad ɔtraria dõm ꝙ qñ Aui. dicit abſq; febre nõ intelligit ꝙ nõ poſſit ſibi ɔiungi febris ſʒ voluit ꝙ illa ethica ꝓprie eſt ethica ſenectutis diſtincta ab ethica febrili que in principio ſenectutis eſt abſq; febre que ſit ſua cauſa.

¶ Ad tertiã q̃õneʒ arguiť ꝙ ĩpoſſibile ſit eſſe ethicã ſenectutis cũ tẽperamento in calido ⁊ frigido: qꝛ talis eſt diſpõ ethice ſenectutis qualis eſt diſpõ ſenis: ſed ſenes ſunt frigidi ⁊ ſicci. In ɔ̃rium eſt Aui. cũ dicit. ꝙ qñq; fit cuʒ eq̃litate in calore aut frigore. In ɔ̃rium eſt Gal. 7. terapẽ. cap̃. 7. ⁊ in libro de tabe primo cap̃. Ad intellectũ huius primo eſt ſciendũ ꝙ hec ethica ſenectutis habet multa noĩa. diciť enĩ ethica ſenectutis. diciť etiã tabes. diciť etiã maraſmus. diciť marcor ab Halya. s. theorice cap̃. 7. diciť ptiſis a Raby moyſe. 25. particula afoř. afoř. 39. Scḋo eſt ſciendum ꝙ quicquid ſit de noĩe: rõ huius paſſionis eſt cõſumptio a ſiccitate ꝓueniens: ĩmo exiſtens in corde deinde in alijs mẽbris. Si auteʒ iſta ſit primo alterius mẽbri q̃ȝ cordis vt ſiccitas totius a ſtõcho pẽdẽs: nõ ſic vere vocať maraſmꝰ ſiue tabes. Tertio dõm ad q̃ſituʒ ꝙ nõ eſt bene cõprehẽſibile fieri ethicã ſenectutis abſq; diſtẽperamẽto in actiuis q̃litatibꝰ. ſ. in friditate. Ratio eſt que ſumiť a Gal. 7. terap. cap̃. 7. nã in hac diſpõne nõ nutriunť vt pticule: ſed qñ particule nõ nutriunť infrigidanť. vnde dixit ibidẽ Gal. citiſſime enĩ in nutricationibꝰ infrigidanť pticule. Amplius infrigidatio fit in nobis defectu humidi qḋ eſt calidi nãlis pabulũ: ſed hoc fit in ethica ſenectutꝭ. Et has rões ĩtellexit Rabimoyſes. 25. pti. afoř. afoř. 39. vbi mirať de dicto Gal. dicẽtis poſſe eẽ talẽ cũ tanta vehemẽtia ſiccitatis: ⁊ cũ tẽperãtia in calido ⁊ frigido. Sed tu dices per rõnẽ p̃dictam ego probo ꝙ in ethica febrili tertie ſpẽi eſt dominiũ frigiditatis: qꝛ eſt facta ɔſumptio multi humidi nãlis qḋ eſt calidi ſubiectũ. Dõm ꝙ eſt ibi dominiũ frigiditatis priuatione calidi naturalis: ⁊ eſt dominiũ caliditatis extranee additi in gradu aliquo: ⁊ iſta nõ contradicunt ſiquis conſideret que diximus in q̃õne noſtra de ſubiecto febris. Propter ſolutionẽ ra-

tionū siquis bene ꝯsideret ⁊ ꝓpter sustentationē sermonum qui dicunt in sermonibus Gal. est sciendum ꝙ cum siccitate tabida posse esse temperantiam inter calidū ⁊ frigiduꝫ potest dupliciter intelligi. Primo ꝙ sit tēperātia sana qualis erat tēpore sanitatis quādo iste nō erat sic siccus: ⁊ hoc modo est īpossibile ꝓpter rōnem dictā: q2 ad defectū humidi sequit infrigidatio: ⁊ hoc modo omne tabidū est frigidum siue sit tabes naturalis vt in senectute siue accidētalis. Alio mō intelligit tēperantia huius per exclusionem distēperamēti positi in calore vel frigore: ⁊ h mō pōt esse tabes cū tēperamēto in calore vel frigore. Tabes enī cum distēperamento in calore est tabes febrilis vt in causone colliquatiua vl time: ⁊ in ethica circa finē secūde spēi ⁊ tertie. In pma enī specie nō est vera nec apparēs tabes. Tabes aūt cū distemperamēto in frigore est sicut illa in quaꝫ cadit ethicus febrilis ex potu frigide aque: si ergo ꝓpter defectū digestiue stōchi a siccitate aliqs exiccat paulatim iste pōt fieri ethicus ⁊ erit siccus: nō tñ erit distemperatus in calore vt febriens nec in frigore vt infrigidatus potu aque frigide vel infrigidatus ex assumptione opij: vnde fact' est exiccat' defectu nutritiue. Aliter tñ subtiliamus imaginādo partes extēsiuas caloris ⁊ ptes intensiuas. s. caloris cōplexionis que sequit mixtionē elemētoꝝ. Et dicamus ꝙ ex siccitate multa non fit necio distemperamentū in forma caloris intēsiue sumpta sed extēsiue. Prima tñ solutio clarior est. Dixit aūt Aui. ꝙ ethica senectutis cū tēperamento in calore ⁊ frigore est fm minus. i. raro inuenit: q2 multa exiccatio vt in plurib' fit a fortib' causis calefacientib' vel a fortibus infrigidantibus: ex qbus deficit nutritiua.

Dubiū 4m

¶ Dubitat an siccitas senilis debeat dici cū temperamēto calidi ⁊ frigidi. ⁋ Dōm ꝙ nō respectu illi' qd̄ fuit ante siue tpe iuuētutis ⁊ pueritie: īmo est ibi manifesta friditas nō soluꝫ ꝑuatione calidi sꝫ ēt positiue domināte frido terrestri ⁊ aqueo crudo. Respcū tñ excessiuuꝫ cali ⁊ fridi qb' illa siccitas vel illi similis pōt ꝯiūgi dr ēē tabes a sicco cū tēpamēto fridi ⁊ calidi. Nos aūt de tota senū sanitate scripsim' sup lib. Thegni trac. d signis. Ex qb' soluunt ꝯria.

¶ Et senes quidē sunt velocioris casus in ea q̄ꝫ iuuenes. Et iuuenes velocioris casus in ea q̄ꝫ pueri: lꝫ accidat in iuuenibus ⁊ pueris.

¶ Considerādū ꝙ pueri ꝯsiderato gradu humiditatis ⁊ vigore nutritiue remotiores sūt a casu in siccitatē senilē q̄ꝫ iuuenes: sed cōsiderata aptitudine hūidi ad euaporādū paratiores sunt pueri q̄ꝫ iuuenes vt declarauim' fen. 2. 3. libri. ⁊ hic eēt loc' speculationis.

¶ Et causa faciens cadere in eaꝫ: aut est frigus dominans cū debilitate corporis: quare ꝓhibet virtutem nutritiuā ab operatione sua integra: sicut accidit iterū in fine vite: ⁊ de hoc capitulo est potus aque frigide nō in hora sua. Aut super debilitatē corporis cuꝫ febre. Aut in dispōne aut in successione exercitij resoluētis virtutē ⁊ aperiētis poros: ⁊ qd̄ vocat ad attrahenduꝫ aquā frigidā ad viscera subito. Aut vapores mali frigidi qui eleuant ad cor ⁊ infridāt cōplexionē eius. Aut caliditas que resoluit ⁊ liquefacit humiditates: q̄re caliditas īnata debilitat ⁊ succedūt frigus et siccitas. Et qñqꝫ sequit euacuationes. Et qñqꝫ attrabit hāc egritudinem superfluitas in infrigidando patientes febres cū eis que bibunt ⁊ emplastrant.

¶ Considerādū circa pmā cām qūo ex caliditate liquefaciēte sequtur frigus: q2 adhuc actu pōt eē calor calefaciēs: ꝗ frigus ꝑuatione nālis calidi ⁊ calor extraneus pñt simul esse: ⁊ de h cap. ⁋ Secunda cā est potus frigide aque. ⁋ Tertia cā est vapores mali ⁊ frigidi ⁊c. Et hic ꝯsidera q2 ista friditas est dispō ꝯria febri putride. sicut enī in febre putrida vapores calidi distēperant cor: ⁊ exinde spargit in totū corp' hec caliditas: ita in hac dispōne vapores frigidi infrigidant cor: ⁊ exinde fit sparsio hui' friditatis sup toto: ⁊ intellexit hoc Haly. in Thegni cap. de signis egritudinum cordis. al's. 2. Thegni. trac. de vētre. cōmē. 25. cū dixit. Sexta spēs signoꝝ est ex frigore corpis: ⁊ fmo in h est fmo ꝯrius fmoni in febrib': ⁊ qñ scit vnū duoꝝ ꝯtrarioꝝ scit ⁊ reliquū. ⁋ Quarta cā est euacuationes ⁊c. ⁋ Quinta cā est superflua infrigidatio in febre siue cū potu siue cū emplastris: ⁊ in hoc differt a cā scḋa. Illa enī erat īfrigidatio superflua cum febre vel sine febre ⁊ cū potu aque frigide. Ista aūt cā quinta est infridatio superflua in febre tm̄.

¶ Et hec quidem egritudo quando confirmatur non curatur: ⁊ si esset ei ingenium esset morti ingenium.

¶ Confirmat ꝓprie facta ꝯsumptione in humiditate substātifica siue glutinosa vt in senectute: si ergo illi esset ingeniū esset senectuti ingeniū: ⁊ si illi etiā ⁊ morti: ⁊ cū senectus sit semita ad morteꝫ. Arduas autē difficultates de repositione humidi lege in his que scripsimus primo cañ. cap. de virtutibus.

¶ De signis. Cap. 10m.

HA istis videntur signa adubul ⁊ exiccationis: ⁊ non videtur in eis incensio ⁊ inflāmatio: immo fortasse inueniūtur frigidi tactus. Et eorum pulsus non est sicut pulsus habētium febres ethicas: immo est tardus paruus ⁊ rarus nisi fortis fiat debilitas: quoniam tunc incipit pulsus fieri frequēs: ⁊ proprie in illis quibus aduenit hoc ex potu aque frigide.

¶ Considerandū ꝙ signa extēdit ad ethicā senectutis que est siccitas cū friditate excluso accidētali calore vel siccitas cū tēperamento in calore vel frigiditate. Et dixit adubul. i. ꝯsumptionis: q2 oculi ꝯcaui. i. tipora plana ⁊c. Fortasse fridi tactus: q2 nō est oino distēperatus in frido cū distēperamēto manifesti excessus sicci. Causa paruitatis caloris ⁊ raritatis pulsus eoꝝ est nota: nisi fortis fiat debilitas: vnde opꝫ ꝙ recuperet per frequētiaꝫ. Et ꝓprie. Hic textus tolerat duos intellectus. Unus est ꝙ ex potu frigide aque fit pulsus frequens: q2 fit multa debilitas virtutis ⁊ īduratio arterie: ergo multū paruificat pulsus ⁊ tardat: opꝫ igit ꝙ fiat paruus valde ⁊ tardus ⁊ frequēs. Alius ītellect' ē ꝙ cū aqua frigida vehemēter īfridat ⁊ tollat necitatē euētationis tūc ꝓpe fiet pulsus paru' tardus ⁊ rarus: ⁊ h credo esse verū: tu tñ ꝯsidera.

¶ Et quandoqꝫ est vrina eorum alba subtilis aquosa ⁊ sunt in dispositionibus suis sicut senes.

¶ Et hoc ꝓpter frigiditatem ⁊ siccitatem: dixit quandoqꝫ q2 quādoqꝫ pōt esse grossa si flegmata que generantur inde euacuarent: sicut senes in colore ⁊ figura ⁊c.

¶ De curatione ethice senectutis. Cap. 11m.

NOn adhibetur hec cura nisi cum nōdum cōfirmata est: ⁊ speratur ꝙ non confirmetur: ⁊ cuꝫ confirmata est speratur vt postponatur perditio parumper.

¶ Cum nondum confirmata est: q2 non est manifesta consumptio humiditatis vltime sperat ꝙ non confirmet qd̄ pōt non esse aliquando priuatio vel consumptio humiditatis tertie vel secunde: sed consumetur prima: sicut in prima specie ethice: tamen causa in hoc non esset ita vehemens ⁊ fixa. verbi gratia mala cōplexio frigida vel defectus nutritiue ꝙ speratur eius remotio.

¶ Et canon quidem in curatione eoruꝫ est calefactio ⁊ humectatio. Et ex humectatiōe sunt balnea fm ꝙ sciuisti que non administrentur nisi post digestioneꝫ. nam si ipsa administrētur successione comestionis faciunt cadere virtutem.

¶ Hic accipitur ꝙ cum hac ethica est infrigidatio.

¶ Et clysteria facta ex capitibus ⁊ pedib' ⁊ cicere cōtrito ⁊ ficubus cum melle ⁊ camomilla de quo administretur quantitas medie lib. cum vnc. ij. olei sisamini ⁊ aliquantulo olei de ben. ⁊ administretur fricatio super cibationem: ⁊ lac coctum cum lapidibus est vehementis iuuamenti eis. ⁊ mel est vltimū in iuuamento eorum: sicut ipsum mel est vltimum in nocumento habentium febrem ethicam. Et omnis cibus humectans facilis penetrationis velocis descensionis in quo nō est viscositas: sicut aqua carnis ⁊ vitelli ouorum sorbilium ⁊ vinum subtile odoriferū parue quantitatis est vehementer conueniens eis. Et oportet vt obseruetur humectatio predicta in capitulo ethice: ⁊ misceatur cum ea quod calefaciat ex odoribus ⁊ emplastris ⁊ vnctionibus fricando ⁊ cibis ⁊ alijs.

¶ Clysteria ex capitibus. s. agni animalis vel hedi cum cicere ⁊c. ad calefaciendum super cibationem. i. post cibationeꝫ ⁊ digestionem sicut dictum est de balneo. reliqua sunt nota ⁊c.

¶ Tractat⁹ 4⁹ de febrib⁹ pestilẽtialib⁹ ⁊ q̄ sunt eis homogenea ⁊ variolis ⁊ morbillis: Cui⁹ capl'a sunt. 20.

¶ De febre pestilentiali. Cap. pᵐ.



Quandoq; accidit aeri qđ docuim⁹ te in lib. vniuersaliũ sicut accidit aque de alteratione in qualitate sua ad calorez ⁊ frigus: ⁊ de alteratione in natura sua ad profundationẽ ⁊ putredinem: sicut profundat̃ aqua: ⁊ fetet ⁊ putrefit.

¶ Post sciam de effimeris ⁊ post sciam de putridis ⁊ ethicis remãserat Aui. determinare de febrib⁹ pestilentialib⁹ ⁊ variolis ⁊ morbillis que sunt dispõnes homogenee febri pestilentiali: eo ꝙ multe fiunt in aere pestilẽtiali: ⁊ h̄ dicit rubrica. remanebat ẽt de febre apostematũ ⁊ de febrib⁹ cõpositis: ⁊ iõ h̄ totũ sicut residuũ aggregauit in hoc trac. 4. Primo ergo determinat de febrib⁹ pestilentialib⁹. Secũdo de alijs. ibi (Quandoq; accidit.) Prima in tres. Primo determinat de cã febris pestilẽtialis. Scđo de signis febris pestilẽtialis ⁊ pestilentie aeris. ibi (Hec febris.) Tertio de cura. ibi (Summa.) Ad sciẽdũ aũt cãz febris pestilẽtialis opz p̄scire quõ fit aer pestilẽtialis. Scđo que sint cãe faciẽtes aerẽ pestilentialẽ. Tertio quõ aer fact⁹ pestilẽtialis facit febrẽ dictã pestilẽtialẽ. Primo ẽ facit pᵐ. Scđo 2ᵐ. ibi (Et qñq;.) Tertio 3ᵐ. ibi (Et qñ fit aer ẽm hunc modũ.) Prima in duas. Primo facit qđ dictũ est. Secundo declarat quod dixerat. ibi (Et sicut aqua.)

¶ Considerandũ p̄mo ꝙ lz his vocabulis pestilẽtia epidimia ⁊ vndimia indifferẽter vtamur: tñ sub ꝓprijs signãtis ꝓprie sumẽdo dicit̃ pestilẽtia in aere: qñ eius mutatiõe fiunt egritudines varie tñ in varijs vt in h̄ febris ↄtinua in illo ĩterpolata in isto de cholera in illo de flegmate. Dicit̃ epidimia qñ ex aeris mutatione fit in hoĩbus plurib⁹ determinatũ genus morbi: vt q̄si oẽs fiunt frenetici aut pleuretici aut tertianarij aut aliter. Dicit̃ vndimia ẽm aliquos qñ fit mutatio in aqua vel ex aqua: ⁊ inde fiunt egritudines ex loco siue fit ex aere siue ex terra siue ex aq̄: ⁊ iõ in q̄busdaz ciuitatib⁹ fiũt multi bocij: in q̄busdã multe passiões renales: ⁊ sic de alijs multis ⁊ diuersis modis ĩuenim⁹ vsuz hoꝝ vocabuloꝝ vt ẽt sumit̃ ĩ cõmẽ. p̄mi epidimiaꝝ. H. ⁊ nos nõ curam⁹ đ vocabulis.

¶ Cõsiderãdũ scđo ꝙ duos modos aeris pestilẽtialis tãgit de q̄bus dixit supra lib. 1. fen. 2. ca. de mutationib⁹ aeris ↄ̄ nãm. ⁊ ĩtelligunt̃ a Gal'. p̄mo de febrib⁹. cap. 4. Una est vehemens mutatio in q̄litatibus vt cũ valde calefit sicut circa canis ortũ vel cuz valde infrigidat̃ ⁊ ĩtellexit per hoc ⁊ valde humectat̃ ⁊ exiccat̃ sed expressit de illis q̄litatibus que vehemẽtius ĩmutãt. Dixit ẽt de mutatione aeris ad frigus nõ ꝙ talis mutatio fit per se cã febris: sed vt cõpleret sciam de mala mutatione aeris per accidẽs tñ frigiditas mortificatiua põt cãre putridã febrem. Alia mutatio aeris est quã vocat mutationẽ in nã sua: ⁊ supra lib. 1. fen. 2. vocat mutationẽ in suba: ⁊ dr̃ alteratio in ꝓfundationẽ. i. ẽm partes minimas ꝓfundas: vnde etiaz ex hoc dr̃ ꝓfundus: sicut ꝓfundat̃. i. ꝑmutat̃ aqua ad ꝓfundas partes ⁊ fetet ⁊ putrefit. Et in hac aeris putrefactione maligna nõ apparet necessario aeris excessus in calore vel frigore: sed malitia venenositatis siue venenose putredinis: ⁊ hec vocat̃ ꝓprie pestilentia aeris. ¶ Cõsiderandũ tertio ꝙ Auic. accepit aquã in exemplo: qꝛ est sensibilior q̄ꝫ sit aer: vnde antiqui aerem appellabant vacuũ vt scđo de anima. tex. cõmẽ. 81.

¶ Et sicut aqua nõ putrefit vllo mõ ꝓpter suã simplicitatẽ: imo ꝓpter illud qđ admiscet̃ ei de corporibus terrenis malis que permiscent̃ ei: ⁊ accidit toti q̄litas mala. Simil'r aer nõ putrefit vllo mõ ꝓpter suã simplicitatẽ: imo ꝓpter illud qđ admiscet̃ ei de vaporibus malis: q ꝑmiscent̃ ei ⁊ accidit toti qualitas mala.

¶ Quia dixerat ꝙ aqua putrefit: iõ ostẽdit ꝙ nõ ꝓprie putrefit: ⁊ hoc est qđ dicit non putrefit vllo mõ. s. putredine ꝓprie dicta que fit sibi forma: sed ĩproprie putrefit qꝛ miscent̃ sibi vapores putridi: ⁊ ex hoc accidit toti aggregato ex aqua ⁊ illis vaporibus mala qualitas. nã mala qualitas põt acquiri in aere ⁊ aqua que qualitas nõ est formaliter putredo que insit aque vel aeri.

Dubiũ pᵐ ¶ Dubitat̃ qꝛ dicit ꝙ aq̄ nõ putrefit. Cõtra qꝛ Ari. 4. metheo. tex. cõmẽ. 4. vult ꝙ oĩa putrefiunt p̄ter ignẽ. Amplius ꝓblematũ. 25. 19. ꝓble. querit propter qđ aer ⁊ aqua putrefiunt. Amplius diceret aliquis: cõsequentia Aui. est vera. s. ꝙ si aer ⁊ aqua est corpus simplex: ẽ nõ putrefit: sed antecedens est falsum: qꝛ aer ⁊ aq̄ que nos circũdãt nõ sunt corpora simplicia: ĩmo cõposita vt Aui. p̄mo cañ. fen. 2. ca. de ĩmutatione aeris ↄtra nãm. Dõm ꝙ cũ putrefactio fit passio mixti: vt intelligit̃. 4. metheo. tex. cõmẽ. 3. ipsa nõ debet̃ corporib⁹ simplicib⁹. s. elemẽtis que sunt corpora simplicia scz inquãtũ sunt simplicia. elemẽtũ ergo qđ reperit̃ simplex sicut ignis nõ putrefit. ẽt qꝛ suus calor excessiuus a putrefactione ꝓhibet. Alia aũt elemẽta que ↄtingit impuriora reperiri q̄ꝫtũ ad illas ꝑtes que sunt nobis visuales putrefiunt p̄ter ignez: ⁊ qꝛ ꝑs aeris ↄiuncta igni est plena igne: iõ ꝑs illa ẽt nõ putrefit: ⁊ ẽm hoc dixit Ari. ꝓblemate p̄dicto: ꝙ aq̄ ⁊ terra putrefit: aer aũt nõ. Et vna de causis quã dat est ꝙ aer est igne plenus. Sed sermo ei⁹ aliter põt ĩtelligi de quo nõ curamus ad p̄ñs. ¶ Ex q̄b⁹ apparet ꝙ q̄ꝫto magis elemẽta tendũt ad nãm simplicis: tãto magis lõgant̃ a putrefactione: ẽ cũ Aui. dicit ꝙ aer ⁊ aqua nõ putrefiunt vllo mõ. s. vera putredine ꝓpter suã simplicitatẽ: põt eius sermo dupl'r ĩtelligi. Uno mõ ꝙ nõ putrefiunt vera putredĩe ꝑꝑ suã simplicitatẽ. i. qꝛ tendũt multũ ad nãm simplicis elemẽti: vnde lz sint cõposita. s. aer ⁊ aqua: tñ cũ hac cõpositione multũ sunt simplicibus elementis ꝓpinqua ⁊ separata a nã mixtionis mixtoꝝ cõpletoꝝ: ⁊ iõ putrefactio aque ⁊ aeris nõ est vera putrefactio qualis est cadaueruz: sed est receptio putridoꝝ vapoꝝ in se ad ꝑtes ꝓfundas: ⁊ sic cessat ↄ̄dictio Aui. hic ⁊ supra lib. 1. ibi. n. dixit ꝙ aer qui nos circũdat ⁊ aqua maris ⁊ lacuũ ⁊ similiũ: vnũq̄đq; eoꝝ est corp⁹ cõpositũ ex q̄tuor elemẽtis: qꝛ nõ sunt vere simplicia sed aliq̄ꝫ hñt cõpositionẽ. Cũ aũt hic dicit ꝙ aer ⁊ aq̄ nõ putrefiunt vllo mõ propter simplicitatẽ: ⁊ qꝛ sunt simplicia ĩtellexit qꝛ valde sunt propinqua nãe simpliciũ elemẽtoꝝ: ⁊ ideo nõ putrefiunt vera putrefactione. Alio mõ põt intelligi vt dicat̃ aer ⁊ aq̄ non putrefiunt vllo mõ ꝑꝑ eoꝝ simplicitatẽ: ⁊ qꝛ s̄t simplicia: nã simpl'r nõ putrefit: putrefiũt ẽ qꝛ sunt cõposita: ⁊ talis cõpõ dicta est lib. 1. fen. 2. sed hic dr̃ cõpõ vna qꝛ siml' cõponit̃ ⁊ putrefit: qꝛ admiscent̃ eis vapores mali ⁊c. Hec expositio scđa lz ↄcordet illũ textũ clarius cũ textu posito in lib. 1. fen. 2. nõ tñ vadit ad intellectũ Aui. sicut prima expositio.

¶ Et quandoq; est illud causa ventorum deferentiuz ad locum bonũ fumos malos ex locis fetidis in quibus sunt valles profunde ⁊ corpora exiccata in p̄lio: aut occisa ⁊ nõ sepl'ta neq; tumulata. Et fortasse ẽ cã propinqua loco in quo venit. Et quandoq; accidunt putredines in interioribus terre propter cãs quaruz euentus ignoratur ⁊ nocere faciunt aquã ⁊ aerem.

¶ Cũ oñdidit modũ quo putrefit aer ⁊ aqua: qꝛ est per admixtionẽ vapoꝝ putridoꝝ: mõ in parte ista ostẽdit que sint cãe faciẽtes aerẽ pestilentialem. Et p̄mo facit hoc. Scđo tangit dispositiones quasdã siue febres sequẽtes aeris dispositionẽ: vt ostẽdat que ex eis est dispositio vl' febris pestilẽtialis. ibi (Et feb.) Tertio cõplet sermonẽ in causis pestilẽtie. ibi (Et p̄ncipiũ.) ¶ Qđ p̄mo dicit est dictũ Gal'. p̄mo de differẽtijs febriũ. cap. 4. ⁊ vult ꝙ putridi vapores surgũt qñq; a cadauerib⁹ nõ sepultis vel tumulatis: ⁊ qñq; ab aquis putridis: ⁊ ista loca qñq; sunt longinqua: qñq; sunt ꝓpinq̄. ¶ Dicit scđo ꝙ qñq; accidunt putredines in interiorib⁹: qꝛ in visceribus ⁊ cauernis putridis profundis terre: ⁊ iste putredines corrũpunt aquas que inde effluunt: ⁊ illarũ vsus est cã putredinũ prauarũ ⁊ corrumpunt etiã aerem. si ergo cõsideras putredines in nobis possunt fieri nõ solũ ab aere putrido: sed ẽt ab aqua putrida: ⁊ similiter a cibis putridis. Mortalitas. n. corrũpit arbores ⁊ vegetabilia: ⁊ iõ hoĩes q ea comedũt corrumpunt̃ vt supra lib. 1. fen. 2. Tamẽ dicam⁹ ꝙ febres pestilẽtiales fiunt ab aere putrido: qꝛ aer putridus magis nobis ↄtinuus est ĩpressione: ⁊ statim corpetit ⁊ pulmonẽ: vt bene dixit Isaac febriũ q̄nto. Nos aũt sup libro Thegni disputauim⁹ qđ magis nos ꝑmutet an aer an cibus ⁊ potus. ¶ Deinde dicit. ꝑꝑ cãs quaruz euentus ignorat̃. i. ꝑꝑ cãs vel aliquas ↄstellationes respiciẽtes viscera terre cãntes in eis has corruptiones que sunt note astrologo ⁊ ignore medico. Uel dixit hoc qꝛ aliqñ ↄcluso aere cũ vaporib⁹ in ꝓfunditatib⁹ terre fiunt corruptiones multe: q̄rũ cã nõ plus est scita q̄ꝫ sciat̃: cã q̄re hoc mixtũ est venenosum: vt napellus: ⁊ hoc fit a puteis q̄busdaz lõgo tempore coopertis apertione facta qñq; exit tam putridus aer vel vapor vt statim occideret p̄sentes ⁊ citius q̄cũq; veneno.

¶ Et febres quidem accidẽtes causa aeris sicci: fiunt iterum causa vt eueniant febres cholerice. Pestilentiales võ fiunt ex aere turbido ⁊ humido.

¶ Ex dictis Aui. vult ꝙ febres pestilentiales vere nõ sunt ille que fiunt ex aere sicco. aer. n. siccus est cã feb. que debent dici feb. cholerice: ⁊ tunc Auicen. vult ꝙ iste feb. sese multiplicant. aer enim siccus facit febres cholericas proprie siccas cum calore: ⁊ iste febres etiam disponunt corpus vt accendatur cholera ex illarum acuitate: sed febris vere pestilentialis est illa que fit ex aere turbido propter calorem putredinalẽ cõiunctũ humido: qꝛ humiditas est ꝓprie mã putredinis. q̄cũq; ẽ humoꝝ putrefit siue cholera siue flegma siue mel'ia vel sanguis dũmodo ei⁹ putredo sequat̃ putredinẽ aeris dz dici febris ex illo humore pestilẽtialis febris: sed si

sed si putresieret cholera ex incēdio aeris qꝛ sit calidus ⁊ siccus dꝫ dici febris illa cholerica: ⁊ nō ꝓprie pestilentialis.

¶ Et febres in aere humido sunt pluris euentus: sed sunt minoris acuitatis ⁊ lōgioris spatij. In estate vō sicca pauce pluuie sunt mīoris euētus ⁊ maioris acuitatis ⁊ velocioris separationis.

¶ Causa pluris euentus ⁊ longitudinis est multiplicatio materierum ex humido multo. Causa autẽ minoris acuitatis est repressio acuitatis caloris ab humido: ⁊ ideo cōstitutio sicca est cā contrariorum. Nos autem ista discussimus tertia particula afoꝛ. sup illo afoꝛ. 17. s. Egritudinibus in pluuialibus temporibus.

¶ Et meliora tēpora sunt que seruant nām suam.

Dubiū 2ᵐ ¶ Contra qꝛ autūnus siccus est peior: ⁊ qui est magis pluuiosus ⁊ humidus est melior: vt ꝑ lib. fen. 2. Quidā dixerūt ꝙ autūnus ī se ꝯsideratꝰ ē melior qñ suā situationē seruat ⁊ cōuenit mag corpibus: sed ꝯsiderata rōne dispōnis ꝑcedētis ex estate ē melior si est humidus. Alij dicūt ꝙ autūnus hūidus est melior sicco: tñ seruās suā nāꝫ est melior sicco ⁊ humido: ⁊ hec oīa sunt discussa ibidē.

¶ Et ꝑncipiū oīum hoꝝ sunt forme ex formis celi faciētes eē nec̄iuꝫ illud cuiꝰ aduētus ignoratur.

¶ Hic cōplet has causas. Cōsiderādū ꝑnᵐ oīum hoꝝ. pōt intelligi hoꝝ. s. cadaueꝝ occisoꝝ in ꝑlijs: qꝛ ordinationes hoīuꝫ ad hec ꝑlia sunt ex aliq̄ ꝯstellatiōe. Et silr hoꝝ. s. valliuꝫ ꝓfundaꝝ ⁊ corruptionū aquaꝝ in illis. Et hoꝝ. s. corruptionū viscaribꝰ terre. Oīa enim ista hñt determinatas sigñationes in celo: ⁊ hoc apud astrologos qui oēs effectus in supiorū motū reducūt: de qbꝰ fuit Arebael Rachel. In sūma ꝫ exponit ꝑnᵐ hoꝝ oīum. s. accñtium ex quibus fit aer pestilentialis. Aliter pōt exponi principiuꝫ horum oīum. i. ꝑncipium putredinum in aere. ⁊ mortalitates sunt forme ⁊c. i. determinate ꝯstellationes: sicut est cōiunctio Saturni ⁊ Martis: cuiꝰ euentus ignoratur. s. a medicis: scitur autem ab astrologis.

¶ Lꝫ sint qdaꝫ hoīum qui dixerūt in eo aliqd non ꝓportionatum ad causam eius: imo oportet vt scias ꝙ causa prima longinqua ad illud sunt figure celestes: ⁊ propinque dispositiones terrestres. ¶ Et quādo faciunt necessario virtutes agentes celestes ⁊ virtutes patientes terrestres humectationeꝫ vehemētem aeri expelluntur vapores ⁊ fumi ad ipm ⁊ spargunt in ipō ⁊ putrefaciunt eum cum caliditate debili.

¶ Lꝫ sint qdā hoīum. Forsan ꝙ Auicē. loqtur ꝯ quosdā auctores imaginū q credūt ꝙ possit cōponi imago destructiua hoīuꝫ vniꝰ ciuitatis vel castri vel ꝓuīcie. ¶ Cōsiderādū ꝙ aspectui ꝺterminato rñdet ꝺtermiata ꝯfiguratio qm̄ ꝫ plagas siue loca sic accidit mortalitas in vno climate ⁊ non in alio: quādoqꝫ ꝫm spēs animaliuꝫ: vnde moriuntur aliquādo hoīes aliquādo boues aliquādo pulli ⁊ sic de alijs. quādoqꝫ est ꝫm determinatos modos hoīuꝫ in cōplexiōe ⁊ alijs: ⁊ hec pñt ītelligi ab Auēzoar in theisir. 3. tra. 3. cap. 1. (¶ Et qñ faciunt.) Hec est gñalis īuestigatio cārū celestiū ⁊ terrestriū: qꝛ qñ figure celestes agētes ⁊ dispōnes terrestres recipiētes faciūt humectatōeꝫ multā ī aere: tūc multiplicant putridi vapores ī aere ⁊ putrefaciūt aerē cū ꝺbili q̄litate calitatꝭ: qꝛ hec est dispō aeris pestilētialis ꝙ eiꝰ fit caliditas obtusa. si enim eēt valde fortis calitas tūc cessaret ꝑꝑ illā putrefactio ⁊ hūectatio.

¶ Et quando fit aer ꝫm hūc modū venit ad cor quare corrumpit complexionem spiritus qui est in ipso et putrefit qꝺ circundat ipsum de humiditate: ⁊ accidit caliditas egressa a natura ⁊ spargitur in corpore: tūc ꝓpter causam suam erit febris pestilētialis. Et cōmunicat multitudini hominum qui iterum habent in seipsis proprietatem preparationis.

Dubᵐ 3ᵐ ¶ Hic ostendit primo quomodo aer pestilentialis facit febreꝫ pestilentialem. Secundo declarat quedam. ibi (Agens enim.)

¶ Dubitat vtrum febris pestilentie sit putrida. ¶ Videt ꝙ nō: imo effimera: qꝛ ꝑmū nocumētū eius videt eē in spū: vñ dicit corrumpit cōplexionē spūs. Videt ꝙ ethica: qꝛ Rasis curat illā illa cura. ¶ Dōm ꝙ febris pestilētialis est febris putrida qꝺ appet ꝑ Aui. hic cū dicit putrefieri qꝺ circūdat ipm. s. corpus vel spūꝫ. i. humiditates cordis. Idē dicit Gal. ꝑ de dif. feb. cap. 5. cū dicit. Quia ꝺo pestilētiosaꝝ meminimus febriū a putredīe oīum fientiū. Probat rōne: qꝛ actio ꝓpria aeris putridi cū attigit cor est putrefacē: ergo resultabit ex hoc putrida feb. ¶ Tñ sciēdū ꝙ hec febris differt a putrida febre siue a putridis febribꝰ cōiter euenietibꝰ que nō sunt pestilētiales. Primo qꝛ in pestilētiali febre putredo ē maxime circa cor. In alijs aūt febribꝰ nō est hoc necessarium. Scdō qꝛ hec febris hꝫ determinatā causaꝫ putredinis. s. aereꝫ pestilentialē: ⁊ qꝛ aere ꝓprie dictꝰ pestilētialis est malignꝰ q̄si venenosus: iō hec febris est de maligna ⁊ venenosa putrefactiōe. ¶ Ad ꝯriuꝫ dōm ꝙ illꝺ nocumētū in spū nō facit istā febrē eē effimeram: imo putridā determinati modi. aer enī putridus ꝑmo miscet spiritibus ⁊ illos ꝑmo incipit corrūpere: ⁊ corrūpendo illos putrefacit humores cordis. ¶ Sed dubitat. nā ponamus ꝙ prius aliqs tempore corrūpat in spiritibus ab aere putrido anteqꝫ putrefiāt humores cordis: quero que febris sit illa. Dōꝫ ꝑ ꝙ nō erit febris sed poterit eē syncopis vel alius defectus cordis ꝑꝑ illā corruptionē spiritus. Vel dōm ꝙ si illa alteratio est ad caliditatē ꝑter nām in corde ⁊ deīde expanditur ꝙ erit febris reducibilis ad effimeram vel ad putridā. Ista aūt sunt scita ex questionibꝰ nostris generalibꝰ sup libro de diffe. febrium. ¶ Ad Rasim dicēduꝫ ꝙ febris pestilentialis curat medicinis ethice quantuꝫ ad infrigidationem.

Dubᵐ 4ᵐ ¶ Dubitat vtrū febris pestilētialis possit repiri in vno solo homine alijs hoībꝰ illiꝰ ciuitatis nō hñtibꝰ illā. ¶ Vr ꝙ nō ꝑ Aui. cū dic̄ cōicat multitudini hoīum. Et idē vult Ari. ꝓble. 1. 7. ꝓble. ¶ In ꝯriū est qꝺ expiētia aliqñ īuenimus. ¶ In hac qōne diximus ⁊ litigauimus Dynus ⁊ ego vna vice in ciuitate Senaꝝ. dicebaꝫ enim vnū febriētē hře febrē pestilētialē: ⁊ tñ nullus erat Senis q febriret sili febre: ⁊ ꝫ nō ꝯcedebat Dynus. Dicamus ꝫ ꝙ in vno solo homine pōt accidere febris silis febri pestilētiali in putredīe ⁊ prauitate lꝫ nō sit vere pestilētialis ab aere. s. pestilētiali cāta: qꝛ non est īpolē ī aliq̄ hoīe putrefieri circa ꝑtes cordis humores ⁊ fieri venenosos ꝑter hoc ꝙ fiat ab aere: ⁊ illa est febris silis febri pestilētiali. Scdō pōt fieri pestilētialis vera. pono casum ꝙ in vna domo sit vnū cadauer fetidissimū: ⁊ vnus solus hō includat: ⁊ febriat ex illoꝝ vapoꝝ putridoꝝ īspiratiōe: manifestū est ꝙ ista febris erit vere pestilētialis. Iste enī nō aliter febriret qꝫ si eēnt ibi mille cadauera ⁊ īfecissent vnā regionē nec associari multꝭ in hac febre fac̄ illā plus eē pestilentialē qꝫ sit: sic̄ vno hoīe exñte albissimo nō plus ē albꝰ qꝫ si decē millia fiāt cū eo albi. ¶ Ad auctē dōm ꝙ pestilētialis febris vtplm cōmunicat multitudini hoīuꝫ: qꝛ vtplurimū fit a causis cōmunibus celestibꝰ vel terrestribus.

¶ Agens enim solum cum peruenit ⁊ patienti non est preparatio non accidunt actio ⁊ passio.

¶ Primo declarat quare dixit: qui habēt preparationis ꝓprietatem. Secūdo declarat que sunt iste preparationes ⁊ corpora ꝑparata. ibi (Et ꝑparatio.) ¶ De prima parte diximus supra fen. 2. ꝑmi. est eniꝫ ꝓpositio physica ⁊ non hic discutienda.

¶ Et ꝑparatio corpoꝝ ad illꝺ in quo sumꝰ de passiōe est vt sint plena humoribꝰ malis. nā mūda nō forsitā patiunt ex illo: ⁊ corpora debilia iteꝝ patientia sunt ex ea sicut illa que multiplicant coitum ⁊ corpora dilatatoꝝ pororum humida multe balneationis.

¶ Qꝛ corpora multe balneationis sunt ꝑparata nō hꝫ dubium.

Dubᵐ 5ᵐ ¶ Sꝫ hꝫ dubiū an corpa dilatatoꝝ poroꝝ sint magis apta īcurrere feb. pestilētialē. ¶ Videt ꝙ nō ꝑ de dif. feb. illo ca. Caliores ⁊c. s. ca. 4. ¶ In ꝯriū est Aui. ¶ Quidā soluūt ꝯdictionē ⁊ dicūt ꝙ lr̄a dicit dilatatoꝝ ⁊ nō dilatatoꝝ poroꝝ: intelligit ꝫ corpa dilatatoꝝ illa q̄ sunt multi cibi ⁊ potꝰ q̄ ex hoc sunt multū repleta. ¶ Nos āt multas dedimus solōnes in ꝫ sed meliores ex eis sūt ille. ¶ Pria ꝙ febrē pestilentialē hoīes possunt īcurrere duplr. vel ex violētia aeris maligni: ⁊ hāc magis īcurrerūt q maiorē q̄titatē attrahūt illius aeris: ⁊ sūt corpa rara vaporē attrahētia. raritas ꝫ est accñs iuuās ad euētū pestilētie mō dicto: ⁊ sic Aui. loquit. Alio mō pñt illā īcurrere ex putrefactiōe īchoāte a cā ītrīseca circūscripta impressiōe aeris: sed aer ē ad ꝫ adiuuās: ⁊ ꝫ mō magis īcurrerunt febrē pestilētialē corpa oppilata in poris: qa ex ꝫ ꝓhibet trāspiratio: ⁊ ꝓhibita trāspiratio est cā putredis. ¶ Scda solō est ꝙ raritas poroꝝ est duplex. Una nālis sic̄ viri sūt rari ⁊ porosi cui opponit densitas nālis: ⁊ poroꝝ paucitas sic̄ mulieres sunt rare: ⁊ ꝫm ꝫ corpora rara lata ⁊ apta in vijs plus egrotāt in prauis pestiletijs qꝫ corpora dēsa paucoꝝ poroꝝ stricta in vijs. Rō ē qꝛ corpa rara plus trahūt de maligno aere: ⁊ nos per experiētiā vidimꝰ in prauis pestiletijs plus mori iuuenes robustos qꝫ mulieres ⁊ qꝫ vetulas: sicut visuꝫ fuit in praua pestilētia que ꝑcessit iā sūt tres anni. Alia est raritas accñtalis: ⁊ voco raritatē accñtalē illā que excludit vel opponit oppilōni siue clausioni poroꝝ ⁊ viaꝝ a cā accñtali. ꝺ. g. a materiebus malis: ⁊ talia corpora que hac densitate sunt stricta vel densa sunt que sunt parata putredini ⁊ cadere ī febreꝫ pestilētialem: ⁊ corpora eiꝰ opposita que sunt mūda a supfluitatibus ⁊ oppilōnibꝰ sunt indisposita ad febrem putridā: ⁊ sic loqtur Gal. ꝑ de diffe. feb. cap. 4. sed primo modo loquitur Aui.

¶ De signis. Cap. 2^m.

¶ Et ad summū considera sudorē per seipsum in caliditate sua ꝛ frigiditate ꝛ colore suo ꝛ suo odore ꝛ gustu ꝛ q̄ntitate sua in multitudine ꝛ paucitate sua ꝛ tp̄e sue egressionis: aut est in p̄ncipio aut statu aut in declinatiōe: ꝛ qd associat̄ ei de febre in fortitudine ꝛ debilitate sua: ꝛ quid succedat ei de leuitate ꝛ grauitate.

¶ Determinat de significatiōe sudoris q̄tū ad ꝓprietates suas.

¶ Et scias ꝙ in cōualescentia multiplicat̄ sudor eius propter reliquias materierum quare non est malum paruam facere minutionem.

¶ Sed cōtrarium dixit supra eodem caplo ꝙ quando multiplicatur sudor ꝓpter multitudinē materiei: tunc non competit flobothomia neq̄ solutio ventris imo clysteria leuia. Dic ꝙ supra loquebatur in febricitante: hic v̄o loquitur in conualescente.

¶ Signa sumpta ex parte pulsus. Cap. 72[m].

Pulsus martellinus ꝛ formicās ꝛ vehementis serralitatis aut vndosus malus ē. Et gazellinus cū debilitate est malus. Et diūsitas in q̄ est itersectio vehemēs ꝛ motus debiles deīde succurrit illi vnus fortis succursu nō succurrente imo ex momento ad momentum est mala valde.

¶ Ponunt̄ signa que sumunt̄ ex parte equalitatis pulsus. Causas ꝓpter quas isti pulsus sunt mali lege. 2. fen p̄ma cap. 6. de pulsib⁹.

¶ Pulsus. Primo facit hoc. Secundo ponit quoddam accidens. ibi (Et dixerunt.) Tertio ponit canonem. ibi (Et scias.

¶ Pulsus martellinus. i. bis pulsans. Formicās. i. multū debilis cū diuersitate. Serrinus est pulsus diuersus cū duritie. Undosus est pulsus diuersus cū mollitie gazelās. vide. A. scd̕a p̄mi ꝛc. Et diuersitas sicut. ponit̄ a Gal. in cōmento pulsuū cōmē. 14. Secundo qn̄ in pulsu sunt multe pulsationes parue cum vna magna est malū: q2 significat multum defectum virtutis ꝛ magnaꝫ aggrauationē ei⁹: vnde aliq̄n toto suo conatu facit vnā percussionē magnā ꝛc.

¶ Dixerūt qdā cū pulsus sinister est frequēs ꝛ pulsus

dexter rar⁹ ⁊ illō ē cū debilitate tūc est sigñatio mala.
¶ Ponit signum ab inequalitate pulsus duorum lateruꝫ. Nota ꝙ arterie ⁊ pulsus non diuersificātur rōne motus cordis a quo ista mouent̄ cū cor vnū hēat motū: tamen motus arteriaruꝫ ⁊ pulsuū sunt diuersi rōne diuersitatis membroruꝫ in quibus ista sunt sicut etiam in primo libro dixit pulsum aliqñ esse calidū ⁊ aliqñ friduꝫ.
¶ Dixerunt. Causa est: qꝛ significat debilitatē virtutis nō potentis eq̄les facere pulsus. Et nota ꝓpter qōnē de dilatatione arteriaꝝ.
¶ Et scias ꝙ plurimoꝝ hoium pulsus nāles sunt diuersi mali absq̄ egritudine q̄re opꝫ vt tu scias h̄ iteꝝ.
¶ Ponit cañ. correctiuum ⁊ patet.

¶ Judicia fluxus sanguinis narium. Cap̄. 73m.

Ea que sunt sicut pleuresis. al'. frenesis ⁊ apostemata epatis acuta vel cal'a ⁊ sub hypocūdrijs terminant̄ crisi cōpleta ꝑ fluxū san. nariū. ꝑmū v̄o ex quacūq̄ nare fit. alia v̄o ex illa que sequit̄ ea. ⁊ silr̄ febres icēsiue ⁊ sunt de gn̄e primo. Peripleumonia v̄o nō facit crisim per eū ⁊ pleuresis est res in eo media ⁊ tertiana facit crisim ꝑ ipm.
¶ Primo ꝑmittit iudicia fluxus sanguīs nariū. Scd̄o sigñationes. ibi (Fluxus sanguis.) ⁋ Pria in q̄tuor ſm ꝙ q̄tuor iudicia ponit. Scd̄a ibi (Et plurimū.) Tertia ibi (Et cū.) Quarta ibi (Et melior.) Primū est iudiciū sumptuꝫ ex egritudinib⁹ que terminant̄ fluxu sanguinis nariū. ¶ Notādū ꝙ lr̄a que dicit. sicut pleuresis. dꝫ dicē sicut frenesis. ⁊ ita hꝫ lr̄a iudei. Qꝫ aūt sic debeat dicē pꝫ. Primo qꝛ idē ponit Gal'. 3. de crisi. 3. cap̄. Scd̄o pꝫ per id qō subdit. Primū v̄o ex quacūq̄ ꝑte ⁊c̄. qꝛ istō nō verificat̄ de pleuresi imo illa que est in dextra parte terminat̄ per fluxū sanguinis in nare dextra: ⁊ etiaꝫ que in sinistra ex nare sinistra. Sed verificat̄ de frenesi qꝛ indifferēter terminat̄ per fluxū sanguinis ex qualibet nare: qō pꝫ qꝛ īfra faciet mentionē de pleuresi cum dicet. ⁊ pleuresis est res.
¶ Ea que. Hic ponit in qua egritudine iuuat fluxus san. nariū ⁊ in qua nō. Nota ꝙ lr̄a est falsa: debet enī dicē frenesis alr̄ pleuresis. Primo per id qō ponit Gal'. in tertio de crisi cap̄. 3. nā ponit ꝙ fluxus sanguinis nariū est cōpleta crisis in frenesi in apostemate calido epatis ⁊ in apostemate calido hypocūdrioꝝ ⁊ ponit ꝙ nō est ꝯueniēs in lythargia ⁊ ꝑipleumonia. Et dicit ꝙ pleuresis est intra istas duas dispōnes. Primo Aui. dicit ꝙ primuꝫ apostema ex quacūq̄ nare facit crisim. hoc autem nō fit in pleuresi: qꝛ aut fit in latere dextro: ⁊ tunc fit crisis per dextrā. aut fit in latere sinistro: ⁊ fit crisis per sinistrā narē. frenesis v̄o est ad vtrāq̄ narem.
¶ Et plurimum quidē accidit fluxus sanguinis nariū iuuatiuus in imparibus ⁊ parum fit in quarto. in tertio v̄o ⁊ quinto ⁊ septimo ⁊ nono fit.
¶ Ponit iudiciū sumptū ex duobus ⁊c̄. Causa est qꝛ vtplurimū accidit in egritudinibus acutis que mouent̄ per impares. s. dies.
Dub^m p^m
¶ Dubitat̄ vtrum 14ª dies sit bona ⁊ laudabilis cum sit dies par. ⁋ Dōm ꝙ Gal'. in ꝑmo de creticis cap̄. 7. dicit ꝙ debēt fieri in 13ª sed expectat adiutoriū a supercelestib⁹. dicit tñ ꝙ incipit in. 13. et terminat̄ in. 14. ⁊ totū attribuit̄. 14. ideo Isaac ꝑmo febriuꝫ dicit ꝙ. 13. est dies essentialis: sed dies. 14. est dies accidentalis cretica. que verba sic itelligunt̄ ꝙ. 13. est cretica essentialis respectu egritudinis motus. 14. v̄o quātū ad cōplementū egritudinis crisis inter celeste adiutoriū dicit̄ cretica essentialiter. expresse eniꝫ dicit Auicēna infra de diebus creticis ⁊ Gal'. vltimo dierum creticoꝝ ꝙ dies. 13. est media inter diem creticā ⁊ nō creticā.
¶ Et cū separat̄ fluxus sanguis nariū bonus ⁊ est debilis iuuet̄ ſm qō docuit Hip. cū effusione aque cal'e sup caput: ⁊ cū vaporatione sicut qñ timet̄ superfluitas eius ꝓhibet̄ cū aqua frigida ⁊ cū positione vētose super hypocundria ⁊ que sequit̄ ipsum.
¶ Et cū sperat̄ vel sepat̄. i. assumit̄. i. qōdā iudiciū curatiuū quo q̄tidie vtimur sicut dixit Hip. 3. regiminis acutoꝝ tex. cōmē. 61.
¶ Docet adiuuare fluxū sang. nariū deficiētē ⁊ ꝓhibet fluentem.
¶ Et melior q̄dē flux⁹ sanguis nariū est q̄ sequit̄ partem infirmā ⁊ diuersificans nō est cū illa bonitate.
¶ Ponit comparationem inter fluxum sanguinis narium qui sequitur partem infirmam ⁊ diuersam ab hoc.
¶ Et apostemata ꝯueniētiora ad hoc vt crisim faciāt per fluxuꝫ sanguinis nariū sunt illa que sunt supra sumen. Et in apostemate q̄dē flegmatico qō icipit transire in lapideitatē ⁊ ꝓlongat̄ saniositas ⁊ eruptio: nō expectat̄ crisis per fluxū sanguinis nariū: ⁊ similr̄ non expectat̄ in apostemate frigido in cerebro ⁊ in peripleumonia crisis per fluxū sanguinis narium.
¶ Dubitat̄ qꝛ Auicē. videt̄ innuere ꝙ apostema transiens in lapideitatē possit terminari sanie. Hoc est ꝯtra Gal'. in primo ꝓnosticoꝝ cōmen. 35. ꝙ ponit quatuor terminationes apostematū. s. per resolutionē per lapideitatē per saniē ⁊ per putredinē. mō nullum membrū diuisionis debet ꝯtineri sub reliquo: ergo nullū apostema qō terminat̄ ꝑ lapideitatē pōt terminari per saniē. Patet supra in lib. 1. fen. 2. de cōpositis morbis ꝙ apostema ꝯuersum in lapideitatē nunq̄ deueniet in saniē. ⁋ Respondet̄ ꝙ est possibile ꝙ terminet̄ per lapideitatē ⁊ postea veniat ad saniē. sed Auicen. per lapideitatē intelligit priuationē materiei calide. s. ꝙ materia nō sit calida ⁊ nō accepit lapideitatē ꝓprie sicut accepit Gal'.
Dub^m 2^m

¶ Sigñationes sumpte ex fluxu san. nariū. Cap̄. 74m.

Fluxus sanguinis narium paruus est malus ⁊ plurimus.
¶ Primo ponit signū a q̄litate ⁊ quātitate san. Scd̄o a die euent⁹. ibi (Et fluxus sanguīs.) ¶ Paru⁹ est malus: qꝛ sigñat debilitatē virtutis ⁊ nō liberat. Plurim⁹ est malus: qꝛ nimis debilitat. Fluxus sanguinis est malus per viam signi: qꝛ significat adustionē vel cōplexionē: ⁊ etiā est malus per viā cause: qꝛ nō pōt inde euacuari mā illa cū nō sit apta superius ascendere. Et qꝛ egritudines que terminant̄ per fluxuꝫ sanguinis narium sunt ex sanguine subtili cholerico ⁊ raro: ⁊ ideo paruꝫ fit fluxus sanguinis ⁊c̄. Et fluxus sanguinis cā est: qꝛ significat multam vel prauā mām: vnde nō potuit natura per diem imparem: qꝛ est fortis motus: sed euacuat in die quietis: vt in quarto.
¶ Flux⁹ sanguīs nariū. Hic ponit signa a q̄ītitate flux⁹ san. nariū.
¶ Et fluxus sanguinis nariuꝫ pluris malitie est qui est sanguinis nigri. Et parum fit fluxus sanguinis ex sanguine rubeo ⁊ splendido.
¶ Hic ponit signa a colore flux⁹ sanguīs. Sed ꝯtra. fluxus sanguīs nariū q̄ est ex colore nigro est plurime malitiei: hoc est ꝯtra Aui. in ꝑmo lib. cap̄. de flobothomia. dicens ꝙ qñ vides exire sanguinem nigrum tunc extrahe: qm̄ est minutio bona. Dic ꝙ non est simile in flobothomia ⁊ in crisi. Crisis enim per fluxum sanguinis narium debet fieri in egritudinibus calidis habentibus materiaꝫ calidam ⁊ subtilē ⁊ ita sanguis debet esse rubeus splendidus. Si aūt exeat niger: tūc significat ꝙ natura nō recte euacuat. In flobothomia aūt bonū est ꝙ euacuet̄ malus sanguis ⁊ corruptus.
¶ Et flux⁹ san. nariū q̄ cadit in quarto significat difficultatē crisis imo bon⁹ est ille q̄ cadit in imparib⁹.
¶ Hic repetit quedaꝫ dicta supra de diebus in quibus debet fieri crisis ⁊ in quibus non: ⁊ cū cadit in q̄rto sigñat multā vel prauam mām: vnde nō potuit nā per diē imparē eūare qꝛ est fortis mot⁹: sed euacuat in die quietis vt in quarto.

¶ Sigñatiōes sūpte ex sternutatōe. Ca. 75m

Sternutatio bona est quando accidit apud statum: in primis v̄o eius est de signis corize aut humoris mordicatiui.
¶ Auicē. ponit signū ex sternutatione. Sternutatio in pr̄icipio est mala qꝛ significat corizam. i. multos humores in capite vel humiditates mordicatiuas: ⁊ est mala per viā cause: qꝛ ipedit digōnē.

¶ Judicia egestionis. Cap̄. 76m.

Iam locuti fuimus de egestiōe in libro ꝑmo sermonē vniuersalē abbreuiatū. Et necessarium est nobis vt repleamus sermonē in ea multa repletione ⁊ ſm illud qō sequit̄ de sermone in egritudinibus acutis.
¶ In hoc capitulo ꝯtinuat ea que dixit in libro primo de egestione ad ea que dicemus nunc inferius. Primo ꝯtinuando se ad precedentia premittit intentionem suam. Secundo prosequitur. ibi (Diuersitas.) in hoc libro fen secunda. continuatur.

¶ Signa sumpta ex egestione. Cap̄. 77m.

Diuersitas coloris ei⁹ qō egredit̄ de egestione est laudabilis in duabus horis non alibi. Quarū vna est diuersitas cretica post digestionē i die cretico ⁊ signo cretico. Et altera.

post potionē solutiuā pertranseuntē fortē ⁊ significat in duabus dispositionibus mundificationē corporis expectatam. In alijs vo significat adustionē ⁊ liquefactionē ⁊ multitudinē humoꝝ corruptoꝝ.

¶ Diuiditur in octo sicut octo signa ponit. Partes patebunt ex prima littera. patet verificatio eius quod ponit in afoꝛ.21. quarte parti. Egestiones nigre ⁊c.

¶ Egestio fetida similis egestioni puerorum ⁊ infantium est mala.

¶ Secundum signum. illa significat liquefactionem membrorum: vt patet secundo pronosticoꝝ.21. cōmē.

¶ Egestio cholerica in pncipio egritudinis significat dñiuz cholere ⁊ est nō bona. Et in fine eiꝰ apud declinationē significat ꝙ corpꝰ mūdificat̃ ⁊ est significatio bona. Et qñ separat̃ egestio cholerica multa ⁊ nō alleuiat̃ egritudo: tunc illud est significatio mala.

¶ Tertium signum patet. Et qñ separat̃. i. exit ⁊c.

¶ Et fluxus vētris multus post signa mala significat casuz virtutis. Et preter ꝙ succedat leuitas est significatio mortis: lz febris etiam sit eradicata.

¶ Quartū signū. lz febris sit q̃tidiana. Eradicata. i. occulta: qꝛ eradicat̃ vel pp euōnē ⁊ debilitatē virtutis: tñ nō est eradicata.

¶ Fluxus vētris sup quē est vnctuositas nō ab acceptione rei vnctuose significat liquefactionē mēbrorū radicaliū ⁊ est significatio mala sed nō est mortalis ⁊ fortasse est vnctuositas ex carne.

¶ Quintum signum patet.

¶ Et qñ sup ipsaz est simile virtus ⁊ emanat citrinū ⁊ dominat̃ fetor ⁊ illud in febribꝰ acutis est mortale.

¶ Sextum signum. Virus denotat contrariaz dispositionē saniei vel digestioni: cum accidit ex diminutione calidi preter naturam sicut cholera eruginosa ⁊c. est mortale: qꝛ significat vltimum dominium calidi preter naturam supra materiam.

¶ Egestio sup partes cuius stat res subtilis significat ꝙ est virus ex epate ⁊ ē mordicatiua ⁊ facit exire egestionē cū velocitate ⁊ fortasse egredit̃ sola ⁊ est mala.

¶ Septimum signum patet.

¶ Cum in egestione sunt aliq̃ similia corticibꝰ lupinorum in oibus egritudinibꝰ tūc est signum mortale.

¶ Octauum signum. Ille cortices sunt excoriationes intestinorū: qꝛ sunt timorose in acutis febribus sicut ponebat Auicē. supra. 10. cap. de cura febrium acutarum.

¶ Judicia vomitus. Cap. 78m.

Iam locuti fuimus ēt in lib. pmo de vomitu. Et neciū qdē est vt afferamꝰ hic aliqd ꝺ eo ⁊ ꝺ alijs ⁊ eiꝰ positio magis licita ē i h loco.

¶ Primo premittit iudiciū vomitus. Scdo ponit signa ab ipo. ibi (Vomitus.) P̄ prima in duas. Primo ꝯtinuādo se pmittit qꝺ intēdit. Scdo ꝓsequit̃. ibi (Dico ergo.) in primo lib. fen. 4.

¶ Dico ergo ꝙ vomitus magis iuuatiuus est ille qui ex flegmate ⁊ cholera in quo in re euomita vel effusa est vehemēs pmixtio ⁊ nō est vehementis grossitiei. Et q̃zto plus vomitꝰ est purior tanto magis est deterior. Cholericus enī purus sigñat vehemētiā caloris ⁊ flegma purū significat vehementiā frigoris.

¶ Cōcludēdū ꝙ hic vituperat̃ vomitꝰ purus: ⁊ ēt. 2. pno. ab Hip. ter. cōmē. 38. ⁊ cū Aui. hic. Est ēt Gal. 2. pnosticoꝝ. 38. cōmen. Pōt etiā adaptari ad egestiones puras etiā que sunt male ex hoc.

¶ Signa sumpta ex vomitu. Cap. 79m.

Vomitus diuersificatus a colore vomitus cōsueto q est albꝰ aquosus ⁊ citrinꝰ est malus: ⁊ ille q est sicut viridis ⁊ q est sicut color porri ⁊ ꝓprie fetidus ⁊ qui est sicut color sicle et rubeus cū nigredine ⁊ obscurus. Et deterior est q est sicut flos eris ⁊ niger: ⁊ ꝓprie cuz fit spasmus subito. ipse enim interficit statim nisi sit illic virtus: fortasse enim remanet vsq3 ad duos dies. Et opz vt ꝯsideret̃ in eo ne sit tinctura in re cōmixta. Et qñ euomuntur oēs isti colores est malū valde. Et vomitus fetidus est malus ⁊ vomitus purus sicut diximus est malus.

¶ Patet.

¶ Judicia vrine. Cap. 80m.

Iam pmissa sunt a nobis verba vniuersalia de vrina in fen in qua sunt accidētia in libro pmo: ⁊ nos afferamꝰ hic de illo ⁊ de alijs qꝺ magis ꝯueniēs est huic loco. Dico g̃ ꝙ non opz cū nō vr̃ in vrina signū digōnis forte iudicare de morte: fortasse. n. liberabit̃ eger cū h p euōnē cadētē ex pte aliq̃ cū virtute expellēte digestū ⁊ idigestum: ⁊ fortasse resoluet̃ humor ẜm lōgitudinez tolerātie aut fiet crisis per exiturā: ⁊ ꝓpe qñ nō fuerit humor vehemētis malitie ꝫ ē malus ẜm plurimū ⁊ sigñat fortitudinē ifirmi ⁊ minor sigñatio in eo est sup lōgitudinē.

¶ Ponit signa ab vrina. Et pmo in generali pmittit iudicia. Scdo in spāli ponit signa ab ipsa. ibi (Vrina que.) P̄ prima in duas. Primo ꝯtinuādo se ad pcedētia pmittit qꝺ itēdit. Scdo ꝓsequit̃. ibi (Dico ergo.) Et hoc in q̃tuor sicut quatuor iudicia ponit. Scda ibi (Et similiter.) Tertia ibi (Et quādoq3.) Quarta ibi (Et scias.) Prima pz. ¶ Nota ex hoc ꝙ aliqñ nā facit crisim non existente tota mā digesta: ⁊ tūc illa est dissimilis crisis de qua loquebat̃. supra. O q̃ta signa timorosa ⁊ signa fortitudinis infirmi. ⁊ simil'r supple dicūt ꝙ est laudabile: aliter ⁊ sil'r supple sigñat longitudinē morbi.

¶ Et simil'r vrina que remanet ẜm colorē vrinarū sanoꝝ in horis egritudinis oibus. Si aūt incipit alterari cū sublimatione egritudinis tūc est magis icolumē.

¶ Causa est qꝛ significat ꝙ nihil de humiditate miscet̃ cum vrina ꝓpter eius ineptitudinē ⁊ cruditatē: sed qñ alterat̃ cum subtiliatione egritudinis. s. qꝛ significat eius digestionem ⁊c.

¶ Et quandoq3 est vrina in egritudinibus pestilētialibus bona naturalis in substantia sua ⁊ colore ⁊ sedimine: ⁊ ille cuius est tendit ad mortem.

¶ Dicūt qdā ꝙ h accidit in febribꝰ pestilētialibꝰ. ledit̃. n. virtꝰ aialis solū ꝓpter permutationez aeris cū spiritibꝰ ⁊ nō ledit̃ nālis: ⁊ iō aliqñ est vrina bona ⁊c. vide Thadeū in glosis sup afoꝛ. q in acutis. al'. in septē terminat̃. ⁊ Dy. de flobothomia arteriarū qui seq̃t eū. Alia cā pōt dari: ⁊ est ꝙ humor ab aere venenoso corruptꝰ primo alterat vrinā: scdo ꝯo pulsum. s. postea in instāti inducit̃ forma venenositatis ⁊c. Et sil'r vrina que remanet. s. ante istā si vrina est silis sane ꝓpter bonā dispōnez epatis ⁊ venarū: hec est bona: sed pp grossam mām ⁊ imiscibilē cū vrina est malū: ⁊ iō sigñat lōgitudinē egritudinis: ⁊ iō est meliꝰ cū solo augmēto. i. a sensu egritudinis alterat̃ qꝛ sigñat ꝙ mā incipit misceri. Qñq3 etiam est ꝓpter materiā esse in alijs locis ⁊ tali bonitati nō erit fiducia.

¶ Et scias ꝙ multotiens mingunt infirmi vrinas malas in substantia sua ⁊ colore ⁊ alijs ⁊ est illud expulsio cretica ⁊ proprie in egritudinibus acutis: quarum causa est epar ⁊ partes vrine.

¶ Patet.

¶ Signa mala sumpta ex paucitate ⁊ multitudine vrine. Cap. 81m.

Vrina que mingitur quandoq3 pauca ⁊ quādoq3 multa ⁊ quandoq3 retinetur ⁊ nō mingit̃ est signū malū in febribus acutis significans pugnā vehementē egritudinis ⁊ nature que vincitur ⁊ vincit ⁊ significat laborem nature ⁊ significat etiā grossitudinē materiei ⁊ ꝙ ipsa difficulter suscipit digōnē. Si aūt feb. fuerint qete indicat lōgitudinē ꝓpter grossitudinē humoris.

¶ In speciali ponit signa ab vrina. Et pmo ponit signa ex q̃titate diuidenda cū crisi. Scdo ponit signa aggregata ex istis simul. ibi

(Oleaginea.) Tertio in quodā capitulo assumat signa mala ab vrina. ibi (Aquosa ꝛ ꝓcedēs.) ∇ Prima in q̄tuor. Primo ponit signa sumpta ex q̄titate. Scđo ex substātia. ibi (Urina tenuis.) Tertio ex colore. ibi (Urina alba in egritudinibus.) Quarto ex sedimine. ibi (Sedimen.) Quid dicat in prima parte patet.

¶ Signa sumpta ex tenuitate vrine. Cap. 82m.

Urina tenuis qn̄qꝫ fit sicut in diabete ꝛ est cū ea assiduatio sitis ꝛ velocitas surgēdi ad vrinā ꝛ facilitas egressiōis. Et qn̄qꝫ fit ꝑꝑ cruditatē ꝛ oppilationē ꝓhibentē exitū m̄aei: ꝛ qn̄qꝫ fit ꝓpter debilitatē virtutis alteratiue ꝛ nō est cū facilitate exitus ꝛ est minoris malitie q̄ꝫ diabetis.

¶ Prio pōit signa ab vrina tenui. Scđo a grossa ꝛ turbida. ibi (Cū cōuertit.) ∇ Pria in duas. Primo facit h̄. Scđo ponit cañ. ibi (Et scias.) ∇ Prima in q̄tuor sicut q̄tuor ponit signa. Scđa ibi (Et qn̄ mingit.) Tertia ibi (Et qn̄ ꝯuertit.) Quarta ibi (Et cū mltiplicat)

¶ Dicit p̄mo ꝛc̄. ꝛ est miōris malitie. Causa sumit a Gal. ꝑ de crisi 12. cap. q2 illa est miōris malitie in q̄ est destructio vni⁹ solius virtutis q̄ꝫ illa in q̄ est destructio duaꝝ virtutū. mō in diabete sūt destructe due virtutes. s. digestiua ꝛ retētiua sicut ponit ibidē Gal.

¶ Et qn̄ mingit vrina tenuis in egritudinib⁹ acutis ꝑ aliquot dies significat ꝑmixtionē. Q2 si accidat permixtio ꝛ ꝑseueret tenuitas sign̄at mortē velocē ꝓpterea ꝙ m̄ae superueniūt in cerebro ꝛ aufert aīa.

¶ Et qn̄ mingit: q2 significat deriuationē m̄ae a partib⁹ epatis ꝛ a vijs vrine. Et q2 in febrib⁹ acutis est m̄a acuta apta ascēdere: ideo significat permixtionem rationis. Q2 si accidat ꝛc̄. q2 significat confirmationem materie in cerebro.

¶ Et quādo ꝯuertit ad grossitudinē cū qua nō fit alleuiatio fortasse est ꝑꝑ liquefactionē mēbroꝝ.

¶ Patet.

¶ Quādo multiplicat vrina aquosa apđ horā exacerbatiōis febris totalis significat ꝙ apostema eueniet in inferioribus. Et ꝯsidera in substantia permixta colori in capitulis que sunt post istud etiam.

¶ Et qn̄ multiplicat in hora exacerbatiōis totalis: q2 in hora augmēti vel stat⁹: q2 sign̄at m̄am crudā grossam: iō aptā eūari ad ex. Et ꝯsidera in substantia. ꝛ q2 tenuitas pōt esse mixta rubedini.

¶ Et scias ꝙ tenuitas est sicut ipsa nō iungat nigredini ꝛ rubedini. Si aūt fuerit tūc scias ꝙ cā in h̄ est res tingens aut vehementia virtutis qualitatis egritudinalis imprimentis in aquam.

¶ Ponit cañ. Et scias ꝙ tenuitas est. i. ꝯtingit fieri. i. ꝙ qn̄ nō minuit ꝛc̄. vult ex h̄. A. ꝙ tenuitas vrine de se vt est tenuis non debet ꝯiungi rubedini vel nigredini: q2 rubedo vel nigredo in vrina accidit aut ex ꝑmixtiōe humoris cū ea q eā tingit: ꝛ tūc vrina nō manet tenuis īmo ingrossat: q2 sicut calor agēs causat colorē: ita agit in sub̄am ingrossando: q2 vrina tenuis de se non debet esse rubea nec nigra. si ergo est: aut ergo est ex causa extrinseca tingente ipsam: aut ex occasione calidi p̄ter nām ꝛ hic est calor malus.

¶ Signa sumpta ex grossitudine substantie ꝛ conturbatione eius. Cap. 83m.

Cum conuertitur vrina tenuis in grossam in febre ꝯtinua ꝛ sunt signa bona sign̄at crisim cū sudore. Si v̄o nō fuerint signa bona aut fuerit febris vehementis adustionis significat inflāmationem in corde aut in epate.

¶ Primo ponit signa ab vrina grossa que p̄us fuit clara ꝛ tenuis. Scđo ab vrina turbida que postea clarificat. ibi (Et clarificatio.) Tertia ab vrina turbida que remanet turbida. ibi (Urina grossa.)

¶ Urina tenuis. s. multū ꝛ grossa. s. pauca significat crisim cū sudore: q2 significat ꝙ ista m̄a que reddebat vrinā multā ꝛ tenuē deriuat a partib⁹ epatis ꝛc̄. ꝛ q2 ista erat subtilis: signū q2 reddebat ipsam tenuē: iō expellit per sudorē. aut fuerit ꝛc̄. vnde ꝑꝑ inflāmationē cōsumpta est ista m̄a ingrossata: vnde nō est grossa pauca.

¶ Et clarificatio vrine grosse ante crisim est signū nō bonum: illud nāqꝫ significat retentionem materiei ꝛ defectum nature in expellendo eam. ¶ Patet

¶ Urina grossa turbulenta in qua nō residet aliquid ꝛ nō clarificat significat ebullitionem humoꝝ ꝓpter vehementiā caliditatis extranee ꝛ debilitatē inate digerentis quapropter est mala. Cum vrina est spissa ꝛ ꝓprie in quarto multiplicat crisis febriū ex laxitudine ꝛ ꝓprie si associat ei fluxus san. narium.

¶ Prio ponit vnū signū. Scđo aliud. ibi (Cū vrina spissa.) Ista vrina ex ꝑte qua est turbida significat fortē ebullitionē: sed ex parte qua nihil residet in ea sign̄at đbilitatē digestiue cū vrina: sicut ponebat supra Auicē. in cap. de signis crisis per exiturā: ꝛ tūc apparet vrina tenuis ꝛc̄. vnde per vrinā spissam in q̄rto vel per fluxuꝫ sanguinis nariū vel per vrinā q2 grossior expellit per vrinā ꝛ subtilior per fluxū sanguinis narium. Aliud pōt sumi ex afor. 4. parti. afor. 75. s. Quibuscūqꝫ spes est ꝛc̄. ꝛ cōmē. ibidē.

¶ Signa sumpta ex vrina alba. Cap. 84m.

Urina alba in egritudinib⁹ acutis sign̄at declinationē m̄aei nō ad ꝑtē venaꝝ ꝛ istrumēta vrine: fortasse. n. declinat ad cerebrū ꝛ erit dolor capitꝭ aut frenesis: ꝛ fortasse declinat ad cerebrū ꝛ erit dolor capitꝭ ꝛ frenesis: ꝛ fortasse declinat ad q̄dā viscera ꝛ sign̄at apostema. Et si sunt signa ad icolumitatē decliuia sign̄at ꝙ egrediet cū vomitu ꝟm plurimū ꝛ ꝓprie qn̄ nō est signū in sol'one vētris cui succedat excoriatio itestinoꝝ. Et qn̄ est vrina alba tenuis in febre acuta: deide accidit ei ꝯturbatio ꝛ grossitudo cū albedine sua sign̄at spasmuꝫ ꝛ mortē.

¶ Ponit signa ex colore. Et primo a colore albo. Secundo a nigro. ibi (Scias.) Tertio a rubeo. ibi (Urina rubea.) Quarto a subalbido vel flauo. ibi (Urina flaua in febre acuta.) ∇ Prima in duas ꝟm ꝙ duo ponit signa. ibi (Et quando nigra.)

¶ Notādū ꝙ ista vrina vniuersaliter significat deriuationē m̄ae ex vijs vrine: tūc ergo vel apparēt aliq̄ signa mala: ꝛ tunc vel m̄a est subtilis: ꝛ tunc significat dolorem capitis. vel est grossa: ꝛ tūc significat ꝙ figit in aliquo membro ꝛ apostemat vel apparent signa bona: q2 signa ipsius crisis significant vomitum ꝛc̄.

¶ Signa sumpta ex colore in vrina nigra in febribus acutis. Cap. 85m.

Scias ꝙ nō verificat iudiciū penit⁹ đ morte ꝑꝑ nigredinē coloris vrie i egritudib⁹ acutꝭ lꝫ in seipo sit signū malū: ꝛ q̄ꝫuis associent ei iterū signa alia mala cuꝫ vides virtutē in ea fortē ꝛ ē potēs facē eūones diuersas ex oī gn̄e succedit ei qes sicut accidit mulierib⁹ qn̄ cū mēstruis purgant ab humorib⁹ malis: ꝛ ꝑꝑ h̄ iste mulieres sunt saniores: qm̄ ipse forsitan ꝑꝑ cām aliq̄ꝫ ꝯsuete sunt euacuari ab hmōi m̄a ex via mēstruoꝝ. Et scias ꝙ vrina nigra q̄ꝫto plus est pauca tāto ē deterior sign̄ans cōsumptionē humiditatis. Et iterū q̄ꝫto magis est grossior tāto ē deterior in egritudinib⁹ acutꝭ. Et qn̄ nigra est decliuis ad subtilitatē ꝛ tenuitatē ꝛ ē in ea sedimē pēdēs ꝛ est ei odor acut⁹ in febrib⁹ acutis idicat dolorē capitis ꝛ ꝑmixtionē. Et certior dispōnū ei⁹ est ꝙ significat fluxū sanguinis nariū nigri: qm̄ m̄a est acuta vincēs. Et fortasse erit cū eo sudor ꝑꝑ caliditatem cū nō suꝑfluit neqꝫ minorat ꝛ expellit versus suꝑfluitatē ꝛ āncedit sudorē eius horripilatio. Et qn̄ associātur vrine nigre in q̄ est sedimē pēdēs res nigra rotunda aggregata cum q̄ iuenit odor malus ꝛ tensio in lateribus ꝛ apostema sub hypocūdrijs ꝛ sudor significat mortē: ꝛ hmōi qdē tensio sub hypocūdrijs significat spasmū: ꝛ hmōi qdē sudor fit ex debilitate. Urina tenuis aquosa ad nigredinēꝫ decliuis sign̄at tenuitate

sua lõgitudinẽ egritudis ⁊ sua nigredine malitiã suã. Et dicit in vrinis nigris subtilibꝰ qñ ille cuiꝰ est vrina desiderat cibariũ morit. Et vrina tenuis nigra qñ cõuertit ad subalbedinẽ vel flauitatẽ ⁊ grossitiẽ ⁊ nõ associat ei vlla qes signat egritudinez in epate ⁊ ꝓprie icteritiã: qm̃ hec ꝯuersio q̃ est ad grossitiẽ a tenuitate ⁊ ad subalbedinẽ a nigredine signat diminutionẽ caliditatis ⁊ casuz digõnis. Et illd ẽ de illis qbꝰ associatur aut succedit leuitas. Et si nõ fuerit pp illud signat mãm iaz inuiscatã in epate ⁊ nõ ꝓpter mũdificationẽ ⁊ iam fecit accidere oppilationem: imo si est caliditas tũc iam subito faciet accidẽ apa. Urina tenuis nigra que mingit in febribꝰ acutis paulatim in tẽpore lõgo qñ est cũ dolore capitis ⁊ colli significat ꝺstructionẽ rõnis gradatim ⁊ est in mulieribꝰ magis saluũ.

¶ Signa sumpta ex vrina rubea. Cap. 86m.

Urina rubea in egritudibꝰ acutꝫ qñ ẽ cũ rubedine subtilis signat cũ signis laudabilibꝰ crisis velocitatẽ ⁊ cũ ꝯrijs eoꝝ signat velocitatẽ mortis ⁊ ex toto iflãmationẽ vehemẽtẽ: ⁊ subtilitas cũ rubedine signat in egritudibꝰ acutꝫ dolorẽ epatꝫ ⁊ pmixtionẽ. Et vrina rubea grossa in egritudinibꝰ acutꝫ qñ eiꝰ egressus fit paulatiz ⁊ frequẽter ⁊ ẽ cũ fetore signat timorẽ: qm̃ signat caliditatẽ vehemẽtẽ ⁊ ingetudinẽ ⁊ defectũ nãe. Uex qñ ẽ abũdãtis exitꝰ multi sediminis signat sepationẽ ⁊ ꝓpe in febribꝰ icẽsiuis. Et q migit san. purũ in acutꝫ morit: qm̃ signat repletionẽ sanguineã vehemẽtẽ cũ acuitate ebullitõis: ⁊ timet ꝺ hmõi ꝑfocatõe q̃ fit ex repletiõe vẽtriculoꝝ cordis si ꝺclinat ad cor aut apoplexia si ꝺclinat ad cerebrũ. Urina rubea valde si ꝯuertat i febribꝰ ex lassitudine factꝫ ad grossitiẽ: deide appeat sedimẽ plñ nõ subsidẽs ⁊ sit illic dolor capitꝫ: signat lõgitudinẽ egritudinis: qm̃ mã ẽ iobediẽs ꝙobrẽ nõ ingrossat priꝰ ⁊ postꝙ igrossat nõ subsidet velocit vex eiꝰ crisis fit p sudorẽ: qm̃ mã ẽ ꝺcliuis ad venas. Et hꝫ qdẽ vria assimilat vrie icteritie ⁊ dr̃t ab ea in h̃ ꝙ ñ tigit pãnos. Et ad sũmũ vrine rubee sube ⁊ rubei sedimis signant appetitũ ⁊ cruditatẽ ⁊ signant lõgitudinẽ qñ rubedo nõ ẽ vehemẽs ⁊ est illa que est ꝺcliuis ad turbulẽtiã.

¶ Signa sumpta ex vrina flaua. Cap. 87m.

Urina flaua i febre acuta qñ ꝯuertit ad albedinẽ aut ad nigredinẽ est mala: qm̃ signat p albedinẽ eleuationẽ mãei ad caput ⁊ per nigredinẽ acuitatẽ q̃litatis egritudinis.

¶ Signa sumpta ex sedimine. Cap. 88m.

Sedimen diuersum in substantia ⁊ colore qꝺ significat humoꝝ diuersoꝝ multitudinẽ est malũ. Et deteriꝰ eo est illud qꝺ est minorum partiũ: signant eniz ꝙ nã nõ põt expellẽ nisi postꝙ minorant ptes. Et leue qdẽ multotiẽs est magis significatiuũ bonitatis ꝙ albũ. Et multotiẽs viuit ille cuiꝰ sedimẽ est decliue ad rubedinẽ ꝫ est lene. Et morit ille cuiꝰ sedimẽ ad albedinẽ declinat sed est diuersuz asperũ. Substãtie eni bonitas vehementius est facilis ad suscipiẽdã expulsionez ꝙ bonitas coloris. Et signat iterũ ꝙ humores nõ patiunt ab egritudine plurimũ sicut sedimẽ bonũ qñ minorant eiꝰ ptes signat ꝙ nã operata est iã in eo valde ⁊ egritudo nõ egit in eo. Sedimẽ spumosuz ⁊ spuma plenũ cuiꝰ albedo est pp cõmixtionẽ aeris cũ eo est malũ valde egrediẽs a nã. Et crudũ est malũ. Et ille cuiꝰ supiora sunt rotũda ⁊ mouent meliꝰ est ꝙ sedimẽ cuiꝰ supior supficies est ꝯgelata ⁊ magis signatiuũ ꝙ egritudo est velocis statꝰ ⁊ acuta. Et sedimẽ ꝙ nõ añcedit tenuitas ⁊ paucitas supfluitatis imo est iuẽtũ in pncipio significat ꝙ humor est plurimꝰ nõ ꝙ sit digestꝰ: imo oz vt rubeat sedimẽ post aduẽtum digõnis ⁊ postꝙ fuerit vrina subtilis in pmis ⁊ postꝙ fuerit hypostasis pauca. Et dũ nõ est ita signat ꝙ mã grauis grossa ẽ multa ⁊ ꝙ egritudo iterficit ⁊ similr vehemẽtia tincture absqꝫ sedimine pauco. Et dũ nõ est ita nõ signat bonũ. Et qñqꝫ signat bonũ ⁊ maturitatẽ. Et qñqꝫ accidit illud pp dolorẽ ⁊ pp vehemẽtiã calitatis ⁊ famẽ. Tinctura. n. vrine ieiuni addit ⁊ miorat eius sedimẽ. Et sedimẽ rubeũ signat multitudinẽ sanguis ⁊ tarditatẽ digõnis: ⁊ associant eis in febribꝰ icẽsiuis iterum angustia ⁊ tristitia. Et si ꝓlõgat vsqꝫ ad q̃dragita ꝓlongat egritudo ⁊ fortasse nõ sperat crisis vsqꝫ ad q̃dragesimũ. Iterũ sedimẽ rubeũ pẽdẽs in q̃ est declinatio ad supiora cũ est in vrina tenui signat in egritudinibꝰ acutis pmixtionẽ rõnis. Si aũt pseuerat timet pditio. Si aũt vrine suba icipiat puenire ad grossitudinẽ ⁊ icipit pẽdẽs subsidere ⁊ albificat signat salutẽ. Sedimẽ qꝺ est ꝭm formã frusti carnis in febribꝰ acutꝫ siue signationibꝰ digõnis signat ꝙ est ex rasura membroꝝ ⁊ nõ est ex renibꝰ. Et qñ est illic digõ aut nõ est febris signat illud qꝺ scis de dispõne renũ. Et illꝺ qꝺ est sile sq̃mis piscis ⁊ nõ est signũ digõnis ⁊ febris est acuta est ex rasura febris quã facit in neruis ⁊ ossibꝰ ⁊ venis ⁊ in alijs fit ex vesica. Et furfureũ qdẽ signauit sile illiꝰ: ⁊ ꝙ febris icipit radere ex ꝓfũdo: ⁊ distiguit iter ipm ⁊ inter illud de vesica: qm̃ illud de vesica est cũ signis lesionis vesice ⁊ cũ digõne ⁊ grossitudine.

¶ Signa sumpta ex dispõnibus aggregatis propter significationes diuersas coloris ⁊ substãtie quaꝝ prima est in vrinis oleaginis. Cap. 89m.

Oleagina est illa cuius color ⁊ suba similant colori olei ⁊ eiꝰ sube: ⁊ lꝫ sit mala: tñ qñ alie signationes signant salutẽ nõ est cuz ea malũ. Sedimẽ ꝟo cũ est oleaginũ est malũ valde ⁊ oĩno oleaginũ purũ est malũ: ⁊ est illꝺ qꝺ facit tevidẽ colorẽ olei cũ citrinitate ⁊ viriditate. Et quãdo oleaginũ est accñs post vrinã nigrã: tunc est signatio bona ꝭm ꝙ testificat de ea Ruffus sapiẽs. Et ꝺteriꝰ oleaginũ est illꝺ qꝺ est in pncipio egritudis. Et qñ significatiões signant malitiã ⁊ mingit vrina oleagina in q̃rto idicat mortẽ ifirmi in sexto. Et vria q̃ alterat subito ex signis laudabilibus ad signa vituperabilia signat in egritudibꝰ acutꝫ mortẽ: qm̃ signat casuz ꝟtutis subito pp prauitatẽ accñtiũ. Uria oleagina qñqꝫ signat pmixtionẽ rõnis: qm̃ fcã est ex exiccatiõe. Urina in q̃ sũt frusta sanguis ꝯgelati in fe. acuta qñ cũ ea est siccitas lingue est signũ maluz. Si aũt fuerit nigra

cum hoc:

cū hoc: tūc illud est deterius. Et nō currit san. in vrīa
in febre acuta nisi ꝑꝑ vehemētiā acuitatꝫ eius: ⁊ ꝓpea
ꝙ disrūpit vasa ⁊ vias eiꝰ. Et eiꝰ ꝯgelatio est ꝑꝑ ve-
hemētiā calītatis ipsiꝰ. Urina alba tenuis in qua est
spuma ⁊ nubes citrina sigñat timorē vehemētē ꝑꝑ il
lud qꝺ ipa sigñat de exacerbatiōe ⁊ vehemētia acui-
tatis materiei. Et nos qdē iā locuti fuimꝰ de vrina te-
nui nigra in quo est sufficiētia. Urina tenuis flaua in
p̄ncipio febriū acutaꝝ qñ ꝯuertiť ad grossitiē ⁊ ad al-
bedinē: deide remanet feculēta turbida sicˉ vrina asi-
ni ⁊ īcipit exire īuolūtarie ⁊ sūt illic vigilie ⁊ ingetudo
sigñat spasmū vtriusqꝫ lateris cui succedit mors qñ ñ
fuerint signa bona vicētia illa. Urina enī q̄ est cū fla-
uo colore nō subtiliatur nisi ꝑꝑ dñium humoris cho-
lerici calī ⁊ nō īgrossať ⁊ īspissať nisi ꝑꝑ exacerbatio-
nē egritudis ⁊ cōmotionē in dispōnibus materiei. Et
dixerūt de vrina pauca que est cū colore sanguis qꝺ
est mala p̄cipue qñ cū infirmo est passio venenosa.

¶ Signa male sumpta ex parte qualitatis separatio-
nis vrine. Cap̄. 90m.

Quando febrē acutā patiēs nō pōt mingere
nisi paꝝ ⁊ cū dolore absqꝫ vulnē aut apate ī
instrīs vrine ⁊ cū frequētia pulsus ⁊ dbilita-
te est signū malū cū retineť vrina in febre cō
tinua ⁊ est vehementia doloris capitꝫ ⁊ multitudo su-
doris sigñat cuzegi. Urina q̄ guttatim stillať in febre
ꝯtinua ⁊ cū vehemētia doloris capitis ⁊ multitudine
sudoris sigñat cuzegi. Et vrina q̄ guttatim stillať ī fe-
bre qeta sigñat fluxū sanguis nariū. Qꝛ si febris fue-
rit acuta icēsiua sigñat dispōnē malā aduenietē cere-
bro. Et si fuerit qeta sigñat multitudinē repletiōis et
debilitatē nāe ī expellēdo. Et cā vrine egredientis in
feb. acutꝫ īuolūtarie ē dbilitas v̄tutis aut nocumētū in
cerebro ⁊ nō fit illud nisi ꝑꝑ ascēsionē māe acute cale
facte ad cerebrū qꝛ cōicāt ei membra lacertosa.

¶ Numeratio signoꝝ maloꝝ in vrina. Cap̄. 91m.

Aquosa ꝓcedens ⁊ fetida ⁊ nigra ⁊ grossa est
mala. Et illa in qua ꝓcedit ex īferiori ꝑte eiꝰ
vsqꝫ ad ipsiꝰ suꝑiorē sicˉ fumꝰ ē mortalis ꝓpi
qua. Et iteꝝ piguis cuius color est color aq̄
carnis cum fetore dominātē est mortalis.

¶ Signa in egrotis mala generum diuersorum quoꝝ
malitia est propter aggregationem eorum in febrici-
tantibus ⁊ alijs. Cap̄. 92m.

Quando aggregať vomitus ⁊ punctura ⁊ ꝑ-
mixtio rōnis: tūc illud est signū mortale.

¶ Ponit signū ꝓnosti. aggregatuꝫ ex malis dispōnibꝰ
stōchi ⁊ cerebri. nā motꝰ ⁊ pūctura sigñant lesionē ce-
rebri: aut ꝑꝑ apa qꝺ est in eo de mā calā pūgēte: aut ꝑꝑ cōpassio-
nē qꝛ cōpatiť cerebro ꝑꝑ apa calꝫ stōchi. Permixtio vo rōnis si-
gñat lesionē cerebri ꝑꝑ apa calidū cerebri: aut ꝑꝑ cōpassionē ad
stōchū: qꝛ. s. in stōcho est apa calīm: cuiꝰ fumi ascēdunt caput ⁊ fa
ciunt ꝑmixtionē: vnde cū hoc acciderit: aut significat apa stōchi
tm̄ aut cerebri tm̄: aut vtriusqꝫ simul ꝓ tāto sigñant mortem.

¶ Qñ diuśificať alteratio corꝑis ī tactu ⁊ ī colore ⁊ ī
eo qꝺ euomiť ⁊ ī eo qꝺ eūať sigñat ꝙ nā ē ābigua cū
hūoribꝰ diuśis ⁊ egritudibꝰ diuśis cui nō est necīū re
sistere eis oībꝰ: ⁊ est ꝓculdubio de illis q̄ deficiūt ci.

¶ Ponit signum ꝓnosticū aggregatū ex diuersitate tangibilis vi-
sibilis ⁊ eius ꝙ euacuatur al's euomitur.

¶ Quando aggregantur in feb. īseparabili frigus eiꝰ
qꝺ apparet ⁊ adustio interiorum ⁊ vehementia sitis
cum hoc: tunc illud est mortale.

¶ Ponit signū ꝓnosti. aggregatū ex frigore appente ⁊ adustiōe in-
teriorum ⁊ vehementia sitis. Iste est afoꝛ. 4e particu. In non de-
ficientibus feb. si que quidem extra frigida fuerint.

¶ Cuꝫ aggregatur cū percussiōe dentiū ꝑmixtio in ra
tione: tunc eger approximat perditioni.

¶ Hic ponit signū ꝓnosti. aggregatum ex frigore apparēte al's ex
percussione dentium ⁊ rōnis permixtione: ⁊ hoc est ꝓnosti. ꝑmi
ꝓno. Hip. 24. s. Qꝛ si frēdeant cum insania mors vicina est.

¶ Qñ accidūt īfirmo subito fluxus ventris niger cum
adustiōe ⁊ mordicatiōe ⁊ dolore adurēte in vētre eiꝰ
⁊ pulsus cordis ⁊ syncopis est signum mortis.

¶ Signum aggregatum ex mala dispositione ventris ⁊ cordis su
bito: per hoc monstratur ꝙ non est motus creticus.

¶ Qñ sudāt duo cornua frōtis sudore frigido ⁊ citri-
nantur vngues ⁊ virides fiunt ⁊ alterantur ⁊ apatur
ligua ⁊ appet suꝑ ipsaꝫ ⁊ suꝑ corpꝰ pustula exnea: tūc
mors ē ꝓxima. Et si fuerit in ꝑtibꝰ hypocūdrioꝝ per-
cussio ⁊ saltꝰ cū febre: deide cū h̄ oculus moueť motu
malo: tūc opꝫ vt expecteť malitia dispōnis: qm̄ h̄ dis-
positio sigñat vētositatē inflatiuā ⁊ ꝑcussionē que fit
ꝑꝑ apa vehemēs ⁊ ꝑꝑ vehemētiam ꝯstrictiōis vene
magne. Et pulsus vehemēs ꝑcussionis ꝯtinuus ma-
gnus valde associať manie: ⁊ opꝫ vt ꝯsidereť: fortas-
se enī ꝑcussio ⁊ saltꝰ non sunt sūmerse ad viscera: imo
in eo qꝺ appet de myrach ⁊ illꝺ nō est nociuū. qñ est
cū eo apa nisi suꝑfluat valde in magnitudie. Et si ꝑ-
seuerat h̄ dispō vigiti diebꝰ ⁊ nō sedanť apa ⁊ febris
sigñat ꝙ aperieť: ⁊ tūc fortasse saluabiť īfirmꝰ ⁊ illud
erit ꝑ vrinā exuberātē: aut ꝑ mutationē māei ad ex-
tremitates ⁊ ꝓprie ad pedes. Illi q dbilitanť ex egri-
tudibꝰ qñ accidūt ei anhelitꝰ frequēs ⁊ syncopis: tūc
iā appropinquāt morti ⁊ nō addūt suꝑ q̄tuor horas.

¶ Pronosticatio Hippo. p̄ ꝓnostic. 29. tex. cū diciť. Sudor fridus
malus si in ceruice pectore ⁊ in capite solo qm̄ in acuta fe. mortē
sigñat: in lēta vo ꝓlixitatē. Hip. circa 2m ꝓnosti. tex. cō. 8. s. Si li-
uor admixtus viridi vnguibꝰ digitisqꝫ affuerint mortē significat.

¶ Uene magne. Arterie dorso adherentes. naꝫ quando arterie mo
uentur sentitur percussio in hypocundrys.

¶ Cū hō hꝫ febrē incēsiuā ⁊ inuenit alleuiationē ⁊ qe
tem caliditatis subito absqꝫ crisi manifesta cū eūatio
ne aut permutatiōe ⁊ sine extinctione vltima ⁊ sine ꝑ-
mutatione de aere ad aerē in regione: aut in duabus
regionibꝰ ⁊ qescit qꝺ est in pulsu de velocitate ⁊ iue-
niť sicˉ tranqllitas: tūc iudica ꝙ moriť velociter.

¶ Signū ꝓno. mortis ex alleuiatiōe īfirmi absqꝫ cā manifesta.

¶ Cū hōi inest febris ⁊ pulsat cor eiꝰ subito ⁊ iuadit euꝫ
singultꝰ ⁊ stringiť vēter eiꝰ sine cā cognita moriť.

¶ Signum proprium aggregatum ex subita pulsatione cordis et
incisione singultus ⁊ strictura ventris.

¶ Cū q egritudinē hꝫ acutā mingit vrinā albā subtilē
deide ingrossatur postea ebullit ⁊ albescit ⁊ remanet
ebulliēs ita ⁊ q̄si vrina asini ⁊ migiť īuolūtarie ⁊ sunt
vigilie ⁊ ingetudo sigñat thetanū apparētē in vtrisqꝫ
lateribꝰ deide moriť. Diciť cū vrina silis muri postqꝫ
fuit alba asi illꝺ ⁊ suꝑ ipsaꝫ fuerit sicˉ spuma deide cu-
currerit ex naribꝰ sang. niger: tūc illꝺ est res mala.

¶ Signum aggregatum ex malis dispositionibus vrine ⁊ malo flu
xu sanguinis narium. Almuri est genus salsamenti.

¶ Et de signis malis que qdā medicoꝝ dixerūt ⁊ non
tēdit rōcinatio ad ea nisi cū grauitate sunt ꝙ dī quā-

do appet in hoie sup venã que est in collo ei⁹ pustula sil'is grano cucurbite cũ variolis albis plurimis ⁊ accidit ei desideriũ rez calidaz. Et dĩ qñ appet in hoie in tempore sinistro pustula dura rubea ⁊ accidit hñti eã cũ hoc pruritus vehemens in oculis eius morif in die decimo ⁊ hñs hunc dolorẽ desiderat sisamos. Et dĩ q̃cũq̧ egritudo vehemẽs accidit subito deinde sequif illã vomitus aut fluxus vẽtris est sigñatio mortis. Dĩ ꝙ qñ accidũt febriẽti ⁊ alij apata ⁊ vlcera leuia: deinde destruif rõ eius morif. Dĩ ꝙ qñ inest hoi mollities in facie in corpe ei⁹ ⁊ nõ est dolor ⁊ accidit in p̃ncipio illi⁹ prurit⁹ in naso suo morif in scdo ⁊ tertio. Et dĩ ꝙ qñ inest homini super genu ei⁹ simile vue rotũde ⁊ illud est nigrũ ⁊ in circuitu eius rubeũ morif ipse cito vsquequo expectẽtur quinquaginta dies. Et signum mortis eius est ꝙ sudat sudore frigido.

¶ Hic ponit signa pronostica emperica vsq̧ ad finem.

¶ Signa longitudinis egritudinis. Cap̃. 93m.



Scias ꝙ lõgitudo egritudinis fit ꝑꝑ grossitudinem in viscerib⁹: aut ꝑꝑ ꝑmixtionẽ in regimine ⁊ ẜm oẽm dispõnẽ debilitatur in ea stomachus qm̃ tangit ipsum tarditas.

¶ Signum longitudinis egritudinis qð sumitur a grossitie viscez ⁊ errore regiminis.

¶ Et digõ eq̃lis sigñat eã aut tarditas sediminis pendẽtꝫ aut assiduatio sedimĩs rubei itez: ꝑuitas eniz apparitionis sediminis sigñat lõgitudinẽ egritudinis.

¶ Signa a digestione aut indigestione.

¶ Et sil'r qñ ẽ cũ acuitate egritudis pulsus magn⁹ ⁊ facies ei⁹ piguis ⁊ hypocũdria iflata q̃ nõ ꝺtumescũt sigñat paucitatẽ resol'onis ⁊ lõgitudinẽ egritudinis.

¶ Signum a saltu ⁊ dispositione faciei ⁊ hypocũdriorum.

¶ Cũq̧ adueniũt signa crisis añ digõnẽ ⁊ nõ caditvt⁹ ⁊ nõ apparẽt signa mortis: tũc egritudo prolõgaf. Et scias ꝙ terribilitas crisis qñ nõ iuuat ⁊ nõ nocet ⁊ dispõnes remanẽt ẜm modũ suũ: tũc egritudo est lõga.

¶ Signa sumpta ex parte crisis.

¶ Et multitudo saltus in egritudine significat lõgitudinem eius ⁊ proprie cuz vehemens fit a p̃ncipio rei. In fine vo eius est rectius.

¶ Signum sumptum a saltu.

¶ Et qñ associanf eũonib⁹ paucis que sigñant ꝙ natura mouit mãm ⁊ deficit in expulsione eius itegra siue sit sudor: aut fluxus sanguis narium: aut alia signa bona: aut ꝑuatio signoz maloz sigñat lõgitudinem.

¶ Signum a defectu euacuationum.

¶ Et quando remanet sedimen rubeum vsq̧ ad quadraginta dies indicat longitudinem febris: ita vt nõ speretur crisis ⁊ separatio vsq̧ ad sexaginta.

¶ Signa a permanentia sediminis rubei.

¶ Pollutio i p̃ncipio egritudis sigñat lõgitudinẽ.

¶ Signum a pollutione.

¶ Cum vides signa longitudinis egritudinis in dieb⁹ antecedentibus: tunc non est significatio eorum sicut significatio ipsorum post illud.

¶ Signum longitudinis qð sumitur a tp̃e sue operationis.

¶ Et cum videris illud qð est cõtrariũ illis signis magis verificari forsitan appere in medijs dieb⁹ ⁊ in posterioribus eius: tunc considera iudiciuz indicationis vt scias ipsa in quo die erit ⁊ ille dies quo die indicaf ⁊ obserua conditiones predictas in ea.

¶ Nã dixit supra nõ confidas in signis bonis apud statum neq̧ timeas mortalia cum incipiũt. ⁊ cap̃. de iudicijs signoz maloz.

¶ Et ꝯsidera dispõnem virtutis ⁊ etatis ⁊ temporis ⁊ complexionis ⁊ dispositionem motuum egri in quantitate ⁊ qualitate sua ⁊ añcessione ⁊ postpositione sua ⁊ horarum suarum proprie in statibus acute ⁊ longitudine eius ⁊ abbreuiatione eius an sit ad motuz decliuis aut ad quietẽ ⁊ iudica per quãtitatem eius.

¶ Signa generalia sumpta a virtute etate tempore anni complexione ⁊ dispositione motus egritudinis.

¶ Signa ꝙ egritudo consumetur crisi aut resolutione. Cap̃. 94m.



Cum fuerit virt⁹ fortis valde ⁊ ꝑoxismi augmẽtati in q̃litate ⁊ quãtitate ⁊ etas ⁊ cõplexio ⁊ tp̃s declinãt ad motionẽ nõ ad qetez ⁊ digõnis ⁊ eius ꝯrij signa festinãtia: tũc egritudo ꝯsumetur cũ crisi. Et si res fuerit ecõtrario ⁊ signa tarditatis iuẽta: tũc egritudo ꝓlõgaf ⁊ interficit cũ resol'one aut remouef. Et si diuersificaf erunt crises diminute ⁊ tardate ⁊ cũ permutatiõe. Mors autẽ ⁊ vita significanf per dispõnes virtutis ⁊ signa alterationis vniuscuiusq̧ duaz rez ⁊ sui cõtrarij.

¶ Dictum Hippo. 2. regi. acu. tex. cõmen. 47. ⁊ 48. ꝙ plurimi horuz moriuntur qui ꝟo euadunt aut nato apostemate aut sanguie fluente. Mors. Respondit cuidam questioni.

¶ Judicia recidiuationis. Cap̃. 95m.



Deterior recidiuatio est illa q̃ est velocior ⁊ est cũ ꝟtute debiliore ⁊ associanf ei ꝓculdubio cũ est eius forma hec signa recidiuationis. Et vt eueniat recidiuatio errore regiminis saluius est q̃z vt eueniat ꝑ se cũ rectificatiõe regiminis. Et de errore in h̃ est dare in potu calefaciẽtia ⁊ medicinas qb⁹ vult aliqs bonitatẽ appetit⁹ sicut gleniabin mellinuz ⁊ trocisci rosacei ⁊ sil'ia. Et reliquie que remanẽt post crisim attrahũt recidiuationez cito nisi succurraf. Et recidiuatio vehemẽtior est q̃z radix qm̃ malitia eius est vehemẽs ⁊ status est debilis.

¶ Hoc cap̃. hz q̃tuor dicta. In p̃ ostẽdit q̃ sit mala recidiuatio. In 2° ponit cõparationẽ iter recidiuationẽ que fit ꝑ se ⁊ q̃ fit ꝑ errorẽ, ibi (Et vt.) In 3° notificat illũ errorẽ. ibi (Et de.) In 4° ponit cõparationem inter recidiuam ⁊ radicem. ibi (Et recidiuatio.)

¶ Signa recidiuationis. Cap̃. 96m.



Et in illo cui⁹ febris nõ qescit ꝑ crisim cõpletã ⁊ in die suo timef recidiuatio. Et si fuerit quies eius sine crisi oĩno nõ est excusatio recidiuationis ⁊ proprie quando crisis est cuz eis que sũt sicut variole aut icteritia aut scabies ⁊ ad summum cum ea que fit in cute.

¶ Cũ in p̃nti cap'o posuit iudicia recidiuatiõis. In h̃ cap̃. ponit signa ei⁹. Et p̃ ponit signa sigñantia recidiuationẽ q̃ a crisi sumunf.

Dubium

¶ Dubitaf ẽt circa illud ꝟbũ cũ dicit cũ ea q̃ fit in cute. vtrũ sit verũ. Et videf ꝙ nõ: ꝙ crisis que fit in cute fit cũ recidiua. Naz crisis que fit ꝑ sudorẽ fit in cute: ⁊ tñ nõ semꝑ fit cũ recidiuatiõe: imo vtplm̃ sine ea. Dic ꝙ intelligit de crisi permutationis. crisis aũt per sudorẽ nõ est crisis ꝑmutationis: sed est crisis eũonis.

¶ Et sigñaf qñq̧ ꝙ erit recidiuatio ex debilitate virtutis ⁊ appetitu ⁊ nausea ⁊ malitia aĩe ⁊ paucitate digestiõis ⁊ corruptiõe cibi in stõcho tẽdẽtis ad acetositatẽ ⁊ fumositatẽ ⁊ inflationẽ hypocũdrioz ⁊ ꝑtiuz epatis ⁊ splenis ⁊ corruptione somni ⁊ longitudine vigiliarum ⁊ vehemẽtia sitis. Et vehemẽtia inflationis faciei ꝓprie est signum maluz ⁊ ꝓprie in palpebra superiore ⁊ ꝓprie eius apostematio ⁊ ipsius abbreuiatio ⁊

tio ⁊ similiter cum resolõne inflationis faciel.
¶ Ponit signa que sumuntur a virtute digestiua ⁊ appetitiua.
¶ Et de illis que significãt eã est vt corpus bene reci-
piat cibum ⁊ nõ remoueat̃ ꝑ ipsuz extenuatio ⁊ ꝓprie
qñ ista accidentia mala apparent ⁊ vehemẽtiora fiũt
in horis paroxismorum egritudinis que fuit.
¶ Ponit sig^a q̃ sumunt̃ ab appetitu ⁊ his q̃ sequunt̃ appetitum.
¶ Et quandoqꝫ significatur recidiuatio ex pulsu quã-
do remanent in eo spissitudo ⁊ velocitas.
¶ Ponit signa que sumuntur a pulsu.
¶ Et ex profundatione exiturarum creticaruz ⁊ occul
tatione earum.
¶ Signa ab apostematibus creticis.
¶ Et ex vrina quãdo in ea remanet tinctura plurima
citrinitatis aut flauedinis aut rubedinis aut est ex il-
lis in quibus non pendet sedimen neqꝫ residet: ⁊ quã-
do vrina ĩfirmi non similat̃ vrine eius naturali.
¶ Signa ab vrina.
¶ Et quedaz tẽpora significantiora sunt recidiuatio-
nis q̃ꝫ quedam alia sicut autũnus: in ipso eniz plus ca
dit recidiuatio q̃ꝫ in reliquis temporibus.
¶ Signa a temporibus anni. vnde dicit Gal. ꝙ apostemata nõ re-
cidiuãtur in hyeme. causa est quia non est motor in aere mouens
materiam ⁊ in vere virtus est fortis ⁊ in estate calor aeris est re
soluẽs ⁊ pori sunt aperti. sed in autũno ꝯcurrũt tres cause. s. debi-
litas virtutis: clausio pororum: ⁊ sufficiens motus in aere.
¶ Et genus egritudinũ iterũ adiuuat ad sigñandã re-
cidiuationem sicut febres apostemose cũ post se relin
quunt caliditatẽ ⁊ inflationẽ in viscerib^9: ⁊ sicut epile
psia ⁊ scotbomia ⁊ dolores renum ⁊ epatꝭ ⁊ splenis ⁊
emigranea ⁊ cephalea ⁊ catarrus ⁊ que ab ipso gene-
rant̃ de asmate ⁊ alijs ⁊ egritudinibus anhelitus.
¶ Ponit signum qđ sumitur a specie morbi.
¶ Cause mortis. Cap. 97^m.

Mors fit aut ꝑꝑ cãm qua corrũpit̃ cõplõ cor-
dis: aut ꝑꝑ cãm qua resoluit̃ ṽtus q̃re extin-
guit̃. Et facta ꝑꝑ cãm qua corrũpitur cõple-
xio cordis: aut est dolor vehemens: aut q̃li-
tas supflua de qualitatib^9 notis: aut est qualitas ex-
nea venenosa: aut est retentio materiei anhelitus. Et
ꝑꝑ h̃ opꝫ vt ne dimittantur resupini ⁊ ne dimittantur
guttura eorum desiccari.

¶ Species mortis accidit que in horis febriuz ⁊ signũ
qualitatis mortis infirmi. Cap. 98^m.

De illis est mors que accidit eis ĩ p̃ncipio pa
roxismi febris ⁊ augmẽto ei^9 aut reuolutiõe
eius. Et plurimũ eius est in febrib^9 ap̃atũ i-
trinsecorum vbi effunditur ad ista superflui-
tas subito. Et in egritudinibus malignis a quib^9 su-
peratur natura imprimis cuz mouet̃ cũ fortitudĩe p̃-
cipue si fuerit debilis ⁊ ad summum est sicut p̃focans
⁊ sicut extinctio ignis a multis lignis.
¶ Primo ponit quãdo homo moritur in principio paroxismi aut
in augmento eius.
¶ Et de illis est mors in statu paroxismorum febris ꝓ
pter superationem nature ab egritudine.
¶ Ponit qualiter homo moritur in statu.
¶ Et tertia est mors facta in declinatione ⁊ est pau-
ca ⁊ rara.
¶ Ponit qualiter homo morit̃ in declinatione paroxismorum.
¶ Et plurimũ eius est in declinatione particulari non
vniuẽli ⁊ causa in ea est ꝙ natura in ipsa est sicut secu-
ra ⁊ expãditur caliditas ⁊ partitur ⁊ dispartitur retẽ-
tio que necessaria est in horis principij. Et plures co-
rũ moriunt̃ cũ syncopi subito ⁊ q̃dã corũ gradatim.
¶ Unde nota ꝙ in principio paroxismi vadit calor ad centrũ cor-
dis. Sed quando fit declinatio paroxismi expanditur calor ad ex-
trema ⁊ dimittit cor vnde est mors.
¶ Et fortasse declinatio est ðclinatio q̃ est sine molli-
ficatione virtutis ⁊ resolutione caliditatis ĩnate qua-
re estimatur ꝙ sit declinatio leuis: ⁊ pulsus quidẽ di-
uersificatur in vtrisqꝫ declinationibus: ipse eni in ve-
ra confortatur ⁊ in falsa mollificatur: ⁊ in vera equat̃
⁊ in falsa diuersificatur ⁊ egreditur ab ordine.
¶ Hic distiguit de duplici ðclinatiõe: vera. s. ⁊ falsa. Querit̃ vtruz
declõ vera aut falsa cadat sub ðclõne vl̃i aut ꝑticulari. Nõ est du
biũ: q: ẽ hñ q̃dã declõ ꝑticularis vera in q̃ cadit morb^9 ⁊ ṽt^9 ꝯua-
lescit: ⁊ q̃dã falsa in qua ꝯualescit morb^9 ⁊ ṽtus deficit. Sꝫ de vl̃i
est dubiũ: sed si in ea cadit hec distõ cadit in hũc modum. s. ratiõe
etherogeneitatis mãe: vt q: ĩcipiat moueri aliq̃ ꝑs mãe que erat
parata quiescere. i. putrescere: ⁊ declinet se. sed anteq̃ꝫ perficiat̃
declinatio moueatur aliqua pars materie que remansit.
¶ In declinatione ṽo totali nõ moritur aliq̃s nisi ꝑꝑ
causas laboriosas de foris que supueniũt ĩfirmo ⁊ est
debilis sicut mot^9 aut eleuatio aut ira: ⁊ q̃ꝫdoqꝫ acci
dunt h^9 etiam prime. Et h^9 q̃dem mortẽ antecedit su
dor paucus viscosus. Et multotiens morit̃ aliquis in
variolis in declinatione. Et multotiẽs q̃dem antece-
dit eaz sudor inequalis ad frigus decliue: ⁊ fortasse in
capite ⁊ collo tm̃ aut in pectore tm̃.
¶ Supra posuit qualiter contingit mori in declinatione particu-
lari: ponit qualiter ꝯtingat in declinatione vniuersali.
¶ Et qñ cutis in aliqua specie est sicca tẽsa: tũc nõ erit
mors per sudorẽ: ⁊ cũ eius ꝯtrario erit cũ sudore.
¶ Distinguit de morte cum sudore ⁊ sine sudore.
¶ Vex plurimum mortis in egritudinib^9 mortalib^9 fit
ex mõ aliquo in hora in qua fit crisis bona in egritu-
dinib^9 saluis sicut si est egritudo in parib^9 erit mors
in parib^9: ⁊ si fuerit in ĩparib^9 erit mors in ĩparibus.
¶ Ponit similitudinem inter modum moriendi ⁊ euadendi.
¶ Et scias ꝙ causon ⁊ que ei sunt sĩlia attrahũt mor-
tẽ apud statũ ꝑoxismi: ⁊ accidũt cum ea accñtia mala
de ꝑmixtione rõnis ⁊ vehemẽtia angustie ⁊ ꝓfundi-
tate somni ⁊ debilitate tolerãtie febris: deide accidũt
dolor capitis: ⁊ tenebrositas oculoꝝ: ⁊ dolor oris sto
machi ⁊ ingetudo. Et flegmatica attrahit mortem in
principio ꝑoxismi: ⁊ tũc est frigus lõgũ ⁊ nõ calefit: ⁊
pulsus paruus valde ṽmicularis: ⁊ vehemẽs fit sõni
ꝓfunditas ⁊ pigritia. Et ad sũmũ vnaqueqꝫ attrahit
mortẽ in hora in qua ip̃a fit vehemẽtior sup ĩfirmum
plus: siue sit ĩcipiens: siue sit in augm̃to aut in statu.
¶ Ostendit que egritudines interficiunt magis in p̃cipio ⁊ que
magis in augmento. Nota ꝙ profundatio somni fit: quia calor na
turalis qui erat in cerebro recurrit ad cor ⁊ dimittit cerebrũ in-
frigidatum ⁊ humectatum: ⁊ sic fit somnus.
¶ Et mors q̃dem in augmento apparente q̃ñqꝫ acci-
dit in paucis tamẽ. Et quando tu ꝯsideras signa mor
tis in hora quã diximus ⁊ nõ inuenis ea: tunc non ti-
meas: ꝙ si ĩueneris ea tũc existima ꝙ erit mors. Si ãt
ꝯsecutuz fuerit illud aliq̃đ maloꝝ signoꝝ p̃dictorum:
tũc iudica ẜm plurimũ si fuerint paroxismi ĩpares ꝙ
ipse morietur in septimo: aut pares ꝙ moriet̃ in sexto
precipue si fuerit egritudo velocis motus.
¶ Ostẽdit ꝙ augm̃to apparẽte raro ꝯtingit mori: ⁊ vocat augmẽ-
tum apparens recedẽte principio ⁊ veniente augmento.

¶ Sighationes mortis absqꝫ crisi. Cap. 99[m].

Quarto querit qs istoꝝ duoꝝ motuum indigeat tēpoꝛe lōgiori an digestio an diuisio. Et videt q diuisio: qꝛ difficilius est mouere substātiam q̄ȝ qualitates: ḡ diuisio exigit tps longius q̄ȝ digestio. ¶ Ad oppositū est illud quod videmus de die. 11. nā dies. 11. est indicatiua quartedecime. Digestio igit durat deceʒ diebus: ꝛ diuisio solū tribus. tēpus igitur digestionis est lōgius q̄ȝ tempus diuisionis: ꝛ hoc est cōcedendum. ¶ Ad rōnem in oppositum dicendum est q q̄ȝuis facilius sit mutare qualitates q̄ȝ mouere substantiam: tamen quia diuisio inuenit subiectum dispositum: ideo digestio exigit tempus longius q̄ȝ diuisio.

¶ Signa digestionis ꝛc. Cap. 23ᵐ.

Digestio. ¶ Dixi in pꝛinᵒ huius secūde fen q tota ista secūda fen est de duabꝰ rebus. s. de pnosticatione febꝛiuʒ: ꝛ de diebꝰ creticis in qbꝰ fit febꝛiū pnosticatio. Dixi ēt q pnosticatio febꝛiū est de qnque rebꝰ. Pꝛima est crisis. Scδa est bonuʒ ꝛ malū seu dispō īfirmi tēdens ad bonuʒ vel ad maluʒ. Tertia est lōgitudo ꝛ bꝛeuitas febꝛis. Quarta est recidiuatio. Et quinta est moꝛs ꝛ vita. ¶ Cū igit vsq ad locū istuʒ tractauerit auctoꝛ de pnosticatione pꝛime rei vt de pnosticatione crisis febꝛiū. Jn hac pte tractat de pnosticatiōe secūde rei vt de pnosticatione feb. que est ad bonū vel ad malū: seu de pnosticatiōe dispositionis tēdētis ad bonū vel ad malū. Et qꝛ digestio ꝛ idigestio sunt cā dispōnis īfirmi tēdētis ad bonū vel ad malū: ꝛ effectꝰ non bn̄ cognoscit sine cognitiōe cāe: iō auctoꝛ habuit necessitatē tractādi de digōne. ¶ Diuidit aūt hec ps in ptes duas. Jn p̊ tractat de digōne ꝛ idigōne. Jn zᵃ tractat de signis pnosticātibꝰ bonam dispōnē aut malā īfirmi. ibi (Nō oīs alteratio.) Que est sequēs capituluʒ: ꝛ pʒ sermo eiꝰ in h̊ cap. ¶ Scias tn̄ q p h̄ qδ dicit in fine capituli: tūc expecta eā: intelligit q tūc expecta digestionem.

Primo queritur hic: vtruʒ in infirmis possit eē digestio. Et vr̄ q nō: qꝛ digestio fit a virtute foꝛti: sed in infirmis ꝟtutes sunt debiles: ḡ in eis non potest digestio inueniri. ¶ Ad oppositum est auctoꝛ in hoc. c. ꝛ hoc est cōcedendum. ¶ Ad rōnem dicendum q q̄ȝuis virtutes in infirmis sint simplr̄ debiles ꝛ respectu infirmoꝛū: tamē respectu alicuius determinate materie possunt esse foꝛtes: ꝛ sic est in infirmis in egritudine salubꝛi.

Secundo dubitatur de hoc qδ vult q indigestio substātie sit mala cū indigestio substātie faciat humoꝛē eē qetū nō partitū: digestio ꝟo faciat eū esse mobilē ꝛ partitū in ptes. Et ex quiete humoꝛis īfirmus alleuiat: vt dr̄ in fine tertij ca. superiꝰ. ¶ Ad qδ dδm q indigestio substātie est mala: qꝛ significat mām egritudinis retineri in coꝛpoꝛe. ¶ Ad rationem dicendū q q̄ȝuis diuisio que fit in humoꝛibus faciat infirmum inquietum dum diuisio fit: tamē facta ꝛ finita diuisione infirmus quiescit ꝛ alleuiatur: ꝛ ideo idigestio substātie mala est. Et scias q indigestio substantie vꝛine de qua est hic sermo est tenuitas substātie vꝛine.

Tertio queritur vtrū post apparitioneʒ signoꝝ digōnis possit febꝛis sublimari. Et vr̄ q sic: qꝛ digestio māe frigide est calefactio: sed qn̄ mā est calefacta: tūc sublimat febꝛis: ḡ post apparitionē signoꝝ digestionis pōt febꝛis sublimari. Secūda rō: in statu sublimat febꝛis in egritudie salubꝛi: ꝛ tn̄ pꝛius apparuerūt sigᵃ digōnis. ¶ Ad oppᵐ ē auctoꝛ i lr̄a. Et h̊ ē ꝯcedēdū. ¶ Ad pmā rōnē dδʒ q qn̄ mā frida digerit: tūc caloꝛ nālis augmētatur: ꝛ caloꝛ nālis augmētatꝰ nō pmittit sublimari. i. augm̄tari febꝛē. ¶ Ad scδam dδʒ q in statu non sublimat egritudo: sed soluʒ accn̄tia.

¶ Judicia de signis absolute. Cap. 24ᵐ.

Non omnis. ¶ Cū auctoꝛ in ca. pꝛecedēti tractauerit de digōne ꝛ indigestiōe tāq̄ȝ de causis dispōnis infirmi tendentis ad bonū vel ad maluʒ. Jn hac parte incipit tractare de signis pnosticātibus bonā ꝛ malā dispōnē infirmi. Et diuidit hec ps in ptes duas. Jn pma docet vitari quēdā erroꝛē circa signa pdicta: ꝛ h̊ facit in hoc p̊ cap. ꝛ pʒ qδ dicit. Jn scδa īcipit tractare de dictis signis. ibi (Signa bona.) Que est sequēs ca. Et hec in duas. Jn pma tractat de dictis signis bonis ꝛ malis in generali. Jn secunda tractat de signis malis in speciali diuersificando ea a pte membꝛoꝛum ꝛ alioꝛum. ibi (Mala diuersificant.) que est zᵐ. c. infra. ¶ Pꝛima in duas. Jn pꝛima tractat de signis bonis in generali. Jn secūda de signis malis in generali. ibi (Scias q signa mala) que est sequens capitulum: ꝛ ambo patent.

Dubitatur hic de eo qδ dicit in scδo cap. q cōtingit infirmuʒ sanari post apparitionē signoꝝ moꝛtaliū cū ad signa moꝛtalia nec̄io sequat moꝛs. Ad qδ pōt dici q a pte signoꝛuʒ moꝛtaliū nec̄io sequit moꝛs vt arguit: sed qꝛ ꝟtuti foꝛti nihil īpossibile ꝑm Gal'. in cōmē. illius afoꝛ. 7ᵉ pti. Quibuscūq inter frenes. ideo signa moꝛtalia qn̄q cadūt a suis significatis. ppōnes enī rhetoꝛice ꝛ medicinales nō sunt necessarie: sed ꝯtingētes ꝑm Eustrachiū in cōmē. p̊ ethi. Et iō ad sigᵃ moꝛtalia nō semp seqt moꝛs.

¶ Narratio signoꝛum maloꝛum. Cap. 27ᵐ.

Signa mala. ¶ Cum auctoꝛ in duobus. c. īmediate pcedentibus tractauerit de signis bonis ꝛ malis in generali. Jn hac parte tractat de signis malis in speciali diuersificando ea a parte mēbꝛoꝛū et alioꝛum. Et hec pars extenditur vsq ad illum cap. cuius pꝛincipium est. Scias q longitudo egritudinis ꝛc. Et diuidit hec pars in ptes tres. Jn pꝛima diuersificat signa mala a pte mēbꝛoꝝ. Jn secūda a parte operationū in illo ca. Si somnus sit diurnus. Jn tertia a parte euacuationū in illo cap. Rigoꝛ plurime. Et vnaqueq istaꝝ partiū hʒ tot partes quot sunt eius capitula. Cognoscuntur autem eius capitula per pꝛopꝛias rubꝛicas: de qbus omnibus nihil intendo scribere: quia per se patent.

¶ Signa longitudinis egritudinis. Cap. 23ᵐ.

Scias. ¶ Transeo igitur ad illud caplm̄. Scias q lōgitudo egritudinis fit. Patent etiam capitula que sunt de lōgitudie ꝛ bꝛeuitate egritudinis: ꝛ que sunt de recidiuatione: ꝛ que sunt de moꝛte ꝛ vita. Sup que tria reuoluitur pꝛonosticatio: vt declaraui in pncipio huius zᵉ fen. Transeo igitur ad dies creticos.

¶ Tractatus Scδs de diebus crisis ꝛ hoꝛis eius.

¶ De pꝛincipio egritudinis ꝛ pꝛima cōputatiōe crisis. Cap. p̊ᵐ.

De hominibus. ¶ Cuʒ in pꝛincipio huiꝰ z fen que de pnosticatione inscribit vsq ad istud ca. tractauerit auctoꝛ de pnosticatione qnque reꝝ. Pꝛima fuit crisis. Secūda est dispositio tēdens ad bonū vel ad malū. Tertia est lōgitudo ꝛ bꝛeuitas egritudis. Quarta est recidiuatio. Quita ē moꝛs ꝛ vita. Jn hac parte tractat de diebꝰ creticis in qbus sūt dicte pnosticationes. Diuidit aūt hec pars in duas. Jn pma tractat de diebꝰ creticis: ꝛ de his que ad dieꝝ creticoꝝ notitiā spectāt absolute. Jn scδa per relationē ad egritudines. ibi (Jaʒ sciuisti q̊ opʒ.) que est vltimū cap. huius zᵉ fen. ¶ Pꝛima in duas. Jn pꝛima dat notitiā dieꝝ creticoꝝ: ꝛ eoꝝ que spectāt ad eoꝝ notitiā cū ipsi nō dubitant. Jn zᵃ docet cognosci dies creticos qn̄ dubitant. Qn̄q enī ignoꝛamus vtrum dies cretica sit deppope vel delōge. Et iterum qn̄q crisis fiet in duobꝰ diebꝰ: ꝛ dubitamus cui illoꝝ sit attribuenda crisis. ibi (Cognitio dieꝝ crisis ꝛc.) que est penultimuʒ ca. huius secunde fen. ¶ Pꝛima in duas. Jn pꝛima tractat de diebus creticis. Jn scδa de indicatiuis. ibi (Dies indicationis) ꝛ est antepenultimū cap. huius secūde fen. ¶ Pꝛima in duas. Jn pꝛima tractat de diebꝰ creticis. Jn scδa de nō creticis. ibi (Jpsi sunt dies pmus) que est. 7. cap. huius secūdi trac. ¶ Pꝛima in duas. Jn pma tractat de diebꝰ creticis in se. Jn scδa cōparatiue accipiendo dies creticos pꝛo vere creticis: ꝛ pꝛo intercadētibꝰ ꝛ pꝛo indicātibus. ibi (Eoꝝ melioꝛes sunt septimus) que est septū cap. huius secundi trac. ¶ Pꝛima in duas. Jn pꝛima tractat de diebꝰ vere creticis: ꝛ sunt illi qui currūt per quartū. Jn secūda de non vere creticis: ꝛ sunt illi qui currunt per tertiū: ꝛ vocant dies intercadentes. ibi (Dies isti quos diximus.) que est quartū ca. īfra. ¶ Pꝛima in duas. Jn pꝛima tractat de diebus vere creticis absolute ꝛ in se quātū ad eoꝝ causas ꝛ periodos ꝛ partes. Jn zᵃ cōparat eos adinuicē. ibi (Dieꝝ creticoꝝ alij sunt foꝛtes.) que est tertiū cap. īfra. Et qꝛ dies creticus non potest sciri quādo erit: nisi psciat pꝛincipiū egritudinis: ideo pars pma diuidit in ptes duas. Jn pma tractat de vero pncipio egritudis. Jn secūda īcipit tractare de diebus creticis. ibi (Plures qdem hoīuʒ.) que est sequens ca. ¶ Jntentio ḡ in hoc psenti cap. est tractare de vero pꝛincipio egritudinis ꝛ pꝛecipue in febꝛibꝰ. Diuidit aūt istud ca. Pꝛimo in partes duas. Jn pma determinat veꝝ pꝛincipiū egritudinis ꝛ pcipue febꝛis generalr̄. Jn scδa determinat veꝝ pꝛincipiū spāliter cuiusdā febꝛis

febris vt febris parturiētis. ibi (Et si peperit.) ¶ Prima in duas.
In pᵃ dat tres opi. de vero pncipio egritudis: quaꝝ vna est ve/
ra: ꝛ due sunt false. In scda cōmēdat veraz: ꝛ redarguit falsas. ibi
(Et fortius est vt ꝯsideret.) ¶ Prima triū opinionū quas dat in pᵃ
parte est ꝙ extremitas. i. pūctus hore in qua īfirmus incipit sen/
tire vestigium egritudinis: vt cōfractionē ꝛ dolorē capitis ꝛ silia
est veꝝ pncipiū egritudis. Secūda est ꝙ pncipium accubitus: est
veꝝ pnᵐ egritudis. Tertia est ꝙ pnᵐ sensibilis nocumēti in ope
rationibꝰ est veꝝ pncipiū egritudinis. Prime due opi. sunt false:
ꝛ tertia est vera. ¶ Diuidit aūt ps pᵃ in ptes duas. In pᵃ dat
dictas tres opi. quaꝝ p dat pᵃ. scdo dat scdaz ꝛ tertiā sil. ibi (Et
de hoibus sunt qui dicunt.) Et patet. In secūda determiat in qbꝰ
febribꝰ cadit diuersitas sic opinātiū: ꝛ in qbꝰ nō. Intēdēs ꝙ soluz
in illis febribꝰ que nō accidūt subito. i. solū in illis febribꝰ in qbus
nō apparet statim sensibile nocumētū in operationibꝰ. In illis āt
febribus que subito accidūt nō est pnᵐ hore diuersificatū apd opi
nantes: ꝛ declarat illas febres subito veniētes porismuz. cū dicit.
Et illud est sicut accidit. Et reiterat primum dicens ꝙ tm̄ in illis
febribus quas antecedit confractio ꝛ dolor capitis ꝛ similia. De/
inde accidunt ipse febres: diuersificantur ambe res que sunt esse
principiū verum febris ꝛ nō esse. Cōsequenter cum dicit.

Et fortius. ¶ Cōmēdat tertiā opionē que est vera: ꝛ destruit pᵃ ꝛ secūdā que sunt false. Et hec in tres. In pri/
ma cōmēdat tertiā opi. que est vera dicēs: ꝙ fortiꝰ. i. meliꝰ ē vt cō
sideret. i. ponat p vero febris pnᵒ hora inceptionis ipsiꝰ feb. ꝛ il/
la hora est qñ hō incipit supcalefieri calore extraneo siue pcedat
typus siue nō. Et illic. i. tūc iā est manifesta appitio exitꝰ a dispō/
ne nāli in cōplexione: ꝛ illa manifesta apparitio est calor ex̄neus
eleuatus supra complexionē nālem. Et iste calor extraneus statiz
qñ apparet efficit sensibile nocumentum in operationibus.

Inceptio do. ¶ Destruit primam opi. dicens ꝙ inceptio do/
loris capitis ꝛ confractionis non habet consi/
derationem vt ponatur pro vero principio febris.

Et ꝙ decumbit. ¶ Destruit zᵃᵐ opi. dicens ꝙ hoc qd dico
decūbit in lecto ꝛ somnus supcalefaciens
ad feb. nō sunt de illis qbꝰ est ītēdēdū. Ad h vt ponant vera pnᵒ fe
bris: qꝛ multi hñt febres ꝛ portāt eas p viaz añq decūbāt. Relin/
quit g ꝙ veꝝ principiū feb. est hora inceptionis febris: post q ne/
cessario sequit sensibile nocumētū. Cōsequēter cum dicit.

Et si peperit. ¶ Dat spāliter vnū pnᵐ febris pturiēt dicens
ꝙ ē iceptio febris ꝛ nō partus: q̄uis h sit cōtra
Hip. ꝛ G. Et dicit ꝙ hec feb. sm quosdā fit sm plurimū post zᵐ ꝛ
tertiū diē post partū. Hec ē diuisio ꝛ snia huius partis.

Primo videt ꝙ instās sit principiū qd ꝯsiderat medicus ꝙ re
cessus a sanitate fit in tpe nō pceptibili: ꝛ ille recessus
est principiū egritudis: g instans illud est pnᵐ egritudis. ¶ Op/
positū est in littera: ꝛ in p de creticis. c. 10. qd icipit. Ego aūt dico
ꝙ pnᵐ egritudis. ¶ Solo. q̄uis recessus a sanitate sit pncipium
egritudis: tñ medicus nō ꝯsiderat nisi notoriū recessum a sanita/
te: ꝛ ideo istans non est principium medicoꝝ sed sophistaꝝ.

Secundo querit vtrū in parturiēte hñte febrē sit cōputāduz
pncipiū fe. ab ipso partu: an a tpe in q cepit calere.
Et videt ꝙ tps partus nō sit pncipiū dicte fe. qꝛ ꝯsistere ab opa/
tionibꝰ ꝯsuetis determiat sanitatē ab egritudīe bz Gal. in tbegni:
sed dicta parturiēs nō ꝯsisteret ab opationibus ꝯsuetis ante fe/
brē nisi ppter partū: partus igit nō est ponēdum pncipiū dicte fe
bris. Itē hoc dicit auctor in lra. ¶ Ad oppositū est Hipp. in pno/
sticis: ꝛ G. in cōmē. tertij pnosti. Dicit eni illic. G. ꝙ partus ē pnᵐ
febris parturiētis: siue febris illa pcedat partū: siue sequat. ¶ Ad
hoc dōm ꝙ feb. parturiētis est duplex. Una est cuius cā est ptus:
agitatio eni humoꝝ que fit in partu est cā putrefactionis humo/
rū. Et huius pncipiū ponēdum est eē tēpus partus: ꝛ de hac fe. lo/
quit Aboali hic: ꝛ Gal. in cōmē. tertij pno. Alia est cuius cā nō est
partus: ꝛ huius pncipiū nō est tempus partus: sed est tps illud in
quo primo incipit supercalefieri. ¶ Ad rationem dōm ꝙ qꝛ par/
tus facit sensibilē lesionem in operationibus: ideo ponitur eē pn
cipium febris parturientis: cuius ipse partus est causa.

Tertio querit pp qd in nulla febre cōputat pncipiū febris a cā
añte: sed solū a cā ꝯiūcta pterq in febre parturiētis et
in febre vulneris. Puto ꝙ cā huiꝰ sit: qꝛ partus facit sensibilez le/
sionē in opōnibus: ꝛ silr vulnus qd nō facit aliq alia cā añs sed so
lū ꝯiuncta: ꝛ pp hoc partus pōt poni pncipiū febris parturiētis:
q̄uis sit causa añs ꝛ silr vulnus. Et qꝛ in nulla tali feb. causa añs
facit sensibilē lesionē: sed sola cā ꝯiuncta facit sensibilē lesionez: et
sensibilis lesio in operationibus ꝯterminat sanuz ab egro: ideo a
causa antecedente in alijs febribꝰ a febre parturientis ꝛ vulneris
nō computatur pncipium febris: sed solum a causa ꝯiuncta.

Quarto querit vtrū in vulnerato hñte febrem que icipit post
vulnus per aliqt dies sit ponēdū pncipiū febris tps in
quo incipit vulnus: aut tps in quo incipit calere. Et videt ꝙ tem/
pus in quo icipit vulnus nō sit ponēdū pncipiū: qm̄ febris in vul/
nere nō fit: nec qñ humor putrefit: sed in pncipio vulneris nō pu/
trefit humor: imo solū putrefit post gñationē saniei: pncipiū igit
vulneris nō est ponēduz esse pncipiū sue febris. ¶ Ad oppositum
sic: simile est de partu ꝛ vulnere: vtrobiq eni est humoꝝ agitatio
ꝛ sensibilis lesio in opationibꝰ: sed partus pp agitationē quā fac
in humoribus: ꝛ qꝛ facit sensibilē lesionē in opōnibꝰ est pncipium
sue feb. g similr vulnus: cū vulnus faciat agitationem in humori/
bus ꝛ faciat sensibilē lesionē in opōnibꝰ. ¶ Ad hoc dōm ꝙ febris
vulneris duplex est. Una est cuiꝰ cā est agitatio in humoribꝰ que
fit in vulnere. Et huiꝰ pncipiū est pncipiū vulneris: qm̄ vulnus fa/
cit sensibilē lesionē in opōnibꝰ: quēadmodū ꝛ partꝰ. Alia ē cuiꝰ cā
est putrefactio saniosa q fit in vulnere: ꝛ huiꝰ pnᵐ est pncipiū vul
neris: sed pncipiū eiꝰ ē tps illd in quo icipit supcalefieri. Obta pa/
tēt. Nā pᵃ rō arguit d fe. causata a putredine vulneris. Et de illa bñ
arguit ꝛ ꝯcedēda ē de illa. Rō āt ad oppositū arguit de febre cāta
ab agitatiōe humoꝝ: ꝛ de illa bñ arguit ꝛ ꝯcedēda est de illa.

¶ De causa dierum crisis ꝛ periodorum eius. Cap. zᵐ.

Plures quidem. ¶ Determinato do egritudis
pncipio in ca. pcedenti ꝛ preci/
pue febris. determinat in hoc ca. de diebꝰ vere creti/
cis absolute ꝛ in se: ꝛ q̄tum ad eoꝝ causas ꝛ periodos.
Isti aūt dies sunt illi qui currūt per q̄tuor: siue de q̄r/
to in quartū. Et diuidit istud ca. in ptes tres. In pᵃ bz alios dat
cām dieꝝ creticoꝝ currentiū per. quaternariā cōputationem que
causa est motus lune. In scda tractat de quadā passione dierum
creticoꝝ que est reuolutio seu piodus. ibi (Et scias ꝙ plures eoꝝ
noiant reuolutionē.) In tertia dat ptes dieꝝ creticoꝝ currētium
de q̄rto in 4ᵐ. ibi (Inquit Hippo. dieꝝ creticoꝝ alij sunt pares.)
Qui enim hz de re aliqua hec tria. s. cām ꝛ ptes ꝛ passiōes: habet
sufficiētē sciam de illa re sm Arist. in p posteri. ¶ Prima in duas.
In prima dat cām dieꝝ creticoꝝ quaternarioꝝ sm alios. s. motuz
lune. In zᵃ abijcit eam a ꝯsideratione medici. ibi (Et in hac qdem
mēsuratiōe ꝛc.) ¶ Prima i qnque. In pᵃ dicit ꝙ in mēsuratiōe
tēpoꝝ crisiū. i. in positione dieꝝ creticorū egritudinū acutaꝝ qdā
posuerūt cām ex parte lune. i. ipsam lunā: ꝛ illi fuerūt Gal. ꝛ illi q
eū imitant pp hoc ꝙ ipsa est incedēs in humiditates mūdi. i. mo/
uet eas localiter: vt pz in fluxu ꝛ refluxu maris: ꝛ quorūdā flumi/
nū: ꝛ alterat eas digerēdo ꝛ maturādo eas vt ad ꝯriū. i. aut incru/
dando eas sm dispōnē materiei: qꝛ si mā bene fuerit disposita di/
gerit ꝛ maturat eā: ꝛ si fuerit male disposita incrudabit eam.

Et significant. ¶ Dat rōnem Gal. ꝛ eoꝝ qui eum imitantur:
probando ꝙ luna mouet ꝛ alterat humidita/
tes mundi ꝛ dat tres. ¶ Prima est extēsio ꝛ augmētatio cerebel/
loꝝ cum augmētatione luminis lune. Et hec augmētatio cerebel
loꝝ est qñ luna est opposita soli: qꝛ tūc plus hz de lumie. Et ꝯctio
i. diminutio cerebelloꝝ cū diminutōe lumīs lune. Et hec ꝯctio ce/
rebelloꝝ fit in cōbustiōe lune. i. qñ luna ē ꝯiuncta soli. ¶ Scda rō
quā dat. ibi (Et velocitatē maturatiōis fructuū) est velocitas ma
turatiōis fructuū ꝛ herbaꝝ cū appitiōe eiꝰ. i. lumīs lune. ¶ Tertia
rō quā dat. ibi (Et dicūt ꝙ hūiditates ciuitatū) est passio. i. ebulli/
tio ꝛ corruptio hūiditatū ciuitatū: vt lutoꝝ ꝛ aliaꝝ aq̄rū que sunt
in ciuitate ab ipsa luna. nā eaꝝ dispōnes diuersificant sm diuersi/
tatē dispōnū lune in multitudie ꝛ paucitate luminis: ꝛ appet ma/
ior diuersitas. i. mutatio in humiditatibus q appeat maior diuer
sitas. i. mutatio facta per lunā per augmētuz eiꝰ in lumine.

Et fit. ¶ Determinat qñ magis mouet luna intēdēs ꝙ in oppo
sitione ꝛ q̄dratura ꝛ sextilitate. Et in h dat cām pp quam
dies quarta: ꝛ dies septima: ꝛ dies q̄rtadecima sunt dies vere cre
tice: luna eni in die quarta: ꝛ in sua sextilitate: ꝛ in die septima: et
in sui q̄dratura: ꝛ in die quartadecima est in sui oppōne. Dicit igit
ꝙ illud. i. motꝰ quē facit luna in humiditatibꝰ fit vehemētiꝰ qñ lu
na est sm oppōnē dispōnis in qua fuit luna qñ erat cōbusta: aut in
qua fuit hō qñ incepit infirmari. Has eniz duas expōnes tolerat
hec lra. sed scda est melior: qꝛ nō ois hō infirmat qñ luna est com
busta: luna igit rñdet cuilibet īfirmo in quocunq die infirmet sm
determinatos numeros dieꝝ: ad quas dies terminant sextilitas
lune: ꝛ eius quadratura ꝛ eius oppositio. Deide. i. scdo fit vehemē
tius illud. i. motus lune sm quadraturā. Et p. i. sm diuisionē reuo/
lutionis ad medietatē. i. qñ diuidit reuolutio media. media eni re
uolutio diuidit in duas q̄rtas. Deide. i. tertio fit vehemētius illd
i. motus lune ad medietatē medietat. i. qñ diuidit medietas me/
dietatis reuolutionis totius: ꝛ istās illius diuisionis vocat sexti/
litas. ¶ Ad euidētiā istoꝝ doꝝ scias ꝙ q̄tuor sunt aspectus lune
sm Gal. in 3ᵒ de creticis. Primus aspectꝰ oppōnis: ꝛ tunc luna dr
eē plena seu bederem: ꝛ tūc luna distat a sole p. 6. signa. Secūdus
aspectꝰ est triplicitatis: ꝛ tūc luna dr eē gibborosa: ꝛ tunc luna di/
stat a sole per q̄tuor signa. Tertius est aspectꝰ q̄drature: ꝛ tūc lu/
na dr esse media: ꝛ tunc luna distat a sole p tria signa. Quartus est
aspectꝰ sextilis: ꝛ tūc luna dr esse nouacularis: ꝛ tūc luna distat a
sole per duo signa que sunt sexta ps totius zodiaci: sicut tria signa
sunt quarta ps eius: ꝛ quatuor signa sunt tertia ps eius. ¶ Adhuc.

sciās ꝙ aspectus oppositionis terminatur in die quartadecima: ⁊ aspectus quadrature terminaṫ in die .7. Et causa istoꝝ terminoꝝ est ista. Luna per circulū zodiaci ab occidēte in oriens moueṫ ꝓprio motu per tredecim gradus in die nāli vel circa id. Cū igiṫ luna moueaṫ per tria signa zodiaci fere in septē dieb⁹: iō aspect⁹ q̄drature terminaṫ in die .7. Et hec est causa ꝑꝑ quaꝫ dies septima fuit vere cretica. Et qꝛ ēt luna mouetur per sex signa zodiaci fere in quatuordecim diebus: ideo aspectus oppositionis terminatur in die .14. Et hec etiā est causa ꝓpter quam dies .14. fuit vere cretica. Tres qdē ꝑtes sunt exposite. In quarta ꝑte que īcipit ibi.

Dixerunt. ¶ Ex motu lune ꝑ totū zodiacū circulū exhibit mensem medicinalē ⁊ medietatē septimane medicinal'. Et hec in duas. In ꝑ̄ma extrahit predicta ꝓm opi. quorūdā phoꝝ. In 2ª ꝓm opi. quorūdā alioꝝ. ibi (Et fortasse exhibunt eas.) Prīa in quatuor. In ꝑ̄ma ex motu lune ꝑ circulū zodiacū extrahit mēsem medicinalē. Dicēs ꝙ antiqui aliq quos iste auctor imitaṫ: dixerūt ꝟba que sequūtur. Et sunt ista. Propterea ꝙ reuolutio lune est .29. diebus: ⁊ tertia fere. Idest qꝛ luna per circulū zodiacuꝫ ab vna ꝯiūctione eius cū sole vsq ad aliaꝫ moueṫ .29. dieb⁹: ⁊ tertia. i. 29. diebus ⁊ .8. horis diminutis ex eis dieb⁹ ꝯiunctionis lune cū sole. i. dieb⁹ in qbus luna est cōbusta. Et diminuunṫ qꝛ nō ē ipsi lune opatio aliqua in hec iferiora ꝑꝑ priuationē luminis solis in illis dieb⁹ in qb⁹ luna est cōbusta: qꝛ dies diminuēdi sunt fere duo dies ⁊ medietas ⁊ tertia: quare. i. ideo remanēt .26. dies ⁊ medietas diei: ⁊ isti faciunt mēsem medicinalē ꝓm predictos.

Et erit eius. ¶ Ex dicto motu lune extrahit medietatē mēsis medicinalis: dicēs ꝙ medietas ꝑ̄dictoꝝ .26. dierum ⁊ medie diei est dies .13. ⁊ quarta diei ⁊ sex hore. Et iste dies ⁊ hore faciūt medium mensem medicinalem ꝓm predictos.

Et quarta. ¶ Ex dicto motu lune per zodiacuꝫ extrahit septimanā medicinalē: dicens ꝙ quarta ipsius. i. quarta pars .26. dierum ⁊ medietatis diei est sex dies ⁊ medietas diei. i. 12. hore: ⁊ octaua diei. i. tres hore. Septimana igitur medicinalis ꝓm predictos est sex dies ⁊ .15. hore.

Et octaua. ¶ Ex dicto motu lune ꝑ zodiacū extrahit medietatem septimane medicinalis: dicēs ꝙ octaua ei⁹. i. octaua pars .26. dierum ⁊ medietatis diei est tres dies: ⁊ quarta pars diei. i. sex hore: ⁊ medietas octaue partis diei. i. vna hora et dimidia. Medietas igitur medicinalis septimane est tres dies ⁊ septem hore ⁊ media. Et de ista medietate septimane medicinalis dicit ꝙ ipsa est minor reuolutio eius. i. est minor ꝑs reuolutionis lune ꝑ totū circulū zodiacū. Consequenter cum dicit.

Et fortasse. ¶ Extrahit ꝑ̄dicta q̄tuor ꝓm opi. alioꝝ a predictis: ⁊ forte illi fuerūt. G. ⁊ q eū imitanṫ. Ipse enī in 3° trac. lib. de dieb⁹ creti. aliter cōputat q̄ꝫ ꝑ̄dicti: ⁊ pꝫ qō dicit.

Sunt ergo. ¶ Dat impressiones dictoꝝ tēpoꝝ ⁊ ꝑ̄cipue duorum. s. finium ⁊ medietatum septimanaruꝫ. Dicēs ꝙ faciunt magnas mutationes in egritudinibus. Et exponit quid intelligat per tempora ista. Dicēs ꝙ tēpora ista que noīauit sunt dies periodoꝝ paruoꝝ. i. dies finium ⁊ medietatū septimanaruꝫ: finis enim septimane ⁊ medietas septimane sunt ꝑiodi parui: et addit cū dicit. Et qn̄ incipit tp̄s: ꝙ quādo incipit tp̄s alicui⁹ egritudinis: ⁊ mā̄ fuerit bona. i. digestibilis: tunc dicta tēpora mouent ad salutē. Et si materia fuerit corrupta. i. disposita per ꝯ̄rium digestionis: tūc dicta tempora mouent ad corruptionē. i. ad mortem. Et addit vlterius cū dicit. Crises vere. ꝙ crises egritudinuꝫ chronicarū que transeunt vnum mēsem antiqui numerauerunt ex sole. i. computant per menses solares: quoꝝ vnusquisq ꝯstat ex .30. diebus: ⁊ per medietates illorum mensium: ⁊ per quartas: ⁊ ꝑ medietates quartaꝝ eorum. Et in hoc terminata est pars in qua dedit causam dierum vere creticoꝝ ꝓm aliorum opinioneꝫ que fuit motus lune per totū zodiacū circulum. Cōsequēter cum dicit.

Et in hac. ¶ Abycit dictā cām a consideratione medici. Intēdens ꝙ ipsa spectat ad phm nālem ⁊ nō ad medicū. Et illic per positionē intelligit suppōnē. Et per anxiomata intelligit dignitates. Uult enī ꝙ medicus debeat supponere dies creticos: ⁊ nō inquirere eos per suā cāꝫ. Et pꝫ qō dicit. Hec est diuisio ⁊ snīa huius partis. ¶ Ad euidētiā eorum que dicta sunt de motu lune per zodiacū est sciēdū ꝙ luna hꝫ duos cursus: vnus noīatur medius cursus: ⁊ alter noīatur verus cursus. Et similr̄ sol hꝫ medium cursum ⁊ verum cursum. Et duo cursus lune ꝑ̄dicti sunt diuerse partes circuli excētrici super cuius circūferentiam currit centrū corporis. Et silr̄ duo cursus solis predicti sunt diuerse partes circuli excentrici super cuius circūferētiā currit cētruꝫ corporis solis: vt determinat auctor theorice planetarum. ¶ Adhuc sciās ꝙ cursus lune seu motus lune super zodiacum est duplex. Unus incipit ab aliquo vno pūcto zodiaci: ⁊ ꝓcedit ab eo vsquequo reuertaṫ ad idē pūctū. Et iste motus cōpleṫ ꝓm medium cursum lune in .27. diebus ⁊ septeꝫ horis ⁊ minutis quadragintatribus ⁊ secūdis tredecim fere. Alter incipit ab aliqua vna ꝯiūctione lune cū sole: ⁊ procedit ab ea vsquequo reuertaṫ ad aliaꝫ ꝯiunctionem lune cū sole. Et iste motus compleṫ ꝓm mediū cursuꝫ lune in .29. diebus ⁊ .30. ⁊ vno minutis diei ⁊ quinquaginta secūdis ⁊ octo tertijs ⁊ viginti quartis ꝓm Algaze. Et ista oīa capiūt .29. dies ⁊ .12. horas ⁊ .44. minuta ⁊ tria scđa ⁊ vigiti tertia. ¶ Sciās ēt ꝙ ꝓm veros cursus solis ⁊ lune: vera ꝯiūctio solis ⁊ lune nō est ꝺ̄terminata numero certo: qm̄ ipsa vera ꝯiunctio ꝯtinet aliqn̄ maius tēpus: aliquādo minus: aliquādo equale tempori coniunctionis medie. Et hec diuersitas ⁊ differētia inter verā ꝯiūctionē ⁊ mediā: accidit ꝓpter motū solis medium diuersuꝫ a motu solis vero cā sui excentrici: ⁊ ꝑꝑ motū lune mediū diuersuꝫ a motu ei⁹ vero cā sui excētrici: ⁊ cā sui epicicli. Hec tn̄ differētia iter veraꝫ ꝯiunctionē ⁊ mediā cōiunctionē nunq̄ pōt excedere .12. horas et 49. minuta. ¶ Et adhuc sciās ꝙ luna in qualibet cōiūctione media: ⁊ est illa que attēditur ꝓm medium cursuꝫ solis ⁊ lune: ꝑagrat totuꝫ zodiacum: ⁊ vltra hoc peragrat de zodiaco .29. gradus ⁊ .6. minuta ⁊ .20. secūda fere. Sed in ꝯiūctione vera ⁊ est illa que cōsideratur ꝓm veros cursus solis ⁊ lune: aliquādo plus peragrat q̄ꝫ sit illud qō dictum est: ⁊ aliquando minus: ⁊ aliquādo equale. Sol aūt in qualibet ꝯiūctiōe media ꝓm cursum eius mediuꝫ peragrat de zodiaco .29. gradus ⁊ sex minuta ⁊ viginti secūda fere.

Primo queriṫ hic vtrū sit ponere aliquā diē ꝺ̄terminataꝫ creticā. Et videṫ ꝙ nō: qꝛ crisis est mutatio subita vel paulatina ad bonū vel ad malum: sed hec mutatio fit omni die: vt pꝫ. Ego enim multos vidi hr̄e crisim sexta die ad bonū. Oīs igiṫ dies pōt esse cretica: nulla igiṫ ꝺ̄termīata dies erit. Scđa rō est auctoritas Auer. in 4° collꝫ. c. 32. Illic enī dicit ꝙ dies cretici nō habēt necessitatē. Et hoc ꝺ̄clarat per experiētiā Rasis ⁊ Auēzoar. De q̊ Auēzoar dicit illic ꝙ ipse vixit cētū ⁊ trigintaquinque annis: ⁊ ꝙ ipse incepit opari in medicina in .40. annis: ⁊ ꝙ ei dāda est corona scie medicine. ¶ Ad oppoᵐ est Hippo. in illo afoꝛ. 2ᵉ particu. Acute egritudines. Et in illo afoꝛ. 4ᵉ parti. Sudores febricitanti. Et Gal'. in cōmētis eoꝝ q illic ponunt multos dies creticos. ¶ Ad questionem istā ꝺ̄om ꝙ dies cretici sunt: ⁊ ꝙ ipsi habent existentiā. Inter antiquos tn̄ cecidit diuersitas in bonitate ⁊ malitia eorū. Nā Gal'. ⁊ Hip. posuerūt quosdā esse bonos ⁊ quosdaꝫ malos. Rasis aūt ⁊ Auēzoar ponunt alios: vt dicit Auer. in. d. c. Et similr̄ Archigenes posuit alios ab illis quos posuerūt Hip. ⁊ G. vt dicit Aboali infra in. c. de causa dieꝝ creticoꝝ. Et apud vnūquēq istorum dies cretici sunt boni. Illi. n. ꝓm veritatē sunt dies cretici in quib⁹ fit frequentius crisis ad bonū. Auer. tamē magis videṫ consentire opinioni Rasis ⁊ Auēzoar q̄ꝫ opi. Hip. ⁊ Gal'. ¶ Ad ꝑ̄maꝫ rōnem ꝺ̄oꝫ ꝙ mutatio cretica nō fit omni die equalr̄: īmo frequētius fit in dieb⁹ creticis: ⁊ ideo dies cretici hn̄t existētiaꝫ: fieri enī frequēter sufficit ad eē scie. Sciētia enim est eoꝝ que sunt semꝑ: aut frequēter ꝓm Aristo. in 6° metaphysice. ¶ Ad scđam ꝺ̄om ꝙ Auer. non loquiṫ de dieb⁹ creticis simplr̄ ⁊ generaliter: sed solum in qbusdam: vt de illis quos posuerūt Hip. ⁊ Gal'. Et vult ꝙ dies isti. i. dies quos posuerūt Hippo. ⁊ Gal'. non sunt necessario cretici: immo forte cretici dies sunt illi quos posuerunt alij antiqui: vt Rasis ⁊ Auenzoar ⁊ Archigenes: ꝓm veritatē tamen illi sunt dies cretici in quibus fit crisis ad bonum frequentius.

Secundo queriṫ. Supposito ꝙ aliq determiati dies ⁊ nō oēs sunt cretici: vtrū causa eoꝝ sit luna: aut digestio cōpleta. Et videtur ꝙ luna: qꝛ hoc vult Gal'. in 3° de diebus creticis. ¶ Secūda ratio. Dies cretici currunt per cōputationē quaternariā: sed computatio quaternaria causaṫ a motu lune: luna igiṫ est cā dieꝝ creticoꝝ. ¶ Ad oppᵐ est Auer. in .3. collꝫ. ca. 8. Illic enim dicit ꝙ dieꝝ creticoꝝ cā ē digō cōpleta que exigit tp̄is longitudinē ꝓm ꝓportionē agētis ad patiēs. Et agēs qdē est virtus cum calore inato: patiēs autē est humor. Puto ꝙ causa dieꝝ creticoruꝫ sit digestio cōpleta in egritudīe salubri: ⁊ īdigestio cōpleta ī egritudīe morbi: vt ponit Auer. sed luna ē cā ꝙ hec dies ē mag̃ cretica q̄ꝫ illa. Et cā hui⁹ ē: qꝛ aspect⁹ lune īprimit in crisiꝫ iuuādo: aut offendendo mām. Iuuat aūt aut offendit: qꝛ mouet humores magis in dieb⁹ creticis q̄ꝫ in alijs: motus igitur lune est vna cā ꝙ hec dies vel illa est cretica. Et si dicaṫ ꝙ luna est causa dieruꝫ creticorum. Tūc ꝺ̄om est ꝙ ipsa est cā remota exclusa a ꝯsideratiōe medici ꝓm Auer. in dicto cap̄. ⁊ ꝓm Aboal'. in 4° libro fen. 2. cap̄. de cā dierum creticorum. Obiecta patent. Nam prime due rōnes soluuntur per hoc ꝙ dies qui currūt per quaternariā cōputationeꝫ nō sunt cretici ꝑꝑ lunā: sed sunt magis cretici ꝑꝑ lunā: tota enim causa dieꝝ creticoꝝ est digestio ⁊ indigestio vt dcm̄ est: quemadmodū tota cā ꝙ hec dies vel illa est cretica est motus lune.

Tertio queriṫ que luna magis imprimat ⁊ moueat corpora humida hui⁹ mūdi: an opposita: an cōbusta. Et vr̄ ꝙ combusta: qꝛ tunc magis appropinquat soli: igiṫ magis recipit a sole: sed ipsa nō īprimit nisi illō qō recipit a sole: ergo tūc maxie īprimit. ¶ Ad oppᵐ est auctor in lr̄a: ⁊ hec est rō: qꝛ luna nō imprimit nisi per lumē: sed luna cōbusta minime hꝫ de lumine: multū āt opposita: ergo luna opposita magis īprimit. Et hoc est concedēdum. ¶ Ad rōnē in oppositū ꝺ̄om ꝙ luna combusta plus recipit a sole

respectu

respectu circūferētie vniuersi: sed respectu centri terre ⁊ istoꝝ
inferioꝝ parum vel nihil recipit a sole: radij enim quos luna reci
pit a sole nō veniūt ad nos qñ luna est cōbusta: sed qñ ē opposita.
Quarto q̄rit̄ de cōputatiōe q̄ternaria hui⁹ capli: cū eni luna ve
hemētius moueat de 4° in 4m: vt hz ex h cap. motus
aūt quē facit luna in hūiditatib⁹ corpis humani causat̄ ab ipres-
siōe lune: cū ipressio sit duplex. s. ppria ⁊ cōis. Est q̄stio q̄ ipressio ē
cā dicti motus. Et vī ꝙ vtraq: q2 luna mouet corpa humana per
motū quē facit in circulo zodiaco: sed mouēdo se p circulū zodia-
cū lucrat̄ duas ipressiones. Vnā cōez p quā calefacit vel īfrigidat
vel siccat vel humectat hec iferiora. Et aliā ppriā p quā viuificat
vel occidit. Et hāc lucrat̄ a piūctione eius cū diuersis stellis q̄s i-
uenit currēdo p zodiacū. Mouet igit̄ vehementi⁹ p vtraq ipres-
sionē de 4° in 4m. Cōputatio igit̄ q̄ternaria causat̄ a dicta dupli-
ci ipressione. s. ppria ⁊ cōi. ¶ Ad oppm sic. Motus lune quē facit
quaternaria cōputatio ē solū alteratiuus ⁊ localis: sed sola ipres-
sio cōis sic alterat: ⁊ sic mouet: g cōputatio q̄ternaria cātur a sola
imp̄ssiōe cōi. Puto ꝙ vtraq ipressio sit cā computatiōis q̄terna-
rie. ¶ Ad rōnē in oppositū dōm ꝙ impressio ppria pōt mouere lo
caliter: ⁊ ideo vehementius potest mouere de quarto in quartū:
⁊ ideo potest esse causa quaternarie cōputationis.

Et scias ꝙ plures. ¶ Luz sint tres partes principales hui⁹
capli. Prima gdē est de cā dieꝝ cretico-
rum vere ꝑm alios. Et scōa de vna passione dierum creticoꝝ ve-
re. Et tertia de partibus dieꝝ creticoꝝ vere: ⁊ illi sunt dies illi qui
currūt per q̄tuor. Finita p̄ma parte hic incipit scōa. ¶ Passio āt
dieꝝ vere creticoꝝ de qua hic tractat noīat̄ reuolutio in latino:
sed in greco noīat̄ periodus. Accidit eni diebus creticis ꝙ reuol-
uant̄. Diuiditur aūt hec pars in partes tres. In p̄ma diffinit reuo
lutionem seu periodū. In secūda diuidit eaz. ibi (Et reuolutiones
quidē lune radicales.) In tertia de diuidētibus ꝓsequit̄. ibi (Iaz
ergo currit res in quartanis.) Diffinit aūt in prima parte reuolu-
tionem ꝑm diffōnem alioꝝ que est. Reuolutio est illud ex quo du-
plicatio non egreditur ex suo genere. i. reuolutio est illud cui⁹ du-
plicatio terminat̄ ad diem creticum: ⁊ tale quid est medietas se-
ptimane. Lū enim oīs medietas cuiuslibet septimane sit diser-
tica si medietas septimane duplex terminabitur in finē eiusdem
septimane qui finis est etiā dies cretica: talis igit̄ duplicatio que
in diem creticū terminat̄ vocatur reuolutio quaternoꝝ: tale gd
est duplicatio septenoꝝ: ⁊ tale quid est duplicatio decenoꝝ. i. du-
plicatio viginti. Viginti enim cū duplicatur terminatur in. 40. et
viginti colligitur ex bisdenis. Et d̄clarat reuolutionez quaterno-
rum per exemplum cum dicit. Et exēplum hoꝝ. Dicens ꝙ exem-
plum hoꝝ. i. dierum reuolutionis quaternoꝝ est dies quartanus
⁊ septenus. nam eoꝝ mediuz: ⁊ illud est dies quartanus: peruenit
i. terminatur semp ad diem creticaz quādo duplatur. Et istō de-
claratur per experientiā dieꝝ creticorum que experientia acci-
dit. i. fit in egritudinib⁹ gbus ꝑueniunt isti dies qui sunt q̄rtanus
⁊ septen⁹: ⁊ ille egritudies sunt acute egritudies. Et sic diffiniunt
reuolutōez seu ꝑiodū: ⁊ diffōnē d̄clauit. Cōsequēter cū dicit.

Et reuolutiones. ¶ Diuidit reuolutionē sic. Reuolutio. tri-
plex est. Prima est reuolutio q̄ternoꝝ. Se
cūda est reuolutio septenoꝝ. Tertia ē reuolutio decenoꝝ: ⁊ silr cuz
ista diuisiōe cōparat iter diuidētia h mō. Pria reuolutio q̄ est re-
uolutio q̄ternoꝝ est icōpleta: q2 opz ꝙ oīs dies q̄rta repetatur si
ei⁹ reuolutio dz ad diē septimū terminari. Vocat eni incōpletōez
in hoc loco repetitionē: q2 qō repetit̄ nō repetit̄ qō ei deficit. Est
igit̄ incōpleta: q2 nunq fit sine repetitione diei q̄rte: sed reuolutio
septenoꝝ est cōpleta. Et reuolutio decenoꝝ est magis oib⁹ cōple-
ta: q2 reuolutio septenoꝝ fit q̄doq sine repetitione vt pz: ⁊ in die
septima p̄me septimane: q2 dies septima nō repetitur ad h vt fa-
ciat scōaz septimanā: imo alterius hebdomade. i. scōe septimane
octaua est p̄nm: vt dicit Hippo. in secūda ꝑticula afoꝛ. ⁊ ideo dici
pōt ꝙ reuolutio septenoꝝ est quodāmō cōpleta: sed reuolutio de-
cenoꝝ. i. reuolutio eius que est vigiti est magis oībus cōpleta: q2
in ea nunq fit repetitio. Nō eni dies vigesimus repetit̄ ad hoc vt
faciat secūdam reuolutionē decenoꝝ que terminat̄ in diē q̄drage
simum: neq dies q̄dragesima repetit̄ ad hoc vt faciat tertiaz re-
uolutionē decenoꝝ que terminat̄ in diem. 80. Et idē est de alijs re
uolutionib⁹ decenis: vnde dicit ꝙ dies q̄dragesimus ⁊ dies. 60. et
dies. 80. ⁊ omnes dies isti qui currunt per viginti sunt dies crisis.
Et dixit hoc cōtra quosdā qui dicebāt ꝙ vltra dies. 40. nō fit cri
sis: vt dicetur in hoc ca. Vexꝝ. i. sed due prime reuolutiōes sunt di-
minute ex hoc. i. respectu tertie reuolutionis. i. reuolutio deceno-
rum ꝓpter fractionē. frāgitur eni dies septima: q2 nō est tota cre
tica: frangit̄ etiaz dies q̄rtadecima quas fractiones opz nos con
cedere si volumus seq dicta Hippo. in 3° prono. que sunt ꝙ tres
septem sunt viginti dies: si eni non frāgeret̄ dies. 7. ⁊ dies. 14. imo
essent integri dies cretici: ⁊ ita non repeterent̄: accideret ꝙ tres
septeni eēt. 21. dies qō est cōtra mandata Hip. Et ꝙ dies. 7. fran-
gat̄: declarat dicēs ꝙ primus quartanus est quartus: sed secun-
dus q̄rtanus est in quo restaurat̄. i. fit fractio: ⁊ pp illud. i. pp fra-
ctionē est. i. terminat̄ scōs quartanus in septimo fracto: qm̄ pri-
mus q̄rtanus ⁊ secundus q̄rtanus sunt sex dies ⁊ res plurima de
septimo: q2 ꝑm p̄mā sextā positā superius in hoc. c. in illo loco. Di
xerunt ꝓpterea ꝙ reuolutio. Res plurima de septimo est medie-
tas diei: ⁊ octaua pars eius. i. 15. hore diuidendo mēsez medicina-
lem in q̄tuor septena. Sed ꝑm secūdam sextam positā superius in
hoc. c. in illo loco. Et fortasse extrahūt ea ꝑz modos alios. Res plu
rima de septimo sunt hore decē ⁊ septē ⁊ dimidia: hoc enim vult
G. in fine tertij de diebus creti. Et ꝓpter illud. i. p̄dictā fractiōem
cadit cōtinuus q̄rtanus secūdus cū q̄rtano primo. i. repetit̄ q̄rta-
nus secūdus hoc mō: vnus duo tres q̄tuor: quatuor gnque sex se-
ptez. Si eni duo quartani debēt terminari in septimo: oportet ꝙ
quartanus secūdus repetatur eo modo quo dixi. Sed quartanus
secūdus cadit in vndecimo: ga principiuz eius est dies octaua. Et
illic. i. in die vndecimo est hora duplicationis secūdi septeni. i. ho-
ra in qua oportet ꝙ dies. 11. dupletur. i. repetat̄ ad faciēdū 2m se-
ptenum: quare sequitur ipsum diem. 11. secundus septenus. Et ille
secūdus septenus est. i. terminatur in quartadecima. Et quādo re
staurauerimus. i. addiderimus septenū tertium sexteno scōo: ca-
dent tres septeni in die vigesimo. Et in hoc terminata est pars in
qua diuisit reuolutionem siue periodum. Et simul cum hoc com-
parauit inter diuidentia. Consequenter cum dicit.

Iam ergo. ¶ Prosegtur de diuidētibus dicte diuisionis: ⁊ ga
diuidentia sunt tria: ideo hec pars diuidit̄ in ptes
tres. In p̄ma ꝓsegtur de reuolutione q̄ternoꝝ que est p̄mū diui-
dēs. In scōa de reuolutione septenoꝝ que est 2m. ibi (Et scias ꝙ
de egritudinib⁹.) In tertia de reuolutione decenoꝝ que est 3m. ibi
(Et sunt gdē qui estimant ⁊c̄.) Prosecutio aūt quā facit de reuo-
lutiōe q̄rtana est d̄termiare g q̄rtani sunt ꝯtinuati ⁊ qui discōti-
nuati: ⁊ diuidit̄ hec ps in ptes duas. In p̄ma d̄terminat g q̄rtani
sunt ꝯtinuati ⁊ g discōtinuati. Dicēs ꝙ p̄mus q̄rtanus ⁊ scōs q̄r-
tanus sunt ꝯtinuati. i. scōs q̄rtanus repetit̄ ad faciēdū p̄mum se-
ptenū. Sz scōs q̄rtanus ⁊ tertius q̄rtan⁹ sūt disgregati. i. nō conti-
nuant̄: imo dies octaua q̄ est p̄ma dies tertij q̄rtani est p̄nm alte-
ri⁹ hebdomade. Terti⁹ āt q̄rtanus ⁊ q̄rtus q̄rtanus sunt ꝯtinua-
ti: ga dies vndecima repetit̄ ad faciendum 2m septenum.

Cum ergo pertransit. ¶ Determinat g q̄rtani a die q̄rta-
decima vsq ad diem q̄dragesimam
sint ꝯtinuati ⁊ qui discōtinuati. Et in hac primo dicit ꝙ cum dies
q̄rtusdecimus ꝑtrāsit. i. qñ fit trāsitus vltra diem q̄rtūdecimum:
tunc cadit diuersitas inter medicos: quia diuersi diuersam conti
nuationem ⁊ diuersam discōtinuationē quartanis posuerunt.

Et laudabiles. ¶ Incipit dare diuersitates illas: ⁊ dat duas.
Prima cadit iter. G. ⁊ Hip. ex vna pte: ⁊ Ar-
chigenē ⁊ quosdā alios ex alia pte. Et est ꝙ Gal. ⁊ Hip. dixerunt
ꝙ est dies septima: ⁊ dies q̄rtadecima: ⁊ dies vigesima. i. ꝙ tres
sunt septeni ⁊ finis p̄mi ē dies septima: ⁊ finis scōi est dies q̄rta-
decima: ⁊ finis tertij est dies vigesima. Et dicūt isti ꝙ dies vigesi
mus est ꝯtinuat⁹ a q̄rtodecimo. i. ꝙ dies vigesima ꝯtinuat̄ cū die
q̄rtadecima. i. tertia septimana ꝯtinuat̄ cuz 2a: repetit̄. n. dies q̄r-
tadecima ad faciēdū tertiū septenū pp fractionē que fit in die q̄r
tadecima. Et q2 sic frāgit̄ dies q̄rtadecima: ⁊ ēt dies septia vt pa
tuit: ideo vigiti dies sunt de numero septenoꝝ ꝑm intentionem. i.
nō ꝑm itegritatē: sed ꝑm fractionē. i. vigiti dies nō faciūt tres se-
ptimanas integras sed fractas: ⁊ ꝓpter h numeramus duas pri-
mas septenos segregatos. Scōa eni septimana sepat̄ a p̄ q̄s po-
stea segtur tertius septenus ꝯtinuat⁹ cōplēs viginti dies pp repe
titionē diei q̄rtedecime. Deidē separat̄ ex viginti. i. quartanus q
sequit̄ tres septimanas icipit in vigesimop ⁊ est vigesimusquar-
tus. Deide. i. alius q̄rtanus q segtur est vigesimusseptim⁹ ꝯtinua-
tus: q2 repetit̄ dies vigesimusquart⁹: postea vigesimusprimus est
separatus sup q̄tuor septenos. Quatuor. n. septeni finiunt̄ in die vi
gesimoseptio: q̄rtanus igit̄ q segtur q̄tuor septenos est sepat⁹ sup
quatuor septenos. i. est separatus a q̄tuor septenis: q2 q̄rtanus il-
le icipit in vigesimooctauo die ⁊ terminat̄ in trigesimūprimum.
Postea segtur trigesimusquart⁹ q est quartanus ꝯtinuat⁹: q2 re-
petit̄ dies vigesimusprimus: deinde segtur septenus ꝯtinuat⁹. i. a
34° die vsq ad. 40. dies: est vnus septenus cōtinuat⁹ vndiq. s. in
p̄n° ⁊ medio: q2 dies trigesimusquart⁹ repetit̄: ⁊ silr trigesimusse-
ptimus: ⁊ ille septenus termiat̄ in q̄dragesima die. Deide. i. post
q̄draginta dies currit multiplicatio sup tres septenis ꝑm ꝙ ipsi
tres septeni sunt viginti dies: vt fit ꝯtinuatio. i. vt dictis q̄dragin-
ta dieb⁹ ꝯtinuent̄ dies sexaginta: ⁊ octuaginta: ⁊ cētū: ⁊ cētūvigi-
ti: ⁊ sic deīceps currēdo p viginti. Et epilogat dicēs ꝙ nō est plu-
rima. i. vlterior ꝯsideratio ad illud de dieb⁹ qō est iter eos. i. qō est
apud Hip. ⁊ Gal. i. hec est tota itētio ⁊ totus sermo Hip. ⁊ Gal. d
dieb⁹ creticis ⁊ nihil plus. ¶ Sed alij vt Archigenes posuerunt
alios dies creticos q posuerūt Hippo. ⁊ Gal. Et ponit illos dies
creticos: ⁊ patēt: nisi ꝙ p ꝯtinuationē septeni intelligit ꝙ trigesi
mussecūdus repetat̄ ad faciēdū septenū sequētē finiri i diē trige-

simũoctauũ. Hec est p̄ma diuersitas que cecidit iter Hip. ⁊ Gal. ex vna parte: ⁊ Archigenē ⁊ quosdam alios ex alia parte.

Et quidam. ¶ Secũda diuersitas quã dat. ibi (Et q̃dã numerauerunt quadragesimũsecundũ) cadit iter Hip. ⁊ Gal. ex vna parte: ⁊ quosdam alios a predictis ex altera. Et est ꝙ illi posuerunt esse dies creticos diem quadragesimũsecũdum ⁊ quadragesimũquintum ⁊ quadragesimũoctauum. ¶ In dando hanc diuersitatem sic procedit. Primo dat eam vt dixi.

Et iam. ¶ Scđo redarguit illos. ibi (Et iaʒ transgressi.) Et dat duas redargutiões ꝯ eos. ⁋ Prima est ꝙ ipsi in h̄ sunt trãsgressi. i. in hoc ꝙ posuerunt tres p̄dictos dies eē creticos errauerũt. ⁋ Scđa est ꝙ ipsi errauerunt in hoc ꝙ ipsi solũ negociabanť circa quartanos q̄ sũt post q̃draginta dies cũ ipsi debuissent fuisse negociati circa septenos: virt⁹ eniʒ est fortis in dieb⁹ q̃rtanis vsq̃ ad viginti dies: sed v̄tus est fortior in septenis vltra viginti dies. Et istã scđam redargutionē dat ibi (Et considera.)

Et apud. ¶ Reuertitur super diuersitatē Archigenis ⁊ Hippocratis ⁊ Gale. Et patet sermo eius. Hec est diuisio ⁊ sententia huius partis.

Dubitatur hic de hoc ꝙ iste auctor ascribit Hip. ⁊ G. ꝙ ipsi posuerũt diem trigesimũprimũ esse creticum ſm cõputationem quaternariam. Luʒ in quarta particula afoř. in cõmẽto illius afoř. Sudores febricitanti si ceperint. posuit Gal. diē trigesimũ eē creticum. Constat autem ꝙ dies isti ambo non possunt esse cretici ſm cõputationem quaternariaʒ: imo si vnus est: alter nõ est. ¶ Ad qđ dici põt: ꝙ ambo dicti dies possunt esse cretici hoc modo. Si dies vigesimusseptimus repetať: tũc trigesim⁹ est creticus: q2 quartanus terminatur in ip̄m. Si aũt nõ repetať: imo dies vigesimusoctauus ponať principiũ q̃rtani q̄ seq̄tur quatuor septenos: tũc trigesimusprimus est creticus.

Et scias ꝙ. ¶ Cũ auctor in p̄te p̄cedẽti fuerit ꝓsecutus de reuolutiõe quaternoꝝ. In hac p̄te ꝓseq̄tur de reliq̄s duab⁹ reuolutionib⁹. s. de reuolutione septenoꝝ ⁊ de reuolutione decenoꝝ. Et ista parte terminata: seq̄tur pars tertia principalis huius cap̄. que est de diuisione dieꝝ creticoꝝ: que incipit. ibi (Inquit Hip. dieꝝ creticoꝝ.) Et iste due partes p̄sentem ꝯtinent lectionem: ⁊ extẽdiť lectio ista vsq̃ ad fi. cap̄. Prima istaꝝ diuidiť in p̄tes duas. In p̄ma ꝓsequiť de reuolutiõe septenoꝝ. Dicēs ꝙ in q̄busdã egritudinib⁹ fit crisis in. 7. mensibus: ⁊ in q̄busdã in. 7. annis: ⁊ in q̄busdã in. 14. annis ⁊ in q̄busdã in. 21. anno.

Et sunt quidam. ¶ Prosequiť de reuolutione decenorum. Prosecutio aũt quaʒ facit de reuolutione decenoꝝ est destruere errorē quorũdã q̄ dixerũt ꝙ vltra diē. 40. nõ fit crisis cũ euõne: nisi accidat vnũ istoꝝ triũ. s. ꝙ illa egritudo chronica que trãsit diē. 40. muteť ad acutã: aut ꝙ in ea fiat recidiuatio: aut ꝙ in ea fiat cõpositio egritudinũ. nã si muteť ĩ acutã: tũc poterit ĩ ea fieri crisis cũ euõne. Et silr̃ si ĩ ea fiat recidiuatio aut cõpositio cũ alia egritudīe g̃ra cui⁹ egritudinis fiat crisis cum euõne. Diuidiť ãt hec p̄s ĩ duas. In p̄ª dat dcm̄ errorē: ⁊ p̄ʒ. Et suppleať ĩ lr̃a vt suppleui. In 2ª ꝯstruit ip̄ʒ. ibi (Veꝝ res nõ ē ⁊c̃.)

Verum. ¶ Sic aliq̃ egritudo de illis que trãseũt diē. 40. põt ĩuenir̃i in qua nullũ triũ p̄dictoꝝ accidet cuʒ mã digerať a nã: ⁊ deĩde qñ digesta erit mã illa: nã cõfortabiť sup eã: ⁊ expellet eam extra corpus in vna vice: q̃uis illa mã sit pauca: ⁊ ita fiet crisis in ea. Et addit cũ dicit. Veꝝ plurimũ. ꝙ plm̄ est. i. h̄ʒ plurimũ fit ſm ꝙ dcm̄ est. s. ꝙ crisis cũ euõne fit ante diē. 40. ⁊ fit separatio in ea. i. in chronica que trãsit diē. 40. aut cũ crisi diminuta nõ cõpleta tardi mot⁹: aut p̄ exiturã: aut p̄ resolõnē. Et in hoc terminata est p̄s p̄ma p̄ncipalis huius lectiõis que fuit de ꝓsecutione septenoꝝ ⁊ ꝓsecutiõe decenoꝝ: ⁊ in hoc terminata est scđa pars principalis huius cap̄. que est de vna passiõe dieꝝ creticoꝝ que est reuolutio seu periodus. Consequenter cum dicit.

Inq̄t Hippocrates. ¶ Diuidit dies creticos: ⁊ diuidiť hec p̄s in p̄tes tres. In prima diuidit dies creticos in pares ⁊ ĩpares: ⁊ cõparat iter eos. Dicēs ꝙ impares sunt fortiores in crisib⁹: ⁊ plures q̃ pares. Et dat dies creticos tã pares q̃ impares: ⁊ patent. Et illic scias ꝙ per illos quos numerauit de paribus ſm duas sententias: intelligit. 18. ⁊. 28. ⁊. 32. ⁊. 38. ⁊. 42. ⁊. 48. Nam sententia Archi. posuit quatuor primos de p̄dictis sex. Et sententia quorũdam aliorum posuit reliquos duos vltimos. Dies autem pares ſm Gal. ⁊ Hipp. iam posuerat in tex. p̄cedenti illic. Et laudabiles quidem ⁊c̃.

Amplius. ¶ Redarguit Gal. ⁊ Hipp. circa diē octauũ ⁊ circa diē decimũ. Dicēs ꝙ. G. in h̄ afoř. i. ĩ cõmē. illi⁹ afoř. 4ᵉ particule. Sudores febricitanti. Et cũ hoc ēt Hip. negauit illđ qđ dictum est de esse octaui ⁊ decimi. Dixerat enĩ auctor iste pauloante illic. Et paꝝ q̄dem exēplum. ꝙ dies octauus ⁊ dies decim⁹ sunt cretici. Gal. autē in cõmento dicti afoř. ⁊ Hip. in tex. negauerũt diē. 8. ⁊ diē. 10. eē dies creticos: vñ dicit ꝙ. G. ĩuenit illud. i. dies dictos duos creticos esse diuersum a radicibus Hippo. i. in textu Hippo. Et redarguit Hippo. dicens ꝙ fortasse sermo hic Hip. q̄ est ꝙ dies octauus ⁊ dies. 10. nõ sunt dies cretici: est. i. fuit anteq̃ Hippo. bene sciret esse dierum crisis. q. d. dies octauus ⁊ dies. 10. sunt dies crisis: vt pauloante dictuʒ est. Et dicit ꝙ sermo de die. 8. habet expõnem. i. distõnem talem ꝙ dicti duo dies sunt cretici: sʒ non sunt ita fortes: nec ita boni: vt sunt dies impares.

Et scias ꝙ quandoq̃ʒ. ¶ Dat duas ꝓprietates dieꝝ creticoꝝ ⁊ signa que apparēt in eis. Prima est ꝓprietas dieꝝ pluriũ creticoꝝ cõcurrentiũ ad vnã crisim: ⁊ est ꝓprietas illa ꝙ ipsi sunt sicut vnus dies creticus. ¶ Secunda est quã dat ibi (Et scias ꝙ in die bone crisis.) Signoꝝ maioruʒ apparentiuʒ in die bone crisis: ⁊ est ꝙ certius significãt mortē: vt si appareat in die. 7. aut quarto. Hec est diuisio ⁊ sententia huius partis. Hic cadũt quatuor questiones vt videbis.

Primo queriť hic: vtrũ dies tertia sit cretica. Et vr̃ ꝙ sic: q2 q̃dã febres vt cholĩce faciunt maiorē p̄turbationē ĩ die tertia: ⁊ vniulr̃ in dieb⁹ imparibus q̃ in aliis: sed crisis fit quando est maior p̄turbatio: crisis enĩ fit in negozi horaꝝ ſʒ. G. in. 3. de crisi. dies igiť tertia est dies cretica. ¶ Scđa rõ: in die paroxismi fit crisis oĩs: sed in febrib⁹ cholĩcis p̄oxismi fiũt de tertio in tertiuʒ: in die igiť tertia possibilis est crisis: dies igiť 3ª ē cretica. ¶ Ad oppositũ est auctor in h̄ ca. qui dicit ꝙ p̄ma dies cretica est quarta. ¶ Ad hoc dõm ꝙ aliq̃ dies põt eē cretica duplr̃: aut a parte radicis superioris: ⁊ sic solũ medietates septimanaruʒ ⁊ eaꝝ fines sũt solũ dies cretici: ⁊ sic dies tertia nõ est cretica sed ĩtercadēs: ⁊ sic intellexit auctor in h̄ cap̄. aut a p̄te radicis ĩferioris: ⁊ sic in febribus cholĩcis dies tertia est cretica: qm̄ cholera moueť de tertio in tertiũ. Obiecta patēt: q2 prime due rõnes arguunt a parte radicis inferioris: ⁊ a parte illius sunt ꝯcedende: sed iste auctor ĩtelligit a p̄te radi. supioris: ⁊ a p̄te illi⁹ dies tertia nõ est cretica.

Secũdo dubitať de ꝯrietate que videť eē ĩter Aboali ⁊ Hipp. circa diē tertiũ. Nã Hip. in epi. ponit eã creticã: ⁊ similr̃ in tex. illi⁹ afoř. 4ᵉ p̄ti. Sudores febricitãti. Aboali aũt in h̄ ca. nõ ponit eã eē creticã. ¶ Ad hoc dõm ꝙ Aboali in h̄. c. loq̄tur a p̄te radicis supioris que facit cõputationem quaternariam.

¶ Pꝛimo ponit cuius virtutis debẽt eẽ medicĩe. Scδo ponit eas. ibi (Et de medicinis. ¶ Cõsiderãdũ q̃ hic est dĩa iter medicinas casus ⁊ offensionis quib⁹ fit disruptio vel fixura vel quassatio interius siue ille medicine extra ponant̃ siue intus: ⁊ inter medicinas ꝯtusionis exterioꝛis: qꝛ medicine casus ⁊ offensionis debent habere glutinositatẽ ⁊ viscositatẽ ⁊ oppilationẽ: qꝛ timet̃ de fluxu sanguinis ⁊ disruptione: sed medicine ꝯtusionis nõ debent esse tales: cõueniunt aũt qꝛ vtreq; debẽt esse resolutiue.

¶ Et de medicinis oppilãtib⁹ est achacia: ẽ eni mirabilis i algebꝛa. Iterũ sicut aloes ⁊ bolusar. ⁊ allemu ⁊ sumach ⁊ almes ⁊ gipsuꝫ ⁊ calx ambo extícta ⁊ rizi cõtritũ: ⁊ de glutinãtib⁹ est sarcocolla: ⁊ de vapoꝛationib⁹ bonis sunt folia cupꝛessi ꝺcocta cũ sansuco: ⁊ silr̃ folia alhethil. Et similr̃ si ponat̃ in eis lac acetosum.

¶ Pꝛimo ponit medicinas que sumuntur interius. Secundo que ponuntur exterius. ibi (Et de medicinis.)

¶ Offensio super ventrẽ ⁊ viscera. Cap. 6m.

Iam dixim⁹ de ẟ in libꝛo tertio in quo est excusatio: ⁊ opꝫ vt iteret̃ suꝑ eã operatio ⁊ sit cibus omne lenitiuũ ⁊ infrigidatiuũ sicut volubilis ⁊ chꝛysolocãna ⁊ malue. Et de faciẽtibus glutinationẽ iterũ sicut arnoglossa: ⁊ det̃ in potu iteꝝ in pꝛicipio de succis ĩfrigidãtib⁹ cũ permixtione lenificatiõis sicut est exꝑssio solatri aut arnoglosse aut endiuie cũ cassiafi. Et de illis que experta sunt iterum in hoc capitulo est vt terat̃ psiliuꝫ ⁊ sumat̃ de eo ꝑs vna ⁊ lacce ⁊ charabe amboꝝ: ana medietas q̃rte partis vnius ⁊ croci septime ꝑtis: ⁊ potio ei⁹ sit dracmarũ duaꝝ cũ aq̃ calı̃a. Et det̃ in potu trociscus hꝰ. ℞. charabe. x. rosa. v. achacie ablute. ℥. j. spice ide. vj. ⁊ melliloti. x. ⁊ masticis. iiij. ⁊ coꝛticũ thuris. iiij. ⁊ boliar. vij. ⁊ croci. vj. ⁊ nucis cupꝛessi. viij. fiant trocisci cũ aq̃ arnoglosse. ⁊ hoc quidẽ ꝯuenit ꝓpꝛie q̃n egritudo ꝑtransierit pꝛincipiũ. Et ponat̃ emplr̃m ex hmõi gñe sumant̃ mala alscenia decoquant̃ cũ decocto odoꝛifero donec sint discocta ⁊ fiat optima eoꝝ ꝯtritio: ⁊ sumant̃ de eis. ʒ. c. ⁊ laudani. xx. ⁊ rosarũ. xxj. ⁊ spice ⁊ masticis ⁊ eupatoꝛij abluti oĩum añ. xiiij. ⁊ ꝯficiant̃ cũ aq̃ cupꝛessi expꝛessa cuꝫ oleo de lilio ⁊ emplastret̃ cũ eis.

¶ Non dixit de casu ⁊ offensione super pectus: quia satis patet ex tertio fen. 10. cum loquit̃ de cura sputi sanguinis ⁊c̃. Pꝛimo ostendit se alibi dixisse. Secundo exequitur. ibi (Et sit cibus.)

¶ Dispositio verberati cum flagellis ⁊ eoꝛum similib⁹ ⁊ cura eius. Cap. 7m.

Opoꝛtet vt sit cibus verberati cũ flagellis ex cicere excoꝛticato ꝯtrito ⁊ ex faseolis rubeis excoꝛticatis ⁊ in potu sumat loco aque aquã ciceris infusi. Et det̃ in potu iteꝝ medicine eius qui offendit se ⁊ eius qui cecidit ⁊ ꝓpꝛie bolũarmenũ. Et iterũ reubar. ⁊ zinziber ⁊ ꝯiungant̃ de ꝯiunctione amboꝝ det̃ in potu. ʒ. j. ⁊ ʒ. cuꝫ aq̃ calı̃a. De eis ṽo que supponunt̃ melioꝛ res ei est vt sumatur pellis ouis excoꝛiata statim: ⁊ dũ est calı̃a ⁊ humida inuiscet̃ suꝑ locũ ⁊ dimittat̃ suꝑ eũ ⁊ nõ remoueat̃. foꝛtasse eni sanat ipm in die secundo: ⁊ quãdoq; resoluit apostema ⁊ pꝛohibet putrefactionem ⁊ pꝛopꝛie quãdo puluerizatur sub excoꝛiata aliquãtulum salis vehementer contriti. Et de illis que desuper puluerizãtur sunt nasturtium tritum ⁊ semen apij ⁊ his similia. Et iterũ sumatur merdasengi ⁊ ceruse partes equales ⁊ fiat ex eis ceratum cum oleo rosaceo ⁊ cera. Et iterum epithima ex dragaganto et croco equali mensura. Et si remanserit vestigium lini ipsum cum arsenico ⁊ lapide piperis. Et nos iã aliter non diximus hic moꝛtem

ſanguinis ⁊ nos iā dicemus illḋ in libro decoratiōis.

¶ Ponit curā vlcerati cū flagellis. Et p̄mo hoc. Scḋo veſtigÿ. ibi (Et ſi.) ¶ Prima in duas. Primo per cibū. Scḋo ꝑ medicinas. ibi (Et dent.) Primo intrinſecus. Scḋo extrinſecus. ibi (De eis.)

¶ De torſione. Cap. 8m.

Melior curatio torſionis iuncturaꝝ officialiū ſunt nuclei dactyloꝝ deſuꝑ poſiti ⁊ dimittā-tur qm̄ ipſi ſanāt eā. Cū āt accidit torſio nos iā diximꝰ in capl'o fracture oſſiū medicinas que oēs rectificāt torſionē: quare oēs ſumant̄ inde.

¶ Ponit curā torſionis cū qua dat intelligi curā eguamē: q2 nō differūt niſi ſm magis ⁊ minus. Et p̄ facit h̄. Scḋo remittit. ibi (Cū.) ¶ Cōſidera ꝙ p̄ opꝫ facere flobothomiā ex parte ꝯtraria: deinde intēdere ſedare dolorē cū reſolutiuis leuibꝰ vt floꝝ camo. ⁊ malua. poſtea cū iſtis ſtipticis vt oleo myrtino ⁊ puluē myrti nucleis dactyloꝝ ⁊ corticū granatoꝝ q2 reaggregāt iuncturā laxam.

¶ De excoriatione ⁊ eſt in ea excoriatio calciamenti. Capitulum. 9m.

Excoriatio eſt ruptio que accidit in ſuperfi-cie cutis per tactum laborioſum.

¶ Hic determinat de excoriatiōe. Et p̄ oſtēdit qd ſit. Scḋo ponit diuerſitatē. ibi (Et qn̄qꝫ.) Tertio curā. ibi (Et qn̄qꝫ.) Tactū laborioſum. i. malū vt ꝯfricatio. ¶ Cōſiderādū circa ſcḋaꝫ partē ꝙ hec diuiſio eſt attendenda. ſi eni cū excoriatione ſit apa: prius opꝫ curare apa vl' ēt malā cōplexionē ꝗ̄ excoriationē ſicut in vulneribus fit: lꝫ qn̄qꝫ eadē medicina poſſit vtriqꝫ conferre.

¶ Et qn̄qꝫ eſt cum apoſtemate ⁊ qn̄qꝫ eſt ſine apate. Et qn̄qꝫ eſt cutis toto excoriata aut inciſa aut pēdēs ⁊ eſt neceſſariū inuiſcare ipſaꝫ q̄re curet̄ cū inuiſcatio-ne que dicta eſt in capitulo vulnerū. Et opꝫ quantuꝫ poſ'e eſt ne incidat̄ cutis: imo dilatatio ſuꝑ eaꝫ fiat: ēt ſi multotiēs fiat qm̄ inuiſcat̄ in fine rei. Et ſi nō adhe-ret inuiſcet̄ cū emplaſtris factis ad hanc rē. In dete-cta vo eſt melius vt adminiſtret̄ deſuper medicamen abſqꝫ ligatura niſi ſi nō fuerit poſſibile. Nā eius exic-catio cū medicinis cū adiutorio aeris eſt melior.

¶ Primo ponit curā quādo cutis nō eſt totaliter inciſa al' abſci-ſa: ſed pēdet. Scḋo qn̄ eſt abſciſa. ibi (In detecta vo.) Tertio cō-plet curā. ibi (In excoriatione.) ¶ Conſiderādū ꝙ vult ꝙ fiat liga-tura qn̄ cutis pendet: q2 facit adherere: ſed qn̄ ex toto remota eſt cutis cū debeat fieri cicatrizatio dꝫ fieri fortis exiccatio: ⁊ in hoc iuuat aer: ⁊ ideo ſi tenet̄ medicina ſine ligatura fiat. Et hoc eſt qḋ vult eius exiccatio cum medicinis cū adiutorio aeris ⁊c̄.

¶ In excoriatione aūt leui de medi. bonis excoriatio-ni ſingulari ⁊ ꝓprie excoriatiōi calciamēti ē vt ſumat̄ pulmo ⁊ ꝓprie pulmo arietis ⁊ inuiſcet̄ deſuꝑ ⁊ ſanat ipſam. Et ſi nō fuerit apa tūc ꝯfert ei pānus aduſtus aut oleū roſaceū ⁊ arſenicū rubeū ⁊ cucurbita aduſta eſt valde mirabilis cū qua eſt fiducia ⁊ ꝓprie in exco-riatione calciamēti. Et ex medicis ſigillatiuis icarna-tiuis ꝯſolidatiuis eſt oē illud in quo eſt ſtipticitas le-uis ſicut achacia ⁊ galle ⁊ ꝓp̄e aduſte: ⁊ cū ſit illud in excoriationibꝰ leuibꝰ ⁊ raris ſufficit. Et fortaſſe ſuffic̄ ſteꝝ vnguētū albū. Et de illis que ſunt fortiora eſt vt ſumant̄ cerusa ⁊ ammoniacū ⁊ oleuꝫ roſa. ⁊ myrti aut oleū de cherua ⁊ oleū de lilio: diſſoluat̄ ammoniacū cuꝫ aq̄ ⁊ vino ⁊ fiat ex eis empl'm: ⁊ fortaſſe ſufficient myrra ⁊ merdaſengi ſola cū vino. Et ſumach eſt exic-cās excoriationē leuē ⁊ ꝓhibēs apa. Et ex embrocis ꝓprie qn̄ accidūt fiſſure ex excoriatōe ſunt lētes ⁊ de-coctio horbi ⁊ lētes ⁊ aq̄ maris tepida ⁊ emplaſtratio cū fece ſicca. Si aūt deſtruit̄ cutis tota: tūc necīuꝫ eſt vt ꝓhibeat̄ apa ex eis in q̄bus eſt exiccatio ⁊ ſigilla-tio fortis: ⁊ ſit res in ea magis difficilis.

¶ Complet curam. Primo quādo exterior cutis excoriata eſt. Secundo quando profunda vſqꝫ ad carnem. ibi (Si autem.)

¶ De punctura ⁊ diſruptione ⁊ extractione eius qḋ retinetur ex ſpinis ⁊ ſagittis ⁊ oſſibus. Cap. 10m.

Punctura ⁊ diſruptio vicine ſūt ex h̄ ꝙ vna-queqꝫ earū eſt penetratio corporis acuti du-ri in corꝑe. Et iterū diuerſificant̄ in q̄ꝫtitate corporis penetrātis ⁊ ſimilant̄ vt pūctura ſit cū ꝑuitate penetratiōis ſign̄ans ꝑuitatē penetratiōis q̄ſi ipſa nō ꝑtrāſeat cutē. Et hmōi qdē eſt leuis nocu-menti ſi nō cōmoueat̄ ⁊ quādo dimittit̄ rectificat̄ per ſe q̄ꝫuis inueniat malitiā carnis niſi in vehemēti ma-litia carnis: fortaſſe eni apoſtemat̄ locus eius ⁊ acci-dit ei pulſatio: ⁊ ꝓprie quādo eſt illa diſruptio ⁊ pun-ctura vehemētior ⁊ facta eſt punctio ꝑueniēs ad car-nem. Et plurimū quidē medicationis hmōi eſt vt ſe-detur apoſtema eius ⁊ dolor ipſius ⁊ nō indiget regi-mine vulneris. diſruptio vo indiget regimine vulne-ris ⁊ regimine doloris ⁊ apoſtematis.

¶ Primo oſtendit in quo differt punctura ⁊ diſruptio: ⁊ quid de eis eſt dicendum: deinde extrahe ſm id quod eſt dicendum. Secunda ibi (Et iam.) ¶ Prima in duas. Primo ponit ꝯuenientiam. Scḋo differentiam. ibi (Et iterū.) Et hic primo ponit differentias a parte cauſaꝝ ⁊ accidētiū ⁊c̄. Scḋo ex ꝑte cure. ibi (Et plurimū.)

¶ Et iam quidem dictū eſt in regimine vulnerum ⁊ in regimine apoſtematū illud in quo eſt ſufficiētia. Et il-lud qḋ neceſſe eſt nos rememorari in hoc loco deeſſe puncture eſt regimen in extrahendo illud qḋ retinet̄ in corpore de re pungente ⁊ diſrumpēte ſiue ſit ſpina ſiue ſagitta ⁊ que ſunt ſimilia illis.

¶ Primo oſtendit quid dictum eſt ⁊ quid intendendum. Secundo exequitur. ibi (Et hec.)

¶ Et hec extractio qn̄qꝫ fit cū inſtrumētis ꝯtinētibꝰ rē quā trahunt: ⁊ qn̄qꝫ fit cū exp̄ſſione ⁊ que ei ſimilant̄: ⁊ qn̄qꝫ fit cū ꝓprietatibꝰ medicinarū trahētiū que ex-trahunt illud a quo deficiunt forpices ⁊ reliq̄ iſtrumē-ta. Canon aūt in eo qḋ extrahit̄ cū iſtrumētis retinen-tibꝰ eſt ſicut extractio ſagittarū cū forpicibꝰ habenti-bus capita vt lime vt vehemens fiat earū retētio. Ca-non ergo in ea eſt vt caueat̄ cōfractio eius qḋ eis cō-prehendit̄ vt ſit via earū ad illud qḋ auferēdū eſt am-pliata nō ꝓhibens bonitatē poſſibilitatis tenēdi illḋ: ⁊ vt inquirat̄ facilior via extrahēdi ip̄m: ⁊ ſi fuerit pe-netrās ex duobꝰ lateribꝰ: tunc dilatet̄ latus qḋ eſt ma-gis ꝯueniēs ad hoc vt egrediat̄ per ip̄m. Ingeniū vo ad hoc vt nō frangat̄ eſt vt nō moueat̄ motione ſubi-ta: imo cōprehēdat ſuꝑ ip̄m ⁊ cōmoueat̄ cōcuſſione q̄ ſciat̄ q̄ꝫtitas fixionis eius: ⁊ tunc capiat ip̄m aut ſuſpē-dat̄ in eo deinde trahat̄ tractione que eſt ſm rectitu-dinē. Et multotiēs eſt neceſſariū vt dimittat̄ aliquot diebus ⁊ ſuſpendat̄ in eo deinde extrahat̄. Et iā dixe-runt quidā ſapiētes huius artis ſermoneꝫ quē attuli-mus ſm ſuū moduꝫ: ꝙ iſte qui aufert ſagittas: opꝫ vt ſciat ante illud ſpecies ſagittarū. Nā quedā earū ſunt ex ligno ⁊ q̄dā ex arundine: ⁊ earū ꝫugi ſunt ex ferro ⁊ ex ere ⁊ ex plūbo ⁊ alcalai ⁊ ex cornibꝰ ⁊ ex oſſibꝰ ⁊ ex lapidibꝰ. Et quedā earū ſunt rotunde ⁊ quedā habēt tres angulos ⁊ quedaꝫ q̄tuor angulos. Et de eis ſunt que habēt linguā vnā aut linguas duas aut tres. Et de eis ſunt que habēt ꝫugi. Et illaruꝫ que habēt ꝫugi

foꝛtaſſe eſt zugi carũ inclinatuꝫ retro vt qñ tendiť ad exterioꝛa ſuſpendať cũ carne ⁊ in qbuſdã carũ eſt zugi ad anterioꝛa vt ipellat. Et quedã carũ ſunt quaruꝫ zugi moueť cũ re ſimili turno. Cũq́ꝫ extendiť ad exterioꝛa dilatať ⁊ ꝓhibenť ſagitte ab egreſſione. Et q̃dã ſunt que habẽt zugi magnũ aut eſt ei extremitas q̃ꝫtitate digiti vnius ⁊ nominať caudata: ⁊ q̃dã ſunt plane: ⁊ quedã ſunt ſuper quas adduntť ferra minuta. Cũ ergo extrahiť ſagitta remanẽt ferra illa in ꝓfundo ſagittaꝝ. Et quoꝛũdã zugi eſt fiſſura i aſtula: ⁊ quoꝛũdã zugi hꝫ cãnulã in q̃ ingrediť aſtula ⁊ q̃dã ſtringuntur ex cõpoſitione ſua ⁊ q̃dã nõ ſtringũtur ex ipſo vt qñ trahunť ad exterioꝛa ſeparetur aſtula zugi ⁊ remaneat zugi in coꝛpoꝛe. Et q̃dã ſunt venenoſe ⁊ q̃dã ſũt nõ venenoſe. Et ſagitte quidem extrahunť ſm duos modos: vnus quoꝝ eſt extractio: ⁊ alter eſt impulſio. Et illud eſt qm̃ cũ ſagitte figunť in eo qđ apparet de coꝛpoꝛe tunc extractio earũ fit cũ attractione: ⁊ adminiſtrať iterũ cũ attractione qñ figiť ſagitta in ꝓfundo coꝛpoꝛis. Et nos qdẽ timemus ex locis que ſunt oppoſita ſagittis: ꝙ ſi extrahanť accidet ex eis fluxꝰ ſanguinis qui interficiet aut nocumentũ vehemẽs faciet. Et egrediť ſagitta cuꝫ ipulſione qñ figiť in carne ⁊ in coꝛpoꝛibꝰ: ⁊ in eis que opponunť ei nõ eſt aliquid qđ ꝓhibeat a ſciſſione neq́ꝫ neruus neq́ꝫ os neq́ꝫ aliqd aliud ſimile eis rebꝰ. Nã ſi illud qđ extrahendũ eſt fuerit os tunc nos adminiſtrabimus attractionem. Nã ſi fuerit ſagitta apparens tũc trahimus ipſaꝫ: ⁊ ſi eſt occulta: tũc opꝫ ſicut dixit Hip. ſi poſſibile eſt vulnerato vt ponat ſeip̃m ſm figurã ſm quã fuit qñ fuit vulneratus: q̃re opꝫ vt ſignificeť per ip̃m ſuper ſagittaꝫ: ⁊ ſi nõ eſt poſſibile: tunc opꝫ vt reſupineť ſm ꝙ eſt ei poſſibile ex figura ⁊ vt adminiſtrẽtur inquiſitio ⁊ expreſſio: ⁊ ſi eſt fixa in carne tunc trahať cũ manibꝰ aut cũ ligno ſuo ſi nõ ceciderit p̃cipue ſi nõ fuerit ex arundine. Et ſi iã cecidit lignũ eiꝰ tũc extrahať extractione que fit cũ foꝛpicibus aut cũ inſtrumẽto quo extrahunť ſagitte. Et opꝫ in qbuſdaꝫ hoꝛis vt findať caro ſciſſione plurima qñ nõ eſt poſſibile vt egrediať zugi ex ſciſſiõe pꝛima. Et ſi ſagitta peruenit ad oppoſitionem membꝛi vulnerati ⁊ nõ eſt poſſibile vt egrediať ex latere per qđ intrauit: tunc opꝫ vt findamus illa loca que opponunť ei. Et extrahať ex eis aut per extractionẽ aut per impulſionẽ cũ re alia ⁊ ipellať cum ea ferrũ ad exterioꝛa. Et opꝫ ne incidamus cũ noſtra impulſione neruũ aut arteriã. Et ſi fuerit zugi cauda tũc ſciemus illud ex inquiſitione. Et opꝫ vt intromittamꝰ illã caudã in cãnam inſtrumenti quo impellunť ſagitte ⁊ impellamus ipſum cũ ea. Cum ergo egrediť zugi ⁊ vides in eo loco putrefactiones ⁊ eſt poſſibile vt ponas in ea ferra alia minuta tũc adminiſtra inquiſitionem iterũ. Nã ſi inuenerimus ſciſſurã ex iſtis ferris extrahamus eã cuꝫ hoc ingenio. Nã ſi zugi habuerit ramos diuerſos ⁊ nõ obedit nobis ad egreſſionẽ: tũc neceſſe eſt nobis vt dilatemus ſciſſurã ſi nõ fuerit pꝛope ipſum locũ membꝛũ de quo timeamus adeo vt quando detexerimus illud zugi extrahemus ip̃m cũ facilitate. Et de hominibus ſunt qui ponunt ramos in cannã: vt non egrediať caro. Deinde ſi vulneratus fuerit quietus nõ habens apoſtema calidũ adminiſtra ſuturam aut comple curationem que facit naſci carnẽ. Nã ſi acciderit vulneri apoſtema calidũ: tunc opꝫ vt cureť cum embꝛocis ⁊ emplaſtris. In ſagittis aũt venenoſis: opꝫ vt cõcaueť caro ex alteratione ſua a carne ſana. Caro enim venenoſa eſt mali coloꝛis fuſca ⁊ q̃ſi ipſa ſit caro maligna. Si aũt ſagitta figatur in os extrahemus eã cũ inſtrumento. Si aũt pꝛohibet ex hoc aliqd carniũ: tũc opꝫ vt ꝯcauemus ip̃m aut perfoꝛemus illud. Nã ſi ſagitta infixa fuerit in pꝛofundũ oſſis: tũc nos ſciemus illud ex firmitudine ſagitte ⁊ paruitate motionis eius cũ mouerimus eã: tũc neceſſariũ erit nobis vt indicamus in pꝛimis os qđ eſt ſupꝛa ſagittã cũ inciſoꝛio aut perfoꝛemus ip̃m cũ terrebello faciendo foꝛamẽ in circuitu eius ſi os fuerit groſſum ⁊ euadit ſagitta per illud. Nã ſi ſagitta fixa fuerit in aliq° mẽbꝛo pꝛincipaliũ ſicut cerebꝛo aut coꝛde aut pulmone aut ventre aut inteſtinis aut epate aut matrice aut veſica ⁊ apparent ſigna moꝛtis: tunc opꝫ vt abſtineamꝰ ab attractione ſagitte qm̃ fiet inde inquietudo plurima ne ſuperueniat nobis locus ſermonis ſtolidoꝝ cũ hoc qđ parum conferemus infirmo. Si aũt nõ apparuerint ſigna mala alia ex quibus timemus de accidẽtibus: tunc pꝛemittemus ſermonem in perditione que accidit plurimũ deinde icipiemus in curatione. Multotiens enim de illis quibus accidit illud ſaluatur aliquis abſq́ꝫ ſpe mirabiliter. Et multotiens egrediť ps epatis ⁊ aliquid de ſyphac qđ eſt ſuper vẽtrẽ ⁊ zirbo ⁊ matrix tota ⁊ non accidit inde moꝛs. Uerũtamen ſi nos dimiſerimus iterũ in his mẽbꝛis pꝛincipalibꝰ accidet moꝛs ſm oẽm diſpoſitioneꝫ ⁊ ꝓpoꝛtionabimur ad paucitatẽ miſericoꝛdie. ſi aũt abſtulerimus ſagittã foꝛtaſſe ſaluabitur infirmus quãdoq́ꝫ.

¶ Quaſi totum cap̃. eſt ad extrahendum ſagittas. Pꝛimo hoc. Secundo ponit medicinas tractiuas: ⁊ in hoc innuit tractum ſpinarum ⁊ oſſium ⁊ ſimilium. ibi (Opoꝛtet.) Pꝛima in duas. Pꝛimo ponit modos generales trahendi in fixa applicans ad ſagittas. Secundo in ſpeciali de ſagittis ponit modũ trahendi. ibi (Et iã.)

¶ Medicine attrahentes. Cap. II^m.

Opoꝛtet vt ſuper illũ locuꝫ ponať ammoniacum quoniã eſt attractiuũ foꝛte aut ſumatur radix arundinis ⁊ terať ⁊ emplaſtreť cũ ea ⁊ foꝛtaſſe conficiť cũ melle ⁊ affodili iterũ ⁊ folia papaueris nigri ⁊ folia arboꝛis fici cũ ſauic aut ſemen iuſquiami albi pꝛopꝛie cuꝫ calcadis. Et ſimiliter fructus iuſquiami albi cũ diſpoſitione ſua. Et iterum alcheiri ⁊ ſp̃es eiꝰ ⁊ ariſtologia ⁊ cepe narciſci. Et ex aĩalibus res plurime de quibꝰ eſt rana excoꝛiata ⁊ eſt mirabilis valde fixis in oſſibus. Et ſimiliter eradicat dẽtes. Et cãcer iteꝝ ꝯtritus ⁊ vtriq́ꝫ lepoꝛes ⁊ coagula omnia. Et dicitur ꝙ lacerta eſt vehementis attractionis ad illud ſuper qđ finditur. Et de compoſitis caput lacerte ſtatim cum abſcinditur cuꝫ ariſtologia lõga ⁊ radix cãne ⁊ cepe narciſci. Illud vͦ qđ appꝛopꝛiatũ eſt cũ attractionũ oſſiũ coꝛruptoꝝ de ſubulceribus que conſolidantur dicemus in capitulo oſſium.

¶ Canon curatiõis cõbustiõis ignis. Cap. 12m.

Intentio in curatiõe cõbustionis ignis ẽ due itẽtiões. Una eaꝝ est seq cũ ꝓhibitiõe vesicationis. Et scda est rectificare qd est cõbustũ. Et sunt necẽie in ꝓhibitione vesicationis medicine ĩfrigidãtes ꝑter ꝙ associet eis mordicatio.

¶ Primo determinat de cura cõbustionis ab igne. Scdo ab aqua feruenti. ibi (Qñ accidit.) ¶ Prima in duas. Primo ponit cañ. in curatione. Scdo medicinas. ibi (Sumantur sandali.) ¶ Prima in tres. Primo ponit intentiones. Scdo cuius virtutis debent esse medicine. ibi (Et sunt.) Tertio ostendit a qua illarũ intentionum prius incipere debem⁹. ibi (Et qñ.) Qꝛ primo ostendit est notum.

Dubium ¶ Dubitat vtꝝ medicine que primo ponunt in cõbustione ad ꝓhibendũ vesicationẽ debeãt esse frigide multũ vel paꝝ. ¶ Uꝛ ꝙ paꝝ simile est de cura mẽbroꝝ mortificatoꝝ frigore per vsũ calidoꝝ ⁊ mẽbroꝝ cõbustoꝝ ⁊c. sed in illis nõ vtimur fortiter calidis: imo ꝓhibet approximari. G. vnde ĩcurrũt dol. vt in libro de mala cõplexione diuersa. c. vlti. ¶ In ꝯriũ Aui. ⁊ Rab. 14. ꝯtinẽ. cap. 6. ⁊ rõ qꝛ cura fit per ꝯtrariũ. ¶ Dõm ꝙ medicine huiusmodi debẽt esse fortiter frigide. rõ est: qꝛ vesicatio in cõbustione fit a mala cõplexione calida existẽte in pte q̃ trahit materias ad locũ vnde fit vesica: calidi eñi est attrahere subtile sicut ⁊ venenũ: g̃ opꝫ infrigidare. ¶ Sciendũ tñ vel ꝙ per ignẽ est inducta mala cõplexio calida ⁊ nõdũ sunt tracte mãe: ⁊ tunc cõpetunt dicta frigida. vel est ibi iam mã tracta ⁊ quodãmõ ꝯstricta: ⁊ hoc cognoscit per doloris vehementiã ex appositis frigidis dictis: ⁊ tunc nõ cõpetũt huiusmodi frigida pura: sed opꝫ ꝙ sint remissa ⁊ aliqualiter lenitiua ⁊ resolutiua sicut est oleũ ro. cũ vitello oui sicut docet Almansor. 7. tracta. cap. 18. ¶ Ad ꝯtrariũ dõm nõ est simile: frigus eñi statim cũ occurrit oppilat ⁊ ꝯstringit ⁊ ingrossat materias: ⁊ iõ calidũ subito eueniens nocet: qꝛ ẽt ingrossat ⁊ oppilat: ⁊ iõ requirit calidũ remissius qd aperiat ⁊ dilatet: dꝛ tñ ꝙ iõ dolent qñ infrigidati vadũt ad ignẽ: qꝛ frigus fugit ad calidũ ⁊c. ¶ Cõsiderandũ tñ ꝙ in maxima adustione ⁊ forti existente dolore cõpetit flobothomia: ⁊ eadẽ que dicta sunt intelligunt de cõbustione ab aqua.

¶ Et secunda vbi curatur qd est combustum indiget medicinis in quibus est abstersio quedam cum exiccatione quadam non magna ⁊ preter ꝙ mordicẽt cũ hoc vt sint tpate in caliditate ⁊ frigiditate.

¶ Cõsiderãdũ ẽm Hy. ꝙ vesice debeãt apiri vt exeat humiditas: postea poni medicine exiccatiue ⁊ abstersiue: qꝛ ibi est vlc⁹: ⁊ ĩdiget abstersiõe ⁊ exiccatiõe sine mordicatõe ne dolorĩ ducat. tẽꝑate ⁊c. actu ⁊ potẽtia: qꝛ iã ẽ ibi vlcus: ſꝫ frigidũ vlcerib⁹ mordax.

¶ Et quãdo indiget regimine simul regatur cũ infrigidatiuis prius: deinde si ĩdiget secunda fiat. Si aũt inuenitur ⁊ iam vesicatum est tunc necessarium est regimen scdꝫ. Et medicie eius sunt sicut chimolea ⁊ lutorum genera exiccantia ⁊ lentes decocte ⁊ encaustrũ indũ ⁊ similia. Ea võ que sunt sicut thus ⁊ glutinum ⁊ pinguia nõ conueniũt ad illud: qm̃ quedã eoꝝ sunt calidiora q̃ꝫ opꝫ ⁊ non carent virtute mordicatiua: ⁊ quedam eoꝝ sunt humidiora q̃ꝫ opꝫ.

¶ Ut quãdo ignis statim comburit. Ratio est: qꝛ mala complexio oportet ꝙ prius remoueatur: aliter vlc⁹ curari nõ posset. Et medicine eius. s. secunde intentionis sunt sicut ⁊c.

¶ Medicine ad combustionem que sunt ẽm intentionem primam. Cap. 13m.

Sumant sandali ⁊ faufel ⁊ later albus recẽs aut ostracũ ⁊ liniant cũ aqua solatri ⁊ aqua rosacea. Aut vnguẽtum de vitellis ouorũ ⁊ oleo rosaceo. Et iteꝝ endiuia ⁊ farina ordei abluta ⁊ vitelli ouoꝝ ⁊ oleũ rosa. ⁊ lẽtes elixate cũ rosis cum oleo rosa. Et iterũ boliar. ⁊ acetũ. Et iterum oleũ ros. ⁊ cera ẽm ꝙ opꝫ: deide ponat in eo de calce abluta ablutione integra cũ cerusa ⁊ opio ⁊ albumine oui ⁊ aliquãtulo lacꝫ. Et iteꝝ sumant folia malue ⁊ sycle ⁊ elixẽtur cũ aqua dulci deide terant ⁊ mũdent a rebus filosis que sunt in eis: deinde aggregẽtur eis merdasengi ꝯditi cuꝫ climia ⁊ ceruse de plumbo algalai: amboꝝ añ. ptes. ij. ſ. ⁊ olei ros. partes. iiij. ⁊ aque solatri ⁊ aque coriãdri amboꝝ ana pars. j.

¶ Medicine que sunt ad combustionem ẽm intentionem secundam. Cap. 14m.

Melior eoꝝ ad illud est vnguẽtum de calce. Sumat calx ⁊ abluatur septies donec separet eius acuitas tota deinde conquasset cuꝫ oleo ros. aut oleo oliue ⁊ pauca cera si indiget ea ⁊ fortasse addunt sup ipm chimolea ⁊ albumẽ oui ⁊ parũ vini. Unguẽtũ calcis cũ mõ alio abluatur calx sicut sciuisti ⁊ fiat ex ea cũ aqua folioꝝ sicle ⁊ cuꝫ aqua folioꝝ caulis ⁊ oleo ros. ⁊ cera vnguẽtũ. Et de illis que ꝯueniũt hic ⁊ vbi nõ timet pustulatio ⁊ vesicatio est ligare dsup folia albethil adusta aut silique cõbuste. Unguẽtũ ꝯueniẽs ad paruitatẽ caliditatis ⁊ est longe cõpositiõis expertũ est ⁊ inuẽtũ est bonũ. ℞. stercoris vacce pascẽtis exiccati ⁊ corticũ arboris pini ⁊ pulegij oium ana. x. merdasengi. iij. scorie argẽti. ij. scorie plũbi. iiij. calcis ablute cũ aq̃ frida multotiẽs. v. ⁊ chimolee. v. ⁊ luti alcabrusij aut romani aut armeni ⁊ ceruse oium añ. vij. virge pastoris cõtrite. x. encaustri psici aut syri. vj. thutie viridis. vij. stercoris ouis. vij. granoꝝ volubilis ⁊ folioꝝ ei⁹ amboꝝ. xv. scorie ferri ⁊ succi folioꝝ maluauisci ⁊ succi folioꝝ malue oium añ. x. lilij domus ⁊ cepe ei⁹ ⁊ lilij celestis ⁊ croci oium ana. v. cãphore. iiij. cere faui ⁊ olei ro. ⁊ medulle cerui ⁊ adipis eius q̃ꝫtum sufficit. Et de illis que sunt fortitudinis vehemẽtioris ⁊ ꝯueniũt ei qd est minoris caliditatis est vt sumant limatura eris ⁊ ferri ⁊ ꝯficiãtur cũ luto aut luto rubeo deinde cõburant in patella aut furno ⁊ fiant inde trocisci ⁊ seruent ⁊ administrent redacti in puluereꝫ vbi necessaria est exiccatio aut liniant cũ oleo ros. Et de hoc genere iterum est illud: comburat fimus columbinus in pãno lini donec accẽdat ⁊ liniat cũ oleo aliquo qm̃ est mirabile. Et locis vlceratis conferunt porri elixati aut portulaca cũ sauich ⁊ folia myrti contrita in puluerem redacta. Si aũt fiat inobediẽs tũc folia albethil adusta aut folia algebut adusta. Et si fuerit magis inobediẽs illo administrent medicine consolidantes vlcera maligna.

¶ Combustio aque calide. Cap. 15m.

Quandoq̃ꝫ accidit vt effundat olla alr oleuꝫ feruens aut aq̃ cal'a sup mẽbruꝫ hoĩs ⁊ facit operationẽ ignis. Et ꝯueniẽtius ei est vt succurrat statim anteq̃ꝫ vesicet cũ eis que sunt sicut sandali ⁊ aq̃ ro. ⁊ cãphora ⁊ nõ dimittant exiccari: imo ꝯsequẽter adhibeat oi hora pãnus infusus in aqua frigida ꝯgelata: hoc enim ꝓhibet ipm vesicari. Et quidã ꝓperant ⁊ rorãt desuper aquã oliuaruꝫ aut aquã cineris: ⁊ melius est vt teratur qdlibet amborũ cum sauich aut vnguẽtũ de calce. Et iterũ medicamẽ factũ de fimo colũbino ꝑdictũ est mirabile valde. Et vlcera quidẽ curant cum porris elixatis aut exiccatis contritis ⁊ est melius cũ reliqs q̃ diximus in cap. j.

¶ Primo ponit medicinas contra vesicationem: ſꝫ alique sint cõtra vlcerationem. Secundo ponit medicinas contra locum vlceratum. ibi (Et vlcera ⁊c.)

¶ De fluxu sanguinis ⁊ retentione eius. Cap. 16m.

Iam scitū est in libro primo ꝙ sanguis egredit a venis ⁊ nō egredit nisi aut ꝓpter apertionē orificiorū venarū ꝓpter debilitatē in venis: aut ꝓpter vehemētiā repletionis: aut ꝓpter motū fortē vsq; ad vocē ⁊ saltum: aut propter vaporem accidentē venientē deforis: aut ꝓpter disruptionē earū ⁊ ipsarū incisionē per cām pmitiuā icidētē ꝯtundētē: aut pp cām corrodētē iterius: aut vehementiā mot9 cū repl'one: aut pp resudationē ab eis pp raritatē accidētē corpori venarū ⁊ pāniculo earū.

¶ Superius determinauit ⁊c. hic de fluxu sanguinis: q2 opꝫ in vulnerib9 sanguineꝫ retinere ne supflue fluat. A. tū generalizat smonem. Et p eius cās ⁊ diuersitates. Scđo curā. ibi (Opꝫ.) ¶ Prima in q̄tuor. ¶ Prīo ponit generales cās fluxus sanguinis. Secundo ostendit ꝙ fluxus sanguis diuersificat in timore fm diuersitateꝫ mēbrorū ⁊ arteriarū. ibi (Nos.) Tertio docet distiguere iter fluxū sanguis ab arteria ⁊ vena. ibi (Et dr̄ia.) Quarto ponit signa ꝓnostica. ibi (Et scias.) ¶ Prima in duas. Primo facit qđ dictū est. Secundo ostēdit quarū venarū fluxus est timorosior. ibi (Et ꝯueniētior.) ¶ Cōsiderādū ꝙ sanguis ꝯtinet in venis. s. mobilib9 ⁊ non: ⁊ ideo ⁊c. ¶ Cōsiderādū ꝙ tres modi cause ponunt eē in exitu sanguinis quos ēt Gal. tangit. 5. de igenio. c. 2. ⁊ 4° de interiorib9. vltimo cap. ⁊ tertio de accidēti. ca. 6. ⁊ 6° de accidenti. 2.

¶ Et ꝯueniētior venarū ad hoc vt currat qđ est in ea quādo inuenit viā est arteria. Nā corp9 eius est mobile: ⁊ qđ est in ea qñq; cōtrahit ⁊ qñq; expandit.

¶ Hic oñdit q̄rū venarū fluxus timorosior est. Et p ex pte opōnis. Scđo ex pte accidētis. ibi (Et qñ nō.) ¶ Cōsiderādū cū iuenit viā: q2 arterie de se est ieptior cū sit soluta al'r solida ⁊ duarū tunicarū.

¶ Et quādo nō desuper coartat locus eius post solutionē ꝯtinuitatis eius ⁊ inuenit vacuitatē ꝑuenit res ad emborismū qđ nominat mater sanguis. Et arteria quidē lꝫ sit de illis que incarnant: tū est de illis quorū difficilis est incarnatio. Et multotiēs quidē nō incarnat arteria ⁊ incarnat illud qđ ꝯtinet arteriā ⁊ coartat super eā: quare sanguis nō pōt facere cursum supfluū: imo egredit ex eo aliquid vsq; ad finē cutis q̄ꝫtitas quā capit: ⁊ quādo alleuiat cū cōpressione redit ⁊ occultat sicut accidit rupture. Et fortasse remanet vena sola sub cute ⁊ sentit pulsus eius ⁊ ipsius successio. Et multotiēs accidit illud arterijs deintus ⁊ disrumpūtur pter ꝙ disrūpat cutis: ⁊ ꝯgregat sub cute emborisma. s. apostema leue ex sanguine ⁊ vētositate qđ possibile est quiescere cū cōpressione: ⁊ hoc q̄dē multotiēs accidit in collo ⁊ iguinib9 ⁊ curuaturis per se: ⁊ multotiēs accidit ex cā extriseca aut ex flobothomia.

¶ Primo ostēdit qđ sequit emborisma. Scđo oñdit qñ sequit. ibi (Et arteria.) Tertio ostēdit vniul'r qd est emborisma. ibi (Et multotiēs.) Et hic p facit hoc. Scđo ponit opinionē medicorū. ibi (Et multi.) ¶ Considerandū aliqñ est rupta cutis: ⁊ aliqñ nō: ⁊ aliqñ a cā intrinseca: ⁊ aliquando extrinseca. ¶ Consideranduꝫ etiam ꝙ potest fieri a vena magna disrupta: lꝫ plus ab arteria.

¶ Et multi medicorū existimant ꝙ ōis disruptio arteriarū ꝑducit ad matrē sanguinis que q̄dē plurimum fit si incarnet illud quod est in circuitu eius ⁊ fiat apostema notū: sed ipsamet non incarnat ⁊ res nō est ita. Ille quidē qui negauit icarnationē ꝯtrouersatus est consideratione ⁊ experimēto. Consideratione vō qm̄ vna duarū tunicarū arterie est cartilaginosa ⁊ cartilago nō incarnat. Experimēto vō qm̄ nō visa est icarnatio. Et opposuit eis Gal. cū ꝯsideratione ⁊ experimēto. Cōsideratio vō est rhetorica ⁊ ei9 forma est ꝙ est inter incarnatū sicut caro ⁊ nō icarnatū sicut ossa: quare opꝫ vt sit incarnata: sed est difficilis icarnationis. Et testimoniū quidē quoniam ipse narrauit se medicasse plures arterias ⁊ fuerunt incarnate. Et hec q̄dem est res a qua nos iam expediti sumus.

¶ Primo ponit opinionem. Secundo ratione. ibi (Ille.) Tertio reprobat. ibi (Et opposuit.)

¶ Nos vō dicimus nunc ꝙ dispositio ꝓcessionis sanguinis a mēbris diuersificat cū rumpunt sicut epar ⁊ pulmo. Et de illis sunt a q̄bus paruꝫ ꝓcedit sanguis. Et in vnaquaq; duarū diuisionuꝫ sunt que sūt timorosa: ⁊ de eis sunt que sunt absq; timore sicut emanatio sanguis ex pulmone in qua est timor ⁊ ab vtrisq; emanat sanguis plurimus: ⁊ de illis sunt sicut vesica ⁊ matrix ⁊ renes. ab eis enī nō emanat sanguis plurimus valde summatim: imo qñq; multiplicat cū lōgitudine spatij ⁊ ꝑuenit ad successiōes illaudabiles. Et diuersificat dispō fluxus sanguinis ex arterijs qm̄ fit in q̄busdā earū difficilis valde timorosus sicut ex arterijs magnis que sunt supꝑ manus ⁊ pedes ⁊ hmōi interficiūt fm plurimū ⁊ nō retinet: ⁊ in q̄busdā fit facilis sicut in arterijs cranei. retētio eniꝫ flux9 sanguinis earū est facilis ⁊ sufficit in eis ꝯstrictio sola: ⁊ multotiens q̄dē currit ex arterijs paruis sanguis deinde retinet per se. Et differētia quidē iter sanguinē arterie ⁊ aliarū cognoscit qm̄ sanguis arterie egredit cū saltu ⁊ impulsione ⁊ est vehemētioris purpureitatis q̄ꝫ alius: neq; declinat ad nigredinem sanguinis vene ⁊ ei9 eētie. Et scias ꝙ ōis cui accidit eūatio ⁊ proprie sanguinea ⁊ ꝓprie arterialis ⁊ supfluit ⁊ accidit ei spasmus est malum. Et similiter si accidit ei singultus est mortalis. Et si fuerit syncopis cū singultu tunc mors est festina ⁊ alienatio ⁊ permixtio rōnis sunt male. Et si fuerit spasmus tunc est mortale fm plurimum.

¶ Primo ostēdit qñō diuersificat fm mēbra. Scđo qñō diuersificat fm arterias. ibi (Et diuersificat.) Scđꝫ exposionē tuā. A. vult ꝙ ex mēbris q̄dā sunt a q̄b9 p disruptionē vel aptionē exit multus sanguis vt epar ⁊ pulmo. q̄dā a q̄b9 paruꝫ: vt renes ⁊ vesica ⁊c. ⁊ in q̄cūq; istorū amplior sanguinis exitus est malus: lꝫ enī dicat ꝙ a vesica exit paucus: pōt tū eē paucus magis ⁊ minus. Manatio sanguis a pulmone. s. est timorosa in multo exitu ⁊ in pauco.

¶ Canon curatiōis ōis fluxus sanguinis. Cap. 17m.

Oportet in curatiōe fluxus sanguinis vt incipiat ⁊ retineat deinde cures vlc9 ei9 si fuerit. Et non est tibi posse in eo cuius cā est fixa ex corrodēte ⁊ similibus: nisi ita vt auferat cā. Et si nō tolerat vt auferat cā est necessarium vt retineat cū suis retētiuis: ⁊ sunt i causis que sunt ei ⁊ abscindūt sanguinē currentē: ⁊ ille cāe sunt scite in libro primo. Verū ego narrabo eas fm modū festinatiōis.

¶ Ponit curā flux9 sanguinis: ⁊ q̄uis q̄dā que hic ponunt possint adaptari ad fluxū sanguinis vndecūq; sit: ⁊ similiter ēt gn̄alia dixit: tū principalis intentio est de fluxu sanguinis ex mēbris exterioribus ⁊ maxime cū vulnere. Et pmo facit hoc. Scđo ponit medicinas quasdā. ibi (Et de illis.) Prima in duas. Primo ostendit a quo sit incipiendū cū ꝯiunguntur fluxus sanguinis ⁊ vlcus. Scđo exequitur. ibi (Dico.) ¶ Prima in duas. Primo ostendit in vulnere in quo adest corrosio. Secundo in quo est. ibi (Et non.)

¶ Dico ergo ꝙ iste cāe aut sunt ꝓhibētes in illo illud qđ egredit ab exitu: aut sūt aggregātes rē d illo aut res.

¶ Primo ponit causas retinentes fluxum sanguinis. Scđo explanat istas. ibi (Amplius.) ¶ Prima in tres. Primo facit hoc. Se-

eundo ostendit que illarũ causarũ competit quando cuꝫ vulnere est apostema: ⁊ que nõ. ibi (Et opꝫ vt scias.) Tertio ostendit quot intentiones medicus debet habere circa vulnus cũ est apa vnde sanguis exit. ibi (Et opꝫ vt.) ¶ Prima in duas. Primo premittit diuisionem. Scđo subdiuidit. ibi (Et diuisio prima.) ¶ Dicit pͥmo ꝙ cause prohibentes fluxum sanguinis vel ꝓhibent ab exitu diuertendo vel aggregando rem siue res ⁊c. locũ vnde nõ exit sanguis.

¶ Et diuisio prima est conuersio ad partem aliã que aut fit cũ attractione ad ꝯtrariũ preter ꝙ fiat exitus alius sicut ponunt vẽtose sup epar ⁊ remouet fluxus sanguinis ex nare dextra: aut ita ꝙ accidit exitꝰ alius sicut flobothomat patiẽs fluxũ sanguinis narium ex manu pertinẽti nari flõmia stricta. Retinens aũt sine exitu est illud qđ ꝓhibet motũ sanguinis ⁊ eius penetrationẽ. Et est aut per cãm ignientẽ aut per cãm stupefacientẽ. Et stupefaciẽs qđe aut est medicina aut est dispositio corporis sicut syncopis: ipsa eni multotiẽs retinet sanguinẽ. Causa aũt retinens sanguinẽ in locis ẽ oppilãs exitũ: aut cũ ligatura aut cũ repulsione ex bucellatiõe: aut cũ repulsiõe absqꝫ bucellatiõe: aut escara cũ cauterio: aut medicina cauterizãte: aut cũ ꝯgelatiõe rei retẽte: aut cũ iuiscatiõe: aut cũ exiccatione: aut cũ icarnatiõe: aut cũ coartatiõe carnis circũdãtis venas: q̃re oppilat ipꝫ ⁊ claudit ipm clausione vehementi. Et opꝫ vt scias ꝙ q̃ associat vulneri apostema cũ q̃titate plurima huiꝰ nõ est pōle ligare cũ filis neqꝫ itromittẽ lycinia neqꝫ strictura laboriosa: ⁊ neqꝫ ẽ pōle tũc nisi administrare glutinationẽ ⁊ stipticitatẽ ⁊ stupefactionẽ ⁊ ispissationẽ sanguis. Et si est curatio ex strictura aut fissura aut ꝓpingtate medicine q̃ est dolor est mala valde: ⁊ oĩs ꝑparatio dolorosa est mala. Et oportet vt ꝑparatio sit aggregãs duas res: quarũ vna est defectus doloris: ⁊ altera est refrenatio partis cursus sanguinis: q̃re nõ adiuuatur cum appẽsione ⁊ suspẽsione ⁊ fiat facilis ꝓcessio sanguinis ⁊ eius exitus. Et cũ ꝓhibent due intentiones declinet ad leuiorẽ ſm illud qđ ꝑsens est ⁊ ꝓpinquiꝰ ad tolerãdũ in dispositione. Et est necessariũ vt narremus modũ eius postq̃ scieris ꝙ primũ qđ opꝫ cõsiderare est vt cognoscas an vena sit arteria ⁊ sis sollicitus plus ꝙ sollciteris ⁊ agas cum vena.

Dubium ¶ Primo subdiuidit primũ membrũ. Scđo scđm. ibi (Causa aũt.) ¶ Dubitatur qꝛ ex eadem manu docet flobothomare. Et infra ex alia vel longa. ¶ Dicendum ꝙ in principio fluxus corpore pleno debet fieri ſm longinquam distinctionem vt euacuetur repletio. Et hanc sustinent corpus vel iam process. fluxus ⁊ virtus debilis: ⁊ sic ex eadem stricta: qꝛ magis conseruat virtutem.

¶ Amplius dicimus ꝙ de attractiõe vera ad ꝯtrariũ nõ ad exitũ est necesse nocere membro cuꝫ fricatione aut ligatione ⁊ strictura aut cũ vẽtosis. Et opꝫ vt sit membrũ cõmunicãs positũ ex membro cognito super extremitatẽ linee vnius ꝯtinuitatis inter ea ambo cũ lõgitudine ⁊ latitudie ⁊ eligit de diuersificato in situ lõgitudinis ⁊ latitudinis q̃cunq̃ amboꝝ est longinquũ ⁊ dimittit qđ est ꝓpinquũ sicut fit in duobꝰ lateribꝰ capitis aut duobꝰ lateribꝰ manus. nam lõgitudo inter ista duo est ꝓpinquior q̃ illa ex q̃ opꝫ timeri nocumentũ cõpletũ. Et hec res exigit vt rememoremur illđ qđ in ea diximus vbi locuti fuimus in libro pͥmo de canonibus eũonis. Et opꝫ vt sint extẽsio ⁊ fricatio ⁊ his similia assidua ex eo qđ est ꝓpinquius membro

scđo deinde descẽdat ab eo. Et opꝫ vt nõ expectet in disruptionibus arteriarũ ⁊ ei similiuꝫ ꝙ sit artificium sufficiens in retinendo fluxum sanguinis ⁊ adiuuans: ⁊ similiter est iudiciũ in flobothomia lateris cõis longinqui. Unus aũt duoꝝ modoꝝ diuisionis secũde ⁊ est: cã stupefaciẽs est: verbi gratia vt cibet ille cuius fluxus sanguinis narium multiplicat aut alius ab illo cibis grossi chimi ingrossantibꝰ sanguinẽ sicut sunt lentes ⁊ iuiube ⁊ eis similia. Modus aũt secũdus est: vbi gratia vt in potu dent stupefaciẽtia: frigida võ exponunt corpus frigori ⁊ fortasse accidit syncopis ⁊ retinet fluxus sanguinis. Modus aũt ꝑdictus in diuisione alia est q̃n opꝫ vt obseruet in eo capitulũ vnum: ⁊ est q̃n fortasse arteria nõ est vna duarũ que ꝯtinuantur cordi: imo duoꝝ laterum eius: ita vt cũ strinxeris eam inuenies eã firmiorẽ: imo fortasse ꝯtinuat cũ latere altero ramus alterius arterie que accidit in eo et adducit ad eam sanguinem preter viam quã strinxisti quare idiges stricturis duabus. Et ante illud opꝫ vt cognoscas partẽ que est principiũ vene: in q̃busdam enim locis est inferius ⁊ in q̃busdã est desuper: ⁊ in q̃bus est inferius sunt sicut in collo: ⁊ in q̃bus desuper sunt sicut in coxa ⁊ pede. Et quãdo cognoueris partem administra in ea ligaturã ⁊ stricturã. Et de regimine in illo est vt peruenias ad extrahẽdã venam cũ vncino ⁊ etiam cum incisione pauce carnis que velat eam ⁊ occultat ipsam deinde inuolue eã postea administra medicinas quas dicemus. Qꝫ si fuerit pulsatilis tunc melius est vt veles eam cuꝫ filis lini. Et similiter si fuerit non pulsatilis: verũtamen multotiens eleuat sanguis eius. Cuꝫ ergo feceris illud deinde annexueris ei medicinas tunc dimitte ligaturã vsqꝫ ad diem tertiũ ⁊ quartũ: tũc ꝙ si videris medicinã glutinationem facientẽ adherentẽ loco eius tunc non eradices eam omnino sed pone in circuitu eius de genere ipsiꝰ aliquid qđ madefaciat ipsam parũper. Qꝫ si accidat ei processio ex seipso quando tu auferes illud quod est super ipsum: tũc tene qđ est sub loco in via itineris vene ⁊ preme pressione cũ qua fiat securitas de saltu sanguinis: ⁊ eradica illud quod eleuat de eo in loco suo ⁊ permuta illud cũ alio. Et sit preparatio tua quã facis membro in ista hora ſꝫ ꝙ opꝫ: ⁊ est vt sit orificiũ eius magis imum q̃ principiũ: ita vt quãdo est verbi gratia in inferioribꝰ intestini ⁊ matricis tũc sternatur stratũ aliqđ qđ eleuet inferiora ⁊ deponat superiora ſm maiorẽ elõgationẽ que est ex dolore: deide dimitte ipm tribꝰ diebꝰ deinde annecte ei hũc modũ vsquequo eleuet sanguis. Refrenatio aũt cũ bucellatione nõ est possibilis nisi in arterijs magnis: fac ergo lycinium ex pilis leporis aut ex tela aranee aut subtili coto aut pãno lini veteri deide puluerizã sup ipm medicinas prohibẽtes sanguinẽ. Et mitte in ipsaꝫ arteriam sicut bucellã deinde stringe super ipsam ligaturaꝫ ⁊ fortasse administrabis lyciniũ ex pilis leporis solis ⁊ excusat sollicitudinem. Et opꝫ vt stringas strictura adherente que nõ separetur donec incarnetur. Lyciniũ võ ex se natura regit in extractione eiꝰ paulatim

latim ꝛ expulsione ei⁹ aut alijs ab hoc. Impletio vō sine bucellatiōe est vt īponat̄. v.g. illa res in orificiuȝ eius: ꝛ liget̄ desup̄ p̄ter penetrationē ei⁹ in venas ꝛ vt retineat̄ cū eis q̄ sūt sic̄ puluilli ꝛ spōgia: ꝛ cū vittis fortis stricture strīgētib⁹ ipm̄ cū cōuersiōe stricture que est attrahēs. Strictura vō prima opȝ vt sit ꝓpe orificiū: deide inuoluat̄ vadēs retro ꝛ solue stricturā gradatim. Et scias ꝙ strictura puluilloꝝ ꝛ vittaꝝ quādo est debilis venit ex ea nocumētū stricture ꝛ est attractio: ꝛ nō ꝓuenit ex ea iuuamētū stricture: ꝛ est retentio ꝛ ipletio: opȝ ḡ vt subtiliet̄ in hoc capl'o. Cuȝ ergo stringit̄ strictura bona: ꝛ stringit̄ iteꝝ ex latere diūso declinat mām̄ ꝛ resistit attractiōi hec strictura. Et nō opȝ vt ꝓueniat̄ cū strictura ꝛ ꝓhibitiōe nisi que sit infra dolorē nisi illud fuerit necessariū in p̄mis: deinde mollifica eā paulatim. Et multotiēs qdē opȝ vt suas fixuraȝ carnis: ꝛ colligas labia ei⁹ ꝛ vittis tegas: multotiens eniȝ sufficit collectio labioꝝ ꝛ positio puluilloꝝ seruat ea colligēdo venas ipsoꝝ. Amplius strige sup̄ medicinas puluerizatas rare. Et iclina añ alguidegi quādo cōtrabit̄ vbi coartat̄ apud p̄ncipiū suum cū digitis vnius duaꝝ manuū: deide annecte ei medicinas ꝛ puluillos apud orificiū eius cuȝ manu altera. Impletio vō cū refrenatiuis ꝓuenit: aut cū strictura implentis in facie orificij eius cū manu altera nō cessante retinere donec ꝯgelet̄ sanguis: ꝛ fiat ipletio: aut cum re īfrigidāte valde que īfrigidat sanguinē ꝛ cōgelat ipm̄ in orificio eius. Aut ꝑꝑea ꝙ caro coartat locum sicut si incidat̄ vena in latitudine ꝛ suspendat̄ ad duo latera in p̄ma vice: quare claudit̄ sup̄ eā caro ex latere ex quo currit: ꝛ hoc non fit nisi in loco carnoso. Et multotiēs qdē accidit ꝙ necessariū est incidere ramū extremitatis vene vt sit introitus eius in ꝓfunduȝ vehemētior: deide ponūtur desup̄ medicine. Et multotiēs accidit incarnatio meatus absq; matre sanguinis. Strictura aūt cū escara fit cū igne ipso qñ magnificat̄ timor: ꝛ fit cū medicinis cauterizātib⁹ sicut calce ꝛ flore eris ꝛ generibus dragāti: ꝛ generib⁹ arsenici: ꝛ cimino ēt ꝛ similib⁹: ꝛ cū eo qđ est ḋbilius qñ puluerizat̄ sup̄ locū ꝛ stringit̄ ꝛ retinet. Veꝝ timor in illo est ꝙ escara ē velocis eradicatiōis ex se ꝛ ex quolibet resistēte ex eruptiōe sanguis ꝛ qualibet aliaꝝ cārū: ꝛ qñ cadit escara redit timor nouus. Et ꝑꝑ illđ p̄ceperunt vt fiat cauteriū cū ferro vehemēter ignito ꝓfunde: ita vt faciat escaras ꝓfundas grossas: quaꝝ casus nō sit facilis ꝛ cadāt in tp̄e longo in quaꝝ simili caro iā est nata ex cauterio: nā debili ꝓueniunt escare debiles q̄ cadūt ex q̄libet cā: ꝛ cū hoc facit accidē saniē ꝛ calefacit vehemēter. Cauteriū vō forte iplet cū escaris fortib⁹ ꝛ remouet rupturā ꝛ detumescē eaȝ facit ꝛ cōtrabit eā. Et de cauterizātib⁹ bonis tēperati regimis est vt sumat̄ albugo oui ꝛ aggreget̄ cū calce nō extincta ꝛ iuoluātur cū eo pili leporis: aut ei silīa ꝛ ponat̄ sup̄ locū ꝛ stringat̄. Et de bonis ꝓuenientib⁹ ad vltimum multotiēs est vt sumant̄ cyminuȝ ꝛ calx ꝛ ponant̄ sup̄ locū ꝛ stringant̄ ꝛ qñq; sup̄addit̄ eis colcotar. Et genera dragāti in hac sūma sunt hñtia stipticitateȝ cum cauterio: calx vō est cauterium in quo nō est stipticitas de qua sit curādū. Et illđ qđ gñat̄ de escaris cum cauterio in eo qđ hȝ stipticitatē est lōgioris fixionis ꝛ profundius. Et succus fimi asinini ꝛ substātia stercoris asinini sunt de illis q̄ aggregāt ad cauteriū acuitateȝ ꝛ glutinationē. Medicine vō retinētes cū glutinatione sunt sicut gipsuȝ ablutū ꝛ glutinuȝ decoctum et amilū ꝛ puluis molēdini: ꝛ gūme ꝛ thus ꝛ resina: ꝛ iterū passe de vuis ipsis. Et rane sunt huius gñis s̄m ꝙ dī. Et iteꝝ stellascenis. Medicine vō retinentes cum exiccatiōe ꝛ icarnatione sunt sicut aloes ꝛ cortex thuris: ꝛ sicut iteriora passulaꝝ vue cōtrita valde ꝛ galle cū oleo aliq̄ ꝛ cōburant̄: ꝛ q̄ñdo cōplet̄ iflāmatio earū extinguant̄ ꝛ papyrus adustus ꝛ resina ꝛ scoria ferri: ꝛ sterc⁹ eq: ꝛ stercus asini adusta: ꝛ cinis ossiuȝ non ablutoꝝ: qm̄ abluta ꝓhibēt glutinatiōeȝ ꝛ spōgia noua sūmersa i ol'o aut vino: deide adurat̄ ꝛ pili adusti.

¶ Primo declarat causas ꝛ modos restrictionis cursus que sunt diuertentes. Secundo que sunt circa locum operātes rē aut res. ibi (Modus autem ꝛc.)

¶ De narratiōe medicinarum simplicium ꝛ compositarum specierum diuersarum fortium in prohibitiōe fluxus sanguinis. Cap. 18m.

Et de illis q̄ dixit Gal'. ꝛ narrauit hñ ꝛ expta sunt post ipm̄ ꝛ iuēta sunt plurimi iuuamēti est vt sumant̄ de colcotar. xx. ꝛ đ minuto thure. xvj. ꝛ de aloe ꝛ glutino sicco ana. viij. ꝛ đ arsenico. iiij. ꝛ de gipso vehemēter trito puluerizato vt athomi post cribellationē. xx. curet̄ cū eo puluerizādo sup̄ lycinia ꝛ spargēdo sup̄ locū: qm̄ est mirabile. Aut sumat̄ sarcocolla ꝛ aloes de mecha: ꝛ sanguis draconis: ꝛ ponat̄ sup̄ lycinium ꝛ strigatur: ꝛ aloes ꝛ thus solū cū pilis s̄ȝ ꝙ sciuisti: ꝛ iteꝝ spōgia adusta sicut diximus ꝛ later adustus. Sumantur spōgia ꝛ scoria plūbi ꝛ thutia ꝛ aloes. Aut sumant̄ thus ꝛ aloes ꝛ sulphur: aut thus ꝛ sulphur ꝛ fiat puluis: aut admistret̄ lyciniū cū albumie oui. Aut sumant̄ de colcotar. xx. ꝛ de thure: aut minuto thuris. viij. ꝛ resine. viij. ꝛ de gipso adusto. viij. Aut sumant̄ colcotar ꝛ de gipso adusto. viij. Aut sumantur colcotar eris vsti ꝛ calcadis ꝛ dragāti adusti p̄tes eq̄les. Et de bonis ad fluxuȝ sanguis ꝓprie ex dragāto est vt sumat̄ dragāti: aut aloes ps. j. s. primū amboꝝ in corp̄e graui: ꝛ scđȝ eoꝝ in corp̄e leui: ꝛ corticū thuris in corp̄e graui. ʒ. j. ꝛ thuris ipsi⁹ grossi piguis i corp̄e leui ps. j. sint ꝯtēti sup̄ alr̄ sp̄ ea ābo. Aut sāguis dra. ꝛ sarcocolla: ꝛ ꝯficiāt̄ cū albumine oui: ꝛ ponāt̄ sup̄ pilos leporis ꝛ p̄parēt̄ s̄ȝ locū.

¶ Tractatus tertius de vlcerib⁹. Cui⁹ capl'a sunt. 14.

¶ Sermo vniuersalis de vlceribus. Cap. p̄m.

Ulcera generant̄ a vulneribus ꝛ ab exituris eruptis ꝛ a pustulis. Et solutione continuitatis in carne quando facit saniem ꝛ pus nominatur vlcus.

¶ Superius determinauit de cura solōnis cōtinuitatis carnosoꝝ mēbroꝝ que est vulnus: et de solutione cōtinui que est ꝯtusio ꝛ atritio ꝛc. hic de cura eius que est vlcus. Et primo determinat de vlcerib⁹ quātū ad oēs diuersitates. Secūdo ponit curā. ibi (Scias.) ꝟ Prima in duas. Primo ostēdit modū generationis vlceris. Secūdo

ostēdit eoꝝ diuersitates.ibi(Et vlcera.)⁋ Prima in duas. Prio facit qđ dictum est.Secundo declarat quoddaȝ.ibi(Et nō facit.) ¶ Cōsiderādū ꝙ vulnus est solutio continuitatis ex recenti tēpore:quare in eo sanies nō est:sed vlcus est solutio continuitatis in quo est sanies.i.humiditas mala:siue sit ꝓpria siue impropria sanies.Et qꝛ talis sanies gñatur per decursum materie:⁊ hoc fit in vulnere ⁊ apatibus magnis siue paruis:ergo vlcera generant̄ ⁊c. Ex quo appet ꝙ vlcus nō fit a cā ꝓmitiua:appet ēt ꝙ vlcus dr̄ solutio ꝯtinuitatis cōposita:nō etiā qꝛ vulnus non possit cōponi:qꝛ morbus quātitatis:sed non diuersificatur ita materia sicut quādo est sanies ⁊ os putridum:vt in fistulis ⁊ instrumento.

¶ Et nō facit pus nisi ꝑꝑea ꝙ cib⁹ q venit ad ea ꝯuertit̄ ad corruptionē ꝑꝑ ꝺbilitatē mēbri:⁊ qm̄ ꝑꝑ ꝺbilitatē suā resoluunt̄ ad ipȝ ⁊ attrahunt̄ v̄sus ipȝ supfluitates membrorum vicinantiū ei:aut propter vnguēta mollificantia membrum ⁊ lenientia ipsum cum humiditate sua ⁊ vnctuositate sua.

¶ Primo ostendit quare generat̄ sanies in vlcere. Scđo ostendit diuersitateȝ saniei.ibi(Et qđ est de gñe.) ¶ Cōsiderādum ꝙ duas causas tāgit generationis saniei.s.principalem defectuȝ ꝟtutis.s. digestiue ⁊ expulsiue:⁊ accidētalē:medicine mollificantes:qꝛ remolliunt mēbrum ⁊ materiam ⁊ parant ad putrefactionem.

¶ Et qđ est de genere pus subtile noīat̄ virus ⁊ qđ ē grossum noīat̄ sordities:⁊ est res spissa coagulata alba:aut ad nigredinē decliuis:aut sic̄ fex. Et virus qdē nō generat̄ nisi ex subtilitate humoꝝ aquosoruȝ et ipsoꝝ calido. Et sordities gñat̄ ex grossitie humoruȝ. Et virus qdem multiplicat̄ cum generatione apatis ⁊ virus eget exiccante ⁊ sordities abstergente.

¶ Cōsiderādū ꝙ īuuit quattuor differētias inter virus ⁊ sorditiē. Primo ex pte subē virus subtile sordes grossuȝ. Scđo ex pte materie. Tertio ex parte generationis temporis:in apostemate generatur virus cum generatur apostema:qꝛ tunc subtile resudat: ⁊ hoc apparet in apostematib⁹ intrinsecis:sed ecōuerso ad exituram fit sordities. Quarto ex parte cure virus eget exiccatiōe:qꝛ sui aquositate ex pte substantie remollit:sed sordes grossitie oppilat orificia venarum ⁊ carnis. ¶ Cōsiderādū ꝙ in hoc īuuit que sit sanies laudabilis:quia nec virus nec sordes.

¶ Et vlcera sunt apparētia ⁊ sunt hñtia ꝓfunditatem. Et vlcus qđ ꝓfunditatē hȝ nō euacuat̄ quin aut iaȝ indurata sit caro circūdans ipm̄:⁊ noīat̄ fistula:⁊ est sicut cāna penetrās in mēbrū:aut nō indurat̄ aliqđ ⁊ noīat̄ abscōsio ⁊ cauerna. Et qñqȝ dicūt qdā absconsionē illud qđ elōgatum est sub cute ⁊ sepat̄ ab eo cutis. Et cauernā illud qđ iflectit̄ sub carne ⁊ dilatat̄ in ea. Dicūt qdā imo dilatatū est cauerna ⁊ strictum ꝓfundū fistula ⁊ nō est ꝯrietas in noīatiōe. Et qñ ē durities sup vlcus apparēs noīat̄ vlcus ostrachinum.

¶ Hic ponit diuersitates. Et primo quasdaȝ. Secūdo alias.ibi(Et vlcera.)⁋ Prima in tres. Primo facit hoc. Secundo ponit quorūdam sententiam.ibi(Et quandoqȝ.) Tertio quia de fistula fecerat mentionem ponit eius diuersitatem.ibi(Et fistula quidem.) ¶ Cōsiderādum ꝙ fistula dupliciter accipitur:large pro omni vlcere difficilis sanationis ⁊ proprie pro vlcere difficilis sanatiōis cū carne mala dura habente foramē vt cāna.alr̄ vt pēna ⁊c.

¶ Et fistula qdē mala est illa q̄ nō sentit ⁊ ħȝ ꝗtitateȝ elōgationis ei⁹ a sensu erit ei⁹ malitia. Et de ipsa q̄daȝ est eq̄lis:⁊ de ea q̄dā obliqua. Et q̄ vadit ad neruum dolet vehemēter ⁊ ꝓprie qñ tāgit̄ ei⁹ iferi⁹ cū tēta. Et fortasse difficilis fit opatio illi⁹ mēbri:⁊ est humiditas subtilis tenuis sic̄ fit ad illa q̄ ꝑuenit ad os. Et qñ ꝑuenit ad ligamētū est illđ qđ currit ꝓpiquū illis. Verū dolor in ossuosa ⁊ ligamo tali fortasse nō magnificat̄. Et hūiditas q̄ vadit ad os est subtilior ⁊ ꝺcliuior ad citrinitatē ⁊ ex ꝑueniēte ad venas ⁊ arterias multotiēs egredit̄ fex. Et qñqȝ si fuerit tēdēs ad venā sanguis plurim⁹ aliter purpure⁹ ad arteriā sanguis sub

albidus cū fluxu sanguis ⁊ ꝓcessiōe. Et ex ea q̄ ꝑuenit ad carnē currit humiditas viscosa grossa turbida cruda. Et multotiēs sunt fistule orificia plurima cui⁹ esse ambigit̄:⁊ nō scit̄ an sit fistula vna. Et multotiens effundit̄ in quodā orificioꝝ ei⁹ humiditas hñs ticturā: ⁊ tūc si fuerit fistula vna egredit̄ ex orificijs alijs color vnus q ē fistule.s.diūsus alb⁹ ⁊ tenebrosus ⁊ ali⁹.

¶ Hic ponit diuersitatē fistulaꝝ ⁊ q̄dā signa distictiua ⁊ hȝ.tot q̄r ponit diuersitates. Scđa ibi(Et de ipa.) Tertia ibi(Et q̄.) Quarta ibi(Et multotiēs.)⁋ Pria diuersitas ē q̄dā i q̄ ē sensus:q̄dā in qua nō ē sensus ē mala.⁋ Scđa q̄dā recta q̄dā obliq̄.⁋ Tertia q̄dā ad neruū. Scđa q̄dā ad ligamētū. Tertia ad os ⁊ ab his subtil' humiditas ⁊ citrina. Quarta ad venas. Quīta ad arterias:⁊ ab istis qñqȝ fex:qñqȝ sanguis. Sexta ad carnē:⁊ ab illa hūiditas viscosa. ⁋ Quarta diuersitas fistulaꝝ q̄dā vni⁹ orificij q̄dā plurium.

¶ Dubitat̄:vtrū humiditas fluens ex fistula perueniente ad ossa ⁊ mēbra dura sit subtilior ꝗ ad carnem.⁋ Cōtra.qꝛ hūiditas est de supfluitate mēbri:sed mēbroꝝ grossoꝝ hūiditas supflua ē grossior. Jtē quare citrina. Jtē sup neruū nō dȝ sentiri:qꝛ sensibile positū supra sensum ⁊c.⁋ Dōm ꝙ ꝓpter tres causas qñ fistula est in mēbris duris exit humiditas subtilis. Pria qꝛ exit ꝑ poros depressos ⁊ strictos. Scđa qꝛ qñ est in sola carne durities occupat ptes carnis:⁊ iō lȝ ide nō possit exire qđ grossuȝ:tñ ex ꝓfundo pōt exire grossuȝ:sȝ tñ qñ fistula occupat os:tota supficies carnis ⁊ ossis est ostracosa ⁊ dura:⁊ iō non pōt exire aliqđ nisi ꝑ resudationem. Tertia cā ē qꝛ fortioris digōnis ē caro ꝗ os ⁊ ligamētū:⁊ iō ex fistula nō sic ꝯficit nālis virtus carnis:sic igit̄ magis alterat̄ i carne ⁊ minus in osse:remanet igit̄ i osse cruda subtil'. Est citrina:qꝛ subtile qđ resudat attestat̄ chol'e. Ex qb⁹ appet ꝙ ex fistula i neruo motiuo difficilis fit opatio:si in vena vel arteria exit per rupturam sanguis ⁊c.⁋ Ad cōtraria dicit Hy. apparet solutio.

¶ Et qñq̃ signat fissura cutis in multitudine sua ⁊ sua diuersitate ⁊ in suo casu sup rectitudinẽ vnã dispõnez fracture: iterum l3 nõ sit hoc significatio significans oẽm partem. Fortasse enĩ est fractura interior plurima ⁊ magna ⁊ non est super cutez fissura: aut est fissura parua: quare op3 tunc necessario vt cognoscat̃ dispositio cũ significatioinibus al'r cũ instr̃is in q̃b⁹ querit̃ de fractura: ⁊ firmet̃ mẽbrum si est possibile.

¶ Uult q̃ fissura cutis multimoda ⁊ diuersa q̃ sig̃t fortẽ cãz imprimẽtẽ signat dispõnẽ rupture. Et in suo casu ⁊c. diuersa non recta: vel l3 sit recta: dũ mõ sit magna signat q̃ fortis fuit ictus: ergo estimabile est vt sit fractuz os. Aliter põt exponi q̃ multitudo ⁊c. significat de dispositione fissure ossis: q̃ s̃m q̃ fissura cutis est multiplex vel recta ita ⁊ ossis: l3 cadat error ⁊ p3: q̃re op3 vt cognoscat̃ dispositio. s. fracture cum significationib⁹ ⁊c. apopl'ia scothomia. firmetur mẽbrum. i. cõfirmetur iudicium de mẽbro ⁊c. alia tamẽ littera h3 q̃ cum. i. tenta debet fieri illa perquisitio ⁊c.

¶ Et in hmõi dispõnibus est necessariũ incidere cutez dure ⁊ discooperire donec appareat os dubitatũ totum. Et si accidat fluxus sanguinis impleat̃ illud qõ discoopertũ est pãnis siccis: deinde sustẽta cum puluillo infuso in vino ⁊ dimitte ip̃m vsq̃ ad mane.

¶ Hic ponit signũ per opationẽ manualẽ qõ est p visum post discooperturã. Et psidera q̃ incisio cutis non debet fieri nisi post habitã suspitionẽ ⁊ signa de ruptura ossis s̃m Dy. vñ Auic. ⁊ in hmõi dispõne. s. apparitionis signox rupture ossis. si enĩ nõ apparẽt nõ d3 fieri: q̃ fit dolor fortis ⁊ dolor trahit apa: q̃ os discooperitur aeri. Isti sermones non placent: quia medicus nõ debet expectare tm̃: sed si suspicatur minus malũ est incidere cutim.

¶ Uulnerum autem capitis vsq̃ ad terminum almochati cura est illa que iam dicta est in capitulo vlcerũ ⁊ ante ipsum. Findentia ṽo os ⁊ educentia os ⁊ similia illis de illis que dicuntur hoc.

¶ Supi⁹ posuit nẽcitatẽ cognitiõis fracture ossis ⁊ õdit signa: hic vult ponẽ curã. Et p̃ p̃mittit itẽtionẽ suã. Scõo exeq̃tur. ibi (Et minores.) ¶ Cõsiderãdũ s̃3 Dy. almochati ẽ pellicula dicta gigia mater. sũt enĩ tres pellicule. vult g̃ dicẽ si solõ venit vsq̃ ad pelliculã illaz ⁊ nõ rumpit os ⁊c. ⁊ ante: quia in capitulo de vlceribus. ⁊ capitulo ante de vulneribus s̃m q̃ recentia vel antiqua.

¶ Et miores dispõnes fracture ossiũ in capite si acci-

dit in

dit in eis scissura parua nō penetrās vsq3 ad lat⁹ aliō: imo succedit apud quedā experimēta ⁊silis isti magis rectū iteruz vt frices illud vsquequo nō remaneat de scissura aliqd: ⁊ si amas vt festines cum effusione humiditatis nigre donec vehemēs fiat apparitio scissure per eā fac ⁊ frica donec non remaneat vestigium: ⁊ sint apud te fricatoria diuersarum quātitatum: ⁊ administra in primis lata coꝝ: deinde que sequunt̄ illa.

¶ Pͥo oñdit ſ3 quē modū ꝓcedēdū est in cura vulneꝝ in qb⁹ fractura ē in osse: q2 ꝓcedēdū ꝑ ꝯtectionē ipsius ⁊ eleuationē. Scđo docet modū eleuatiōis ⁊ docet subuenire accñtib⁹ q̄ aliqñ ꝯtigūt. ibi (Qualr̄ ꝟo fit hec curatio.) ¶ Pͥa i. d. Pͥmo supposito ꝙ os sit ꝯtectū docet modū curatiōis fracture qñ fractura nō est penetrās ad iteri⁹ ossis: imo ē qdā fissura. Scđo qñ ē penetrās. ibi (Si aūt estimaueris.) ¶ Pͥa in. d. Pͥo ponit modū remouēdi hanc fissurā siue opandi circa eā. Scđo ponit medicias q̄ ꝯueniūt post. ibi (Cūq3 fricueris.) ¶ Cōsiderādū ꝙ fissura puissima. s. capillaris ⁊ illi silis: q2 pua docet Aui. fricare vt nō retineat̄ ⁊ nō aggreget̄ humiditas mala: ⁊ docet qñq3 eā coḡscere cū humiditate nigra ⁊c̄.

¶ Cūq3 fricueris admīstra medicinā capitalē ⁊ sufficit tibi: ⁊ medicie qdē capitales sūt sic̄ ireos ⁊ farina herbi ⁊ minutū olibani: ⁊ aristo. ⁊ cortices radicis opoponacis ⁊ myrra ⁊ sarcocolla ⁊ sanguis dra. ⁊ oē exiccatiuū sine mordicatiōe ⁊ curet̄ curatione vlcerum.

¶ Cōsiderādū facta fricatōe ⁊ remota fissura nō restat nisi regiiare carnositatē q̄ stabit loco ossis: q2 os est siccū mēbrū: iō regrunt̄ medicie magis sicce q̄3 vulneri carnis: ⁊ ille dicunt̄ medicie capitales: ⁊ q2 mordicatiue ꝓhibēt nasci: iō nō ꝺbēt eē mordicatiue. ¶ Cōsiderādū ꝙ duplr̄ ē tp̄s post rasionē. s. īmediate ⁊ meli⁹ ē nō vti capitali medicia s3 olo ro. ⁊ medicis ꝓhibētib⁹ apa. Aliō ē tp̄s post h̄: ⁊ tūc securus es de malis accñtib⁹ vtaris capitali.

¶ Si aūt existimaueris ꝙ fissura sit penetrans vsq3 ad lat⁹ aliō: tūc fricatio nō finit eā vsq3 ad elōgationē: ⁊ caue ne multū ꝓcedas i fricatione: imo vbi iā securus fueris ⁊ cognoueris dispōnē velamis: an sit seruās sitū suū ex osse: tūc nocumētū ē min⁹ ⁊ res magis apparēs ⁊ est euēt⁹ apatis mior ⁊ saluior ⁊ puior ⁊ appitio puris maturi velocior ⁊ magis cōpleta: aut iā separanit ipm percussio ab osse: ⁊ illud est ab eo in quo est timor plus ⁊ dolores ⁊ febres ⁊ que sequunt̄ ea plus et susceptio ab osse alterationis coloris velocior ⁊ cursus puris virulēti subtilis i eo plus: ⁊ ꝙ accidit ex doloribus ⁊ febribus ⁊ thetano ⁊ syncopi ⁊ destructiōe rōnis ꝓpter dimissionez curationis in eo plus.

¶ Hic ponit curā fracture cranei penetrātis vsq3 ad pāniculuz. s. durā matrē. Et p̊ oñdit ꝙ nō semꝑ suffic̄ fricatio: sed op3 facē eleuationē ossis. Scđo oñdit in q̄to tp̄e op3 ossis eleuationē facē. ibi (Cu3 ergo verificatur.) Tertio ostendit cū quo oportet facere. ibi (Et qñq3 fit.) ¶ Pͥa in. d. Pͥo facit qđ dcm̄ est. Scđo q2 i eleuatiōe ossis ꝯsueuerūt qñq3 praua accñtia euenire docet illis obuiare. ibi (Et stude ne frigus.) ¶ Pͥa in q̄tuor. Pͥo ponit ꝙ qñq3 o3 vti ossis eleuatiōe: q2 nō sufficit fricatio. Scđo oñdit q̄titatez ossis qđ eleuare o3. ibi (Et nō q̄rit̄.) Tertio ponit cā3 ꝑꝑ quā vtimur hoc mō cure in fractura ossis capit̄ ⁊ non in alijs ossis fractis. ibi (In frāgētib⁹.) Quarto oñdit qs est locus ꝯueniētior ad ꝯtectionē ossis īcisionē ⁊ eleuationē. ibi (Et op3 vt fit.) ¶ Prima in tres. Pͥo, ostēdit qñ op3 vti ossis eleuatiōe: q2 rasura nō suffic̄. Secūdo oñdit a quo maxie cauere o3. ibi (Et in hmōi.) Tertio cōparat vulnera capitis cū fractura ossis ad vulnera sine fractura. ibi (In fissuris ꝟo.) ¶ Pͥa in. d. Pͥo ostēdit q̄lis fricatio cōpetit in fractura penetrāte. Scđo docet cognoscere fracturā multiplicē huius. ⁊ ex h̄ ꝓbat. ꝙ p̄ter fricationē regrit̄ ossis eleuatio. ibi (Et caue.) ¶ Et hic ꝯsiderādū ꝙ nō vult aliud q̄3 qñ tu venisti ad duram matrem nō frices plus: sed cōsidera qūo dura mater sit vnita cu3 osse. nā vel adheret ⁊ tunc est signū ꝙ nō recipit cōmotionez magnā: ⁊ erit percussio apparens in salute ⁊ secura ab accñtib⁹: pauca etiam mā cadit illuc ⁊ pauca trahitur: ⁊ ideo non timet̄ apa: ⁊ materia que currit cito ⁊ bene maturabitur: sufficit rasura. vl̄ separatur: tunc est signum magne cōmotionis ⁊ mā trahit̄ illuc: et ideo est timor ꝙ ꝯsequētur accidētia prauiora doloꝝ febrium: et tunc nō sufficit rasura ſm Dy. sed op3 eleuare de osse ꝑꝑ multam materiam que non posset per locum rasure purgari: ⁊ q2 signum ꝙ magna pars ossis est confracta: ⁊ paratur corruptioni: ⁊ videt̄ sermo Pauli de fractura. z. cap. versus finem ⁊c̄.

¶ Et in huiusmodi quidem dispositione imo in omni dispositione oportet vt vehementer caueatur frigus etiam in estate: qm̄ in eo est timor magnus.

¶ Notandū ꝙ in estate oportet cauere frigus: imo in omni tp̄e: q2 frigidum inimicū neruis cerebro ⁊c̄. prima particula afforismoꝝ. ⁊ ideo medici tenent testum calidum: tamen si calor estatis esset estuosus non oportet tenere calidum coram: q2 duceret infirmu3 ad estuationem ⁊ caput ad inflāmationem ⁊c̄.

¶ In fissuris ꝟo in qbus non est nisi fissura: sed est plurima: ⁊ apparet cum ea illud inter quod ⁊ os non est nisi cortex multotiens sufficiunt strictura ⁊ ligamentum ⁊ emplastrum ⁊ infrigidantia. Veru3 illud quod est rectius est vt incipiatur ⁊ fundatur super scissura3 oleum ros. tepidum: deinde aggregetur iter duas extremitates vulneris ⁊ sufficit alr̄ ⁊ suant̄ si neciu3 est illud ⁊ puluerizet̄ ꝺsuꝑ puluis capitalis: ⁊ ponant̄ super eas puluilli ibibiti vino stiptico ꝯfuso alr̄ ꝯcusso cū oleo: deinde reliq̄ ligamēta ⁊ qescat īfirmus ⁊ fiat delitiosus ⁊ fiat vt dormiat ⁊ flōmetur si indiget.

¶ Hic ponit curā vulneꝝ sine fractura: nō de ꝑncipali ītētiōe: sed hic cōparat ad vulnera cū fractura: ⁊ dic̄ ſm vnā expōnē in fissuris. i. vulnerib⁹ i qb⁹ nō ē nisi fissura. i. solo cōtinuitat̄ cutis: sed ē plurima. i. q̄3uis sit plīma: ⁊ appꝫ cū ea. s. solōne ꝯtinuitatis illud i. illa fissura cutis iter qđ. i. iter quā fissurā ⁊ os non ē nisi cortex. i. pellicula q̄ d̄r gingiua mr̄: ⁊ sic est sola cut̄ solo: ⁊ multotiens sufficiūt strictura ⁊ ligatura: ⁊ empl̄a ⁊ infrigidātia. i. ꝓhibentia apostemationē. veꝝ illud qđ est rectius. s. in tali cura est: vt incipiat̄ ⁊ fundat̄ suꝑ fissurā. i. circūquaq3 ⁊ nō intus in fissura oleu3 ro. tepidū: qa frigidū noceret. puluis ad exiccationē ⁊ incarnationem. puluilli ad retinēdū ꝑtes reductas. vino stiptico q2 exiccat: ⁊ olo s. ro. ⁊ ad ꝓhibendū quiescat ⁊c̄. vt fiat incarnatio. dormiat vt gescat caput. flōmetur si indiget vt si ꝓpter dolorez trahitur mā ad locum vel si ꝑꝑ repletionem. Aliter exponit̄ ꝙ sit sermo de fractura cranei in qua non est facta remotio pāniculi. s. dure mr̄is: ⁊ tunc sufficit ligatura ⁊c̄. Expone ſm tuā expōnem inter qđ. s. vulnus ⁊ os nō est nisi cortex. i. stat dura mater sicut cortex ⁊ adheret ⁊c̄. Serap̄. snia p̄mo practice. cap̄. iz. de soda ex ꝑcussione.

¶ S3 dubitat̄ vtrū possit curari sine rasura. Et rñdet Dyn⁹ ꝙ qñq3 cōuenit in hoīe bonoꝝ humoꝝ ⁊ fortis virtutis. Vel dō3 ꝙ vel in illa solutione partes ossis sunt stricte: ⁊ tūc oportet abradere: vel nō sunt stricte: imo late ⁊ tūc nō op3: imo bene expurgat̄ virus sine alia rasione: ⁊ ideo tunc op3 tenere cutem ligatura ⁊ forsan sutura ne cooperiat os: ⁊ cum toto hoc remaneat apta solo ꝯtinuitatis tanto spatio ꝙ fiat bona mundificatio ⁊c̄.

Dub. 4.

¶ Et non queritur in omni scissura ⁊ fractura vt accipiatur os totū: qm̄ hoc non est possibile in oi osse: verum recordare eius qđ p̄cepimus in caplo vniul'i de fractura ⁊ restauratione. Verūtñ multi homines acceperunt os ex capitibus eorum incidendo ⁊ ſm modū ⁊ creuerūt caro ⁊ cutis suꝑ vulnus ⁊ euaserūt.

¶ Hic ponit quantitatē quā oportet eleuari de osse. Cōsiderādum ꝙ accipere totum os fissum posset esse magnū periculu3: sed sufficit partem aliquam accipere. Verum dictu3 est supra in fine. ꝙ si os est cōminutu3 totum op3 accipere: sed si non sed solū fissum: accipiatur pars de loco: veru3 ⁊ ſm modu3. s. dcm̄ debitū: vel vult ostendere monstrū ⁊ caro eueniēs ꝙ a qbusdā est eleuata q̄titas incredibilis: ⁊ tamen creuit caro ⁊ sanati sunt ⁊c̄.

¶ In frangētib⁹ ꝟo os ⁊ que sunt post ea scias ꝙ ossa capitis diuersificantur ab ossibus alijs cum franguntur: quonia3 cum ipsa frangūtur non restaurat natura super ea alrosboth forte3 sicut attrahit ipsu3 ⁊ nasci facit super reliqua ossa: imo rem debilem.

¶ Hic ostēdit ꝑꝑ quid procedimus cū detectiōe ⁊ eleuatiōe ossis in fractura cranei: ⁊ nō cū replasmatione partiū sicut in fractura alioꝝ ossium: ⁊ h3 q̄tuor sicut quatuor ponit causas. Secunda ibi (Quaꝑꝑ.) 3a ibi (Et de illis.) 4a ibi (Et iteꝝ.) ¶ Cōsiderādu3 ꝙ ꝑꝑ

q̃tuor nõ regñat rosboth in osse capitꝭ. Prĩo ꝓꝑ nã3 ossis. seqͭ enĩ nã pori sarcoidis nã3 ossis: sed os capitꝭ nõ est ita durꝝ ⁊ ossuosum vt os manꝰ vel pedis. Scd̃o ꝓꝑ finẽ ne porus ille durus ⁊ eminẽs ꝓmeret pãniculos cerebri. Tertio ꝓꝑ ossis foramẽ: q2 nõ põt porus vndiq3 circũdare os sicut facit in aliis ossibus. Quarto q2 humiditas cerebri semꝑ reddit porꝝ mollem: q2 igitur in aliis ossibꝰ egemus poro duro: ideo op3 replasmare: nõ aũt in osse capitis.

¶ Quapropter vt non effundatᷣ pus ad iteriora oportet vt extrahatur si fuerit plaga capitis completa: aut incidatur si non fuerit completa: ⁊ non fiat occupatio in restauratione eius.

¶ Hic ponit scd̃a3 cãm. Et ꝓ facͭ h̃. Scd̃o ponit tꝑs in q̃ o3 fieri. ibi (Et op3 vt.) ¶ Cõsiderãdũ ꝓ ꝙ fracto osse est timor de pure vt nõ effundatᷣ ad iteriora cerebri. s. dure ⁊ pie mr̃is: q2 venule q̃ sũt suꝑ durã matrẽ rũpuntᷣ: qm̃ ẽt in spatibus ossis cadit ꝯsus intra mã. huiusmodi aũt timor nõ accidit in aliis ossibꝰ: ⁊ ideo nõ o3 vti restauratiõe in osse capitis, sed exhatᷣ. s. os si fuerit plaga capitis. i. si fuerit os totaliter disruptũ. aut incidatᷣ. s. cutis vel os ⁊c̃. vel extrahatur. s. pus si fuerit cõpleta. s. ruptura ossis: q2 sit vsq3 ad panniculũ: ⁊ sit lata vnde nõ idiges alia rasura vel eleuatione ⁊c̃.

¶ Et oportet vt non tardetur illud in estate vltra septem dies: ⁊ in hyeme vltra decem dies: ⁊ quãto fuerit velocius erit melius ⁊ longinquius ab hoc vt accidant nocumenta magna.

¶ Ratio q2 in estate citius putrefit materia ⁊c̃.

¶ Et de illis que nocent ad illud ⁊ faciunt esse necessarium est ꝙ ab ossibus aliis preter ossa capitis cõuertit ligamentum reditionem: ⁊ hoc ligamentum nõ est possibile super caput: propter illud ergo necesse est accipere os ⁊ fracturã cui est quantitas donec egrediatᷣ virus sicut est necessarium. Et iterum si accideret virus inter os restauratum ligatum ligamento opprimente expellente materiam cum iam esset generatum illud virus ex ipso loco ⁊ penetraret ad medullam eẽt nobis necessarium vt discooperiremus ⁊ mundificaremus. ergo qualiter in huiusmodi mẽbro nõ. Est igitᷣ excusatio de hac collectione ⁊ incisione ⁊ detectione loci ⁊ prohibitione icarnationis eius vsquequo securus sis: ⁊ si nõ est timor cursus virus vsq3 ad interiora ossis quodꝰ incisimus.

¶ Cõsiderãdũ ꝙ sic̃ sumitᷣ suꝑ: ⁊ a Gal. de ige. sani. 6. lib. ca. 6. i aliis ossibus fractis vtimur ligatura q̃ tenet ꝑtes reductas: ⁊ q̃ ꝓhibet ꝯpa strigẽdo suꝑ loco fracture: ⁊ h̃ ꝑlibus iuolutionibꝰ: ⁊ ꝓcedẽdo ꝯsus alia latera vt ꝓhibeatᷣ effusio materie. hãc aũt ligatura3 nõ põt facere suꝑ osse capitis ꝓꝑ formã eiꝰ: ẽt q2 strigẽdo suꝑ materie que sunt sub osse fluunt in illa hora suꝑ pãniculos cerebri: et ideo necesse est accipe os capitis. ⁊ fracturã. i. partes fractas cui est quantitas. vel accipere os. s. cõminutu3 ⁊ fracturã cui est q̃titas. i. fracturã facere q̃ta3 ⁊ extẽsam ⁊ latam per rasuram.

¶ Et oportet vt sit incisio ex loco cõuenientiore: ⁊ cõuenientior quidem est aggregãs ad oppositionẽ quã existimas ꝙ virus currat ex eo melius ⁊ ad facilitate3 incisionis ⁊ paucitate3 necessitatis ad hoc vt moueatur ⁊ extendatur secundo: ⁊ est cum hoc longinquior locus a neruis sicut synciput. Nam medium eius non obuiat origini neruorum.

¶ Supiꝰ õdit nec̃itatẽ fricatiõis ⁊ eleuatiõis ossis: hic õndit locu3 ꝯueniẽtẽ ad icidẽdũ ⁊ eleuãdũ os: ⁊ ponit illas ꝯditiones ⁊c̃.

¶ Et stude ne frigus adueniat velamini: quoniam est malu3 ⁊ timorosum ⁊ subtilia regimen ⁊ assidua effusionem olei tepidi.

¶ Docet ꝓhibere accñtia vel remouere. Prĩo spationẽ. Secũdo nigrificationẽ dure matris. ibi (Et si apparet.) Probibitio spat̃ꝭ fit probibendo frigus subtiliando ⁊ fricando ⁊c̃.

¶ Et si apparet super velamẽ nigredo ⁊ est fortasse in eo qꝺ apparet de ipso ⁊ non est nocẽs: ⁊ fortasse causa eius sunt medicine: tunc cura ipsam cu3 melle concusso cum triplo sui olei ro. donec remoueatur nigredo ⁊ pulueriza desuper medicinam capitalem: ⁊ si nigredo fuerit confirmata tunc fuge.

¶ Vide quia omnia patent ⁊c̃.

¶ Cum ergo verificatur necessitas extendendi aliquid ⁊ incidendi illud aut extrahendi ipsu3: tunc festinetur ⁊ non expectetur complementu3 generationis pus in loco: ⁊ hoc quidem non toleratur nisi vbi non est pãniculus nominatus mater coactatus aut pũctus: qm̃ punctura facit in dispositione apostema ⁊ spasmum: ⁊ fortasse perducit ad apoplexia3: quare oportet vt extrahatur illud os statim ⁊ redibit sensus si fuerit apoplexia statim. Si autẽ fuerit foramen tunc res erit vehementioris festinationis. Et quando frangitur craneum ⁊ infrigidatur velamen ⁊ apostematur ⁊ nominatur illud sutratem: ⁊ tunc ibi inest in eo qꝺ diximus cũ huiusmodi festinatione. Aut si fuerit necessaria expectatio: tunc sit vsq3 ad duos dies aut tres. In plurimo rei oportet vt curetᷣ in secũdo cum incisione. Et quandoq3 fit cum serra subtili predicta.

¶ Ponit tẽpus in quo o3 eleuatio fieri: q2 statim in tribus casibꝰ: si dura mater pungitᷣ ⁊ ꝓmitur: si perforatur: si infrĩdatᷣ ⁊ spatᷣ: si ergo fiat dilatio sit vsq3 ad duos vel tres dies.

¶ Et quãdoq3 fit ita vt fiant foramia parua similia foraminibus que fiũt ab acubus quibus subselia suuntᷣ: vbi oportet vt cadat ex eis l3 in eis sit timor: quonia3 fortasse penetrãt subito vsq3 ad pãniculũ vbi igenietᷣ cum instrumẽto qꝺ diximus qm̃ est saluius.

¶ Oñdit cũ qbꝰ fit eleuatio ꝑtis ossis q2 rasorio vel tripano.

¶ Qualiter v̂o fit hec curatio nos dicemus in hoc illud qꝺ dixerunt primi. Inquiunt oportet vt radatᷣ in primis caput vulnerati: ⁊ fiant in eo due fissure se secantes orthogonaliter ⁊ secet vna eaꝝ altera3 ꝺm figuram crucis. Et oportet vt sit vna duaꝝ sectionum: sectio prima que fuit ex percussione: deide oportet vt excorietᷣ sub angulis quatuor vt discooperiatᷣ os totum cuius cõcauatio debet fieri. Q2 si accidat inde fluxus sanguinis: tũc oportet vt impleatᷣ pãno infuso in aqua ⁊ in aceto: ⁊ si non imple ipm̃ pãno sicco: deide pone super eum puluillũ infusum in vino ⁊ oleo ⁊ administretᷣ ligamentũ qꝺ conuenit ad illud. Ita vt cu3 fuerit mane si non acciderit aliquid ex accidentibꝰ malis: tũc oportebit vt incipias concauare os fractum: ⁊ illud est: qm̃ oportet vt facias sedere infirmũ aut precipias ei vt resupinetur ꝺm figuram que conuenit fracture: deinde oppila aures eius cu3 lana aut cotto: vt non ledatᷣ ex voce percussionis ⁊ solue ligamentũ vulneris ⁊ aufer pãnũ ex eo ⁊ absterge ip3: deinde precipe duobꝰ ministris vt teneant cum pãnis subtilibꝰ q̃tuor angulos cutis que iam scissa fuit ⁊ extendãt eam ad superiora. s. cutem que est super os fractũ. Et si os fuerit debile ex natura sui aut ex fractura que accidit ei: tũc oportebit vt auferas ipm̃ cum incisoriis ponẽdo quedam contra alia: ⁊ incipiendo ab eo qꝺ ex eis est latius: fiat permutatio ex eis ad incisoria subtilia: deinde peruenias ad capillaria ⁊ administra facilitatem in percussione parua ⁊ magna vt nõ ledat caput

⁊ inquietet

⁊ inquietet ipsum. Et si caput fuerit forte: tūc oportebit in primis vt perforet̃ cum trpanis que nominant̃ non profundātia: ⁊ sunt perforatoria quibus est eminentia parua interius ex locis acutis eorum vt ꝓhibeat ea illa eminentia profundare ⁊ peruenire de syphac donec concaues cū eis os scissuꝫ ⁊ eradices ipꝫ ⁊ non subito: imo paulatim: ⁊ si fuerit nobis possibile vt eradicemus ipsum cū digitis: tūc illud est bonum: ⁊ si non: cum tenalijs aut cum forpicibus aut his similibus. Et oportet vt sit inter illud ex foraminibꝰ exitus quātitate stili: ita vt fiant ꝓpe superficieꝫ ossis interioris. Et opꝫ vt remaneat tactui foraminis aliqd ex syphac. Et propter hoc opꝫ vt sint perforatoria ꝭꝫ mensuram essentie ossis: ⁊ vt administrent̃ in hoc ꝑforatoria plurima. Cū ergo fractura non est nisi in loco originis ossis tm̄: tunc oportet vt fiat permutatio ad illas res tm̄: ita vt cum cauaueris os: tūc oportebit vt eques asperitatē ossis capitis que fit ex incisiōe ⁊ cōcauatione: aut cū nouacula: aut cū aliquo icisorioꝝ que similat̃ aciei ensis postq̃ȝ posueris instrm̄ qđ coopit syphac ⁊ seruat ipm̄. Et si remāserit aliquid ex ossibus paruis aut frustis: tūc oportebit vt accipiant̃ cū facilitate: deide perueniat̃ in curatione cū operatiōe aut vnguentis. Naꝫ iste est facilior qui fit ex modis curationis ⁊ minoris nocumēti. Jngt Gal. cū tu discooperueris partē ossis capitis: tūc pone sub eo incisoriū in fine: cuiꝰ est pars que assilat̃ lenti eminēs si est lenis ⁊ est acuitas in lōgitudie donec sit latitudo lēti silis sustentata sup syphac: ⁊ opꝫ vt percutiat̃ desup cū malleo paruo ⁊ incidat̃ os capitis. Cū ergo fecerimꝰ illud erit ex eo totū illud quo indigemus: ⁊ illud est qm̄ syphac non mouet̃ tunc neq̧ȝ si medicās eēt dormiēs: qm̄ syphac opponit̃ lateri lato instrī silis lēti. Et si ꝑuenit hoc instrm̄ ad os capitis: tunc ipsum eradicat illud absq̧ȝ lesione: ⁊ illud ideo qm̄ postremū figure similis lenti circūdans hoc incisoriū retro incidit os capitis: ⁊ nō est possibile vt inueniat̃ species alia ad eradicādū hoc os facilius: neq̧ȝ velocioris oꝑationis q̄ȝ hec species. Curationē ṽo que fit cum ferris ⁊ instrumentis que noīantur: moderni vituperauerūt ꝑꝑ malitiaꝫ eius. Hic est ergo sermo noster in curatione ossis capitis cū accidit ei scissura. Et ꝯuenit hec eadē curatio in reliquis spēbus fracture que icidit alr̃ accidit ossi capitis: q̄ȝuis nos non diximus nisi curationē fissure ⁊ posuimus eā exemplum alijs. Jngt Paulus et Gal. iterum docuit nos q̄ȝtitatē ossium que opꝫ incidi: ⁊ iste est sermo eius. Nō opꝫ vt icidatur ex osse nisi illud qđ est infirmū. nam illud qđ ex eo est cōminutuꝫ vehemēter: oportet vt auferatur totum. Jn illo autē ex quo extenduntur scissure extensione plurima. nā illud quando accidit non oportet tunc vt consequaris scissuras vsq̧ȝ ad finem earum: ⁊ vt scias ꝙ nō accidit ꝓpter hāc causam res nociua quādo in reliquis oꝑationibus que oportet ipm̄ facere est ꝭm ꝙ oportet.

¶ Hic oñdit modū ꝭm quē dꝫ fieri ista incisio ⁊ ꝺtectio ossis. Et ꝑ̊ facit h̄. Scđo docet qbusdā succurrere accn̄tibꝰ ꝯn̄tibꝰ. ibi (Et ingt Paulus.) Tertio addit qđdā. ibi (Et ego.) ꝟ Pria in. d. Primo docet ⁊c̄. Scđo ponit medicinas que cōpetunt post detectionē q̄ fit cū ferro. ibi (Amplius opꝫ post.) ꝟ Prima in. d. Pr̄o ponit moduꝫ detectiōis ⁊ eleuatiōis ossis. Scđo ostēdit q̄ȝtum est illud qđ dꝫ eleuari. ibi (Jngt Paulus.) ꝟ Prima in. d. Pr̄o ⁊c̄. Scđo fineꝫ dictis imponit gn̄alizando sermonē dc̄m ad oēs spēs fracturaꝝ. ibi (Hic est ergo.) ꝟ Prima in duas. Primo docet ꝺtegere. Scđo docet eleuare os. ibi (Jta vt cum fuerit ⁊c̄.)

¶ Ampliꝰ opꝫ post curationē cū ferro vt accipias pānum lini extēsum q̄ȝtitate ossis vulneris ⁊ īfunde ipm̄ in oleo rosaceo: ⁊ cooꝑi cū eo os vulneris: deide accipe pānū duplicatū aut triplicatū ⁊ īfunde ipꝫ in vino ⁊ oleo ro. ⁊ lini vulnꝰ totū olo ro. deide pone sup ipm̄ pānū q̄ȝto leuiꝰ potes vt nō grauet syphac: deide administra desup ligamētū latū ⁊ nō strigas ipm̄ nisi cū quātitate que teneat pānos tm̄: deinde administra regimē qđ remoueat inflāmationē ⁊ destruat febrem ⁊ humecta velamē desuper cū oleo ro. in omni hora.

¶ Ostendit qd faciendū post ossis eleuationē. Et ꝑ̊ qd vsq̧ȝ ad tres dies. Secūdo qd post. ibi (Et solue.) ¶ Cōsiderādū ꝙ causa ordis in his est. Primo ponit̃ pānus in oleo rosaceo supra durā matreꝫ vt ꝓhibeatur apa de quo timetur ꝑꝑ cōmotioneꝫ: postea flocus lane ꝭm Paulū vt nō premat̃ dura mater: postea pānus supra infusus vino ⁊ oleo ad confortationem ⁊ exiccationē: ⁊ ꝓhibēdo impressionē aeris exterioris caliditate vini: non tū īmediate ponit̃ super myringā ne calefiat: postea fit ligatura soluꝫ ad tenēduꝫ nō ad stringēdū: stat vsq̧ȝ ad tres dies ⁊ nō dissoluit̃: sed semper ex īfunditur oleum ro. ⁊ hoc fit ne cōmotio fiat causa apatis. regimē qđ retinet ⁊c̄. est subtilis dieta ⁊ ꝓhibitio carnium ⁊ vini.

¶ Et solue ipꝫ ī die tertio ⁊ absterge ipꝫ ⁊ cura ipꝫ curatiōe q̄ creat carnē ⁊ sedat inflāmationē: ⁊ pulueriza sup syphac puluerē ex medicis siccis q̄ noīant̃ medicine capitis donec oriat̃ caro: ⁊ in qbusdā horis refricabimus os si idiguerimus hoc cū ossa sunt eminētia ⁊ vt nascat̃ caro velociter: ⁊ cura ipm̄ cū reliquis medicinis quas diximus in curatione vulnerum.

¶ Jste textus videtur deficere: quia Paulus precepit abradere os crinoides siue barbulas. fricatio enim equat os ⁊ attrahit nutrimentum: ⁊ ideo continet ⁊c̄.

¶ Et ingt Paulus multotiens accidit syphac capitis post curationē cū ferro apa calidū ita ꝙ superueniet als supeminet spissitudini ossis capit̃ ⁊ spissitudini cutis iteꝝ: ⁊ est cū h̄ grauitas ⁊ ꝓhibitio motus eius nālis. Et multotiēs accidūt istis extēsio ⁊ accidētia alia mala ⁊ seqtur has res mors. Et nō accidit apa calim syphac: nisi aut ꝑꝑ os eminens sub eo: aut ꝑꝑ grauitatem tētaꝝ: aut propter frigus: aut multitudinem cibi: aut multitudinē vini: aut ꝓpter cām aliā occultā.

¶ Hic docet curam accidentium. Primo apostematis calidi. Secundo causas. ibi (Et non.) Tertio curam. ibi (Qꝛ si.)

¶ Cōsiderādū ꝙ hoc est apa calidū qꝛ humores calidi vident̃ apti fluere ⁊c̄. Cōsiderandū ꝙ per syphac ītelligit duram ⁊ piā mr̄em: ⁊ qꝛ sunt propinqui: raro est quin ambobus simile accidat apostema. Dy. Cōsiderādū ꝙ pāniculus apostematus tumet vt exeat os ⁊ cutim: ⁊ qꝛ ille pāniculus habet motum dilatatiuuꝫ ⁊ ꝯstrictiuū ꝭ. ideo talis motus prohibetur ex apostemate. consequuntur postea extensio. i. spasmus ⁊c̄. vide Pau. 4. caꝑ.

¶ Qꝛ si apat̃ calidi cā ē māifesta: tūc opꝫ vt abscindas illā cām velociter. Qꝛ si ē cā occulta: tūc stude in seꝑatiōe eiꝰ ⁊ admīstra flōmiā vene si nō fuerit ꝓhibēs ad h̄ ⁊ miorationē cibi: ⁊ regimē qđ ꝯuenit apatibꝰ calidis sic̄ embrocatio cū olo ro. calido: aut cū aq̄ in qua bullita sūt altea ⁊ fenugrecum ⁊ se. lini ⁊ camomilla ⁊ eis silia: ⁊ admīstra emplm̄ ex farina ordei factū cum aq̄ cala ⁊ olo ⁊ semine lini: ⁊ admīstra adipē gallie in lana ⁊ humecta cū ea caput ⁊ ceruicē ⁊ spōdiles ⁊ distilla in aures aliqđ ex oleis q̄ sedāt calitates: ⁊ fac se

dere infirmũ in aqua calida in domo ⁊ inunge ipm.

℗ Ponit curam. Primo ſm diuerſitatem cauſarum. Secundo ſm diuerſitatem temporum in apoſtemate. ibi (Et regimen.)

℗ Et h̃ cõſiderãdũ ꝙ in pn° repcutimus in augmẽto ⁊ ſtatu reſoluimus ⁊c. ⁊ in declinatione magis vn̄ facimus ſedẽ in balneo ⁊c. diſtillatio olei in aure cõpetit in principio ⁊ in augmento ⁊ quocũqꝫ tempore timetur de ebullitione humorum in capite.

℗ Or ſi apoſtema calidum perſeuerat ⁊ nõ eſt aliquid qd̃ prohibeat ſumere medicamen ſolutiuum ſoluens ſemel fiat illud. Nam Hipo. precepit illud.

℗ Hic accipimus tẽpus in quo competit hoc pharmacũ: qꝛ cũ pſeuerat apoſtema in pncipio: igitur competit flõmia qꝛ diuertit: ſed in proceſſu pharmacia quia eligit ⁊ eradicat ex loco. Secundo accipitur timor eius. Non eſt aliquod qd̃ prohibeat. illud poſſet eſſe defectus virtutis ⁊ icõſuetudo ⁊ multa q̃ reddũt ſuſpectũ plus pharmaciam q̃ flõmiam: vt ſecundo regiminis. ii. cõmento. Tertio accipitur qualis medicina ſoluens ſemel. i. leuiter vt mãna tamarindi ⁊c. Pau. tamen dicit ſoluens choleram.

℗ Jnqt Paulus. ſi denigraꝛ ſyphac ⁊ nigredo eſt in ſuperficie eius: ⁊ illud eſt in medicamie itez quo curaꝛ. nam medicamẽ nigrũ fortaſſe facit illud: tũc opꝫ vt ſumas ex melle ⁊ oleo ro. iij. partes ⁊ pmiſceas ⁊ linias cũ eo pãnum ⁊ ponas ſuper ſyphac. Or ſi accidit in ſyphac nigredo ex ſeipſo ⁊ peruenit vſqꝫ ad oculũ pcipue cum ſignis alijs malis: tũc opꝫ. vt deſperes de ſalute huius infirmi: quoniam eſt ſignificatio conſumptionis caliditatis inate ⁊ deſtructionis eius.

℗ Cõſiderandũ ꝙ nigredo poteſt venire ad oculũ pꝑter ſanguinis expulſionẽ: ⁊ non ſunt mala ſigna: ⁊ tunc nõ eſt mortale: vel morte innati caloris: ⁊ tunc ſunt alia ſigna mala ⁊ eſt mortale.

℗ Et ego iã vidi quendã cui accidit fractura in capite ſuo ⁊ cõcauatũ eſt os capitis ei⁹ poſt annũ ⁊ ſanat⁹ ẽ: ⁊ illud ideo qm̃ fractura fuit in ſyncipite ⁊ fuit ex percuſſiõe ſagitte ⁊ erat ei curſus: ⁊ pꝑ hoc nõ aduenit ſyphac aliqd: imo ſaluatũ eſt a corruptione. Jnqt Gal. accidit homini vt frangereꝛ ſynciput eius: ⁊ iteruꝫ os tẽporis fractura extenſa ⁊ compoſita eſt fractura cuꝫ diſpõne rerum oſſis ſyncipitis ⁊ inciſimus ipꝫ ad intẽptionem notam: ⁊ ſufficit illud ⁊ ſanatus eſt vir.

℗ Ponit duo exẽpla. Primũ eſt Pauli in quo vult ꝙ exit⁹ virulẽtie ab oſſe eſt cã preſeruatiua a corruptione pãniculi ⁊c.

℗ Gentilis Florẽtini ſup ea parte Tractatus tertij Fen 5ᵉ de fracturis quã Gentilis non expoſuit: expoſitio incipit.

℗ De fractura mandibule. Cap. 2ᵐ.

Jnquit ſapiens cum inciditur ad iteriora frãgitur.

℗ Supius Aui. determiauit de fractura cranei: in pte iſta dtermiat de fractura mãdibule: ⁊ duo fac. Quia p̊ premittit. Secũdo ponit curam. ibi (Qm̃ ſi frãgitur mãdibula.)

℗ Dicit ſic de prima parte ꝙ ſapiens dixit ꝙ cũ mãdibula incidiꝛ ad interiora. i. inclinatur ad interiora frangitur.

℗ Or ſi frangitur mãdibula dextra: tunc intromtte indicem ⁊ mediũ manus ſiniſtre in os infirmi. Et ſi frangiꝛ mãdibula ſiniſtra: tunc intromitte dictos digitos manus dextre ⁊ eleua cũ eis marginem fracture exterius ⁊ interius: ⁊ oppone eas ambas cuꝫ manu altera deforis ⁊ equa eam ſicut decet: ⁊ cognoſces equatõeꝫ eius ex equatione dentium qui ſunt in ea.

℗ Ponit curã: ⁊ duo facit. Quia primo ponit curam quãdo mãdibula frangitur in vno loco. Secũdo ponit curã qñ mãdibula frangitur in diuerſis locis. ibi (Si autẽ frangitur mandibula.)

℗ Dicit ſic de p̊ᵃ pte: ꝙ ſi mãdibula dextra frãgiꝛ: tũc itromitte digitũ idicẽ ⁊ mediũ man⁹ ſiniſtre in os iſirmi ⁊ reſtaura. Et ſi frangiꝛ mãdibula ſiniſtra: tũc intromitte digitos man⁹ dextre ⁊ eleua marginẽ fracture equãdo ⁊ mouẽdo iterius ⁊ exterius: ⁊ cognoſces equationẽ eius eq̃tione dentiũ qui ſunt in mandibula.

℗ Si autem frangatur mãdibula in duobus locis: tũc extende eam in duo latera ſm oppoſitioneꝫ miniſtro extende eam: ⁊ miniſtro retinente ipaꝫ: deinde veniat medicus ad equandũ ipſam ſm ꝙ diximus ⁊ liga dentes qui torti ſunt ⁊ ſeparati ſunt adinuicem. Si autem accidat cum fractura vulnus aut fruſtum: tunc adminiſtra cõſuturam ⁊ puluillos ⁊ medicinas incarnatiuas poſt reditionem ⁊ equationem.

℗ Ponit curã qñ mãdibula frãgiꝛ in duob⁹ locis: ⁊ duo fac. Quia p̊ facit hoc. Scđo docet facere ligamẽtũ. ibi (Jnqt ⁊ ligamentum.)

℗ Dicit ſic de p̊ᵃ pte: ꝙ ſi mãdibula frãgiꝛ in duob⁹ locis: tũc extende mãdibulã in duo latera ⁊ medic⁹ equet ipſaꝫ ſm ꝙ dixim⁹: ⁊ liga dẽtes q torti ſunt ⁊ ſepati ſunt adiuicẽ. Et ſubdit ꝙ ſi cum fractura accidat vulnus aut fruſtũ oſſis: tũc admiſtra cũ ſutura puluillos ⁊ medicinas incarnatiuas poſt reditionem ⁊ equationem.

℗ Jnquit. ligamentum eius ſit ſm hunc moduꝫ. pone medietatem vitte ſuper nuchã colli ⁊ vadant due extremitates a duobus laterib⁹ ſuper duas aures vſqꝫ ad extremitatem mandibule: deinde vadant cum eis iterum ad nucham: deinde vſqꝫ ad locum ſub mãdibula ſuper duas maxillas vſqꝫ ad ſynciput vadẽs ex eo iterum vſqꝫ ad locum qui eſt ſub nucha ⁊ ponaꝛ ligamentum aliud ſuper frontem ⁊ in poſterioribus capitis: ⁊ ſtringatur tota inuolutio que inuoluta eſt ⁊ ponatur deſuper pãnus lenis.

℗ Docet facẽ ligamẽtũ ⁊ dicit ſic: ꝙ ligamẽtũ fit ſꝫ hũc modũ. naꝫ ponit mediũ vitte ſup nuchã colli ⁊ vadãt due ex̃mitates ligamẽti ſup duas aures vſqꝫ ad ex̃mitateꝫ mãdibule: deide itez vadant ad nuchã: deide itez reuoluaꝛ: ⁊ fiat aliõ ligamẽtũ ſup frõtẽ: ⁊ tota inuolutio que iuoluta eſt ſtrigaꝛ ⁊ ponaꝛ deſup pãnus lenis.

℗ Et ſi ſepareñ ambe mandibule ſimul ex extremitatibus eaꝝ: tunc incipiaꝛ cũ vtriſqꝫ manib⁹ paulatim: deide opponanꝛ ⁊ ꝯiũganꝛ ⁊ ꝯſidereꝛ ad cõpõnẽ dentiũ ⁊ liga duales cũ filo auri vt nõ ſepareꝛ rectificatio ⁊ ponaꝛ medicamẽ ligamẽti ſup collũ ⁊ vadat caput eius ad extremitatẽ mãdibule ⁊ pcipiaꝛ iſirmo vt geſcat ⁊ ſit trãqllus ⁊ dimittat locutõeꝫ ⁊ ponaꝛ cib⁹ ei⁹ ſorbitiões. Et ſi alteraꝛ aliud ex figura: tũc ſoluaꝛ ligamẽtũ niſi accidat apa caliduꝫ. Or ſi accidat tũc non negligas vti empl'is ⁊ embrocis que ꝯueniũt ad illud ex illis que ſedãt ⁊ reſoluũt cũ equalitate. Et os qdeꝫ mandibule ſtringiꝛ añ tres hebdomadas: qm̃ eſt lene ⁊ eſt in eo medulla plurima replens ipſum.

℗ Ponit curam per ligamentum quando mandibula frangitur in duobus locis: ⁊ dicit ſic. ꝙ ſi ambe mãdibule ſeparantur ſimul ex extremitatibus eaꝝ: tunc incipiatur reſtaurari cuꝫ vtriſqꝫ manibus paulatim: deinde coniunganꝛ mandibule: ⁊ conſidera ꝙ dentes bene apponanꝛ ⁊ liga dentes duales cuꝫ filo auri: ⁊ non ſeparetur rectificatio: ⁊ ponatur mediũ ligamẽti ſuper colluꝫ ⁊ vadat caput eius ad extremitatẽ mãdibule ⁊ pcipiatur vt infirmus geſcat ⁊ ſit trãquillus ⁊ dimittat locutionem: ⁊ cibus eius ſit ſorbilis. Et ſubdit ꝙ ſi non mutatur aliqd ex fiſſura: tũc nõ ſoluatur ligamentũ niſi accidat apoſtema calidum. Et ſi apoſtema calidum accidat: tunc nõ negligas vti emplaſtris ⁊ embrocis que cõueniũt ad apoſtema calidũ: ⁊ ex illis que ſedant ⁊ reſoluũt cũ equalitate. Et ſubdit ꝙ os mandibule reſtauratur añ tres hebdomadas: qm̃ eſt os lene: ⁊ eſt medulla plurima replens iſtud os.

℗ De fractura naſi. Cap. 3ᵐ.

Naſi ſupior ps eſt os ⁊ iferior ẽ cartilago. Et illi qdeꝫ cartilagini nõ accidit fractura: imo atritio: ⁊ ꝙ cõprimendo dilataꝛ tota: ⁊ ꝙ dilatatur iferior pars eius ſuperiore remanẽte vt eſt ⁊ ſeparatio ad vnum latus. Supiori võ parti oſſis accidit quandoqꝫ fractura: ⁊ quando frangiꝛ

nasus

naſus ⁊ nõ curať ꝑducit ad caſuз. Et iteꝝ qñq; idurať ⁊ remãet ſꝫm tortuoſitatẽ ſuã: q̃re nõ recipit eq̃tionẽ.

¶ Ponit capitulum de fractura naſi: ⁊ duo facit. Quia primo premittit. Secundo ponit curam. ibi (Oportet ergo vt feſtinetur.)

¶ Dicit ſic de prima parte ꝙ ſuperior ps naſi eſt cartilago: ⁊ cartilagini nõ accidit fractura: imo accidit ei atritio ⁊ cõprimendo dilatatur tota: ⁊ iſta pars inferior dilatať exiſtente parte ſuperiori naſo. Sed ſuperiori parte naſi quãdoq; accidit fractura. Et qñ naſus frangitur ⁊ nõ curatur perducit ad caſum. Et qñq; induratur ⁊ remanet ſꝫm tortuoſitatem ſuam ⁊ non recipit curationem.

¶ Oportet ergo vt feſtineť in die primo ⁊ nõ pertranſeat decimũ. Et ſcias ꝙ qñ fractura naſi ꝯſequiť loca ſuperiora eiꝰ magis ꝯueniẽs eſt: ⁊ rectius regimẽ i ea eſt vt ſumať ſtilus decẽter factꝰ lenis ⁊ itromittať cũ facilitate in naſum vſq; ad finem alchaiaſim ⁊ teneat ipm cũ manu ſua ⁊ equet naſuз cũ manu altera donec equeť: deide ſubtilieť itromittẽdo lyciniũ ꝯſeruãs ipз in figura equationis. Et melius eſt qdẽ vt ſit ex lino. Et cautela eſt vt itromittať in vtraſq; nares ſimul: ſʒ nõ ſit nocumẽtũ niſi in latere vno. Et quãdoqз poniť lyciniũ in latus vnũ vſquequo eius vltimatio ꝑuenit ad ꝯfirmationẽ ⁊ reſtaurationeз. Et nõ cõponať ſuꝑ naſum ligamentum: qm̃ facit ipſum latum niſi ſit illic eminentia magna: ⁊ timeatur ſꝫm eam deſcenſio.

¶ Ponit curam. Et primo ponit curaз quando naſus frangitur in partibus ſuperioribus. Secundo ponit curam quando frangitur in partibus inferioribus. ibi (Cum autem accidit in partibus.)

¶ Dicit ſic de prima parte ꝙ opз vt feſtineť reſtauratio naſi in die primo ⁊ nõ pertranſeat decimũ. Et ſcias ꝙ qñ fractura naſi fit in partibꝰ ſuperioribꝰ magis ꝯueniẽs: ⁊ rectius regimen in ea eſt vt ſumať filus decẽter factus ⁊ itromittať cum facilitate in naſum vſq; ad alchaiaſim. i. ad partes vbi fit odoratus ⁊ teneat hunc filũ cũ manu ſua ⁊ cũ manu altera equet naſum quouſq; equeť. Deide ſubtilieť medicus in itromittẽdo lyciniũ ꝯſeruans naſuз in figura ſua. Et melius qdẽ eſt vt iſtud lyciniũ fiat ex lino. Et maior cautela eſt vt lyciniũ itromittatur in ambas nares: dato ꝙ leſio ſit tm̃ in vna nare. Et ponitur quãdoq; lycinium in latere vno quouſq; peruenit ꝯfirmatio ⁊ reſtauratio cõpleta. Et ſubdit ꝙ non debet poni ligamentum: quoniam facit naſum latum niſi eſſet multum magna eminentia: ⁊ retineatur naſus ſꝫm eundem ſenſum.

¶ Cũ aũt accidit in partibꝰ inferioribus: tũc poſſibile eſt vt equeť cũ duobꝰ digitis duaꝝ manuũ ſicut duobus indicibꝰ aut duobꝰ auricularibus. Et qñ accidit in hac diſpõne apoſtema: tũc vnguẽtũ diaquilon eſt bonũ valde: qm̃ ſedat apoſtema ⁊ ꝯſeruat iterũ figuram equationis ⁊ ꝯfortat. Similiter medicamẽ factũ cũ aceto ⁊ oleo ⁊ ſimilia ⁊ minuto thuris ſuper qđ pulueriзeť cinis ⁊ emplaſtreť cum eo. Et qñ fractura eſt atritio aperta: tunc nõ eſt poſſibile vt redeat cũ ea ad rectificationẽ niſi poſtq; findiť ⁊ extrahiť cõminutio oſſiũ ⁊ cũ ſutura eius ⁊ pulueriзenť deſuper pulueres. Et qñ accidũt inclinatio ⁊ ſeparatio cartilaginis: tũc equa eã violenter: deinde liga eam ligatura ꝯſeruante eã ſuꝑ illđ: ⁊ eſt vt ponas ligamentũ extenſuз ex latitudine ceruicis ſuꝑ quã eſt inclinatio ex eis qbꝰ fit facile hoc ligamẽtũ. Et bonũ eſt vt ſumas marginẽ pãni fortis aut corrigiã cui ſit latitudo digiti vniꝰ ⁊ leni vnã extremitatũ eius cũ glutino piſciũ ⁊ glutino corij vaccini aut cũ gũma aut cũ reliqs glutinationẽ faciẽtibꝰ: ⁊ inuiſca ipſaз ſuꝑ extremitatẽ naſi ex latere ſuꝑ qđ eſt inclinatio donec exicceť ſuper ipm ⁊ reducatur naſus ad ſitum ſuũ cũ violentia: deinde extende illam corrigiã aut pãnũ donec equeť cũ eo ⁊ inclina ipſum ad latus diuerſum inclinationi prime ⁊ reſtaura ipſuз ſuper collũ ⁊ liga ipm ligamento tenente ipm ſꝫm illã formam emplaſtra cũ emplaſtris que ſunt neceſſaria.

¶ Ponit curã qñ naſus frãgitur in partibꝰ inferioribus ⁊ dicit ſic: ꝙ cũ fractura accidit in partibꝰ inferioribꝰ naſi: tunc poſſibile eſt vt equeť fractura iſta cũ duobꝰ digitis ſicut cũ duobꝰ indicibꝰ aut cũ duobꝰ auricularibꝰ. Et ſubdit ꝙ qñ in hac diſpõne accidit apoſtema: tũc vnguentũ diaquilon eſt bonũ: qm̃ ſedat apoſtema ⁊ cõſeruat figurã equationis ⁊ cõfortat ⁊ ponit alia medicamina que etiã ſunt bona ⁊ ſunt nota. Et ſubdit ꝙ qñ in fractura accidit atritio manifeſta: tũc nõ eſt poſſibile vt redoleat cũ iſta fractura naſus ad reſtauratioɴeз naſi poſtq; ſcindiť ⁊ extrahitur cõminutio oſſiũ ⁊ cũ ſutura eius. Et pulueriзet deſuꝑ pulueres ꝯueniẽtes. Et qñ accidit in naſo iclinatio ⁊ ſeparatio cartilaginis: tũc equa iſtã ſeparationẽ violẽter. Deinde liga cũ ligatura ꝯſeruãte eã reſtaurationẽ ſꝫm ꝙ eſt ꝯueniẽs: ⁊ eſt talis ligatura vt ponas ligamentũ ⁊ ſumas marginẽ pãni fortis aut corrigiam cui ſit latitudo vnius digiti: ⁊ line vnã extremitatẽ eius cũ glutino piſcium aut cũ alijs glutinãtibꝰ: ⁊ inuiſca iſtũ pannũ ſuper extremitatẽ naſi ex latere ſuper qđ eſt inclinatio donec exiccetur ⁊ reducatur naſus ad ſitũ ſuum cum violentia: ⁊ extende corrigiam illam aut pannũ donec equetur cum eo: ⁊ emplaſtra cum emplaſtris neceſſarijs.

¶ De fractura furcule. Cap. 4m.



Furcula frangitur: aut propter pondus delatum: aut propter caſum magnum: aut propter percuſſionem vehementem.

¶ Poſito capitulo de fractura naſi: ponit capitulum de fractura furcule. Et duo facit. Quia primo premittit. Secundo ponit curã. ibi (Amplius furcule reſtauratio.)

¶ Dicit ſic de pma pte ꝙ furcula frangiť aut ꝑꝑ põdus delatũ aut ꝓpter curſum magnũ aut ꝓpter percuſſionẽ vehementẽ.

¶ Ampliꝰ furcule reſtauratio fit difficilis ⁊ idiget ſubtiliatiõe. Dixerũt i reſtauratiõe eiꝰ ſi ꝯhiť ꝓpe caſſum erit dſcẽſio capitꝭ adiutorij iferiꝰ minꝰ. Inqt. Et qñ ꝯhiť furcula i duas medietates: tũc fac ſedẽ ifirmũ ſuꝑ ſedẽ ⁊ teneat miſter adiutoriũ i q̃ ẽ furcľa fracta ⁊ extẽdat ipз ad exteriora ⁊ ad ſuꝑiora iteꝝ: ⁊ extẽdat miniſter iterũ ceruicẽ ⁊ humerũ iclinatũ cũ q̃ʒtitate q̃ eſt necĩa. Et eq̃t medicꝰ cũ digitꝭ ſuis illđ qđ ẽ eminẽs ipellẽs ipз: ⁊ qđ ẽ ꝯcauũ cõmoueat añ ⁊ retro ⁊ exħat ipm. Et ſi idiget i illo extẽſiõe plĩma põat ſub titillico pilã magnã đ pilis ⁊ eleuet cubitũ dõec approxiet ipз coſtis: qm̃ extẽdeť ſꝫ ꝙ vult. Et ſi icidiť ex̃mitas furcule ad iteriora frãgẽdo aut ſi obedit cũ attractõe medici ⁊ ſi ſuſpẽdiť: qm̃ ẽ ad ꝓfũdũ plĩm: tũc ꝓſterne ifirmũ ſuꝑ collũ ſuũ ⁊ pone ſub humero puluinar gibboſuз ⁊ đmerge humerũ eiꝰ iferiꝰ donec eleueť ad os furcule: deinde eq̃ ipm ⁊ rectifica cũ digito tuo ⁊ ſtringe.

¶ Ponit curam: ⁊ duo facit. Quia primo facit hoc. Secũdo oſtendit quomodo extremitates furcule non franguntur. ibi (Et extremitas ꝯo eius.) ¶ Prima in duas. Quia primo Auicen. facit qđ dictum eſt. Secundo docet curare quando fruſtum aliquod lederet. ibi (Et ſi infirmus inuenerit.)

¶ Dicit ſic de prima parte: ꝙ reſtauratio furcule fit difficilis ⁊ idiget ſubtiliatione. Dixerunt. ſ. antiqui in reſtauratiõe furcule ſi cõtrahiť ꝓpe caſſum. ſ. pectoris erit deſcenſio capitis adiutorij minus. Et qñ ꝯtrahitur furcula in duas extremitates: tũc fac ſedere infirmũ ſuper ſedẽ ⁊ miniſter teneat adiutoriũ in quo eſt furcula fracta: ⁊ extẽdat adiutoriũ ad ſuperiora ⁊ inferiora: iterũ extẽdat ceruicẽ ⁊ humerũ. Et medicus equet cum digitis ſuis illud qđ eſt eminens impellendo illud qđ eſt eminẽs: ⁊ cõmouendo ante ⁊ retro qđ eſt ꝯcauũ. Et ſi indiget in illo extẽſione ponat medicus ſub titillico pilaз magnã de pilis vt eleuet cubitũ donec approximet ipſum coſtis: qm̃ extendetur ſꝫm ꝙ vult. Et ſubdit ꝙ ſi furcula incidiťur ad interiora: ⁊ nõ obedit cũ attractione medici: tunc proſterne infirmum ſuper collum ſuuз: ⁊ pone ſub humero puluinar gibboſum: ⁊ demerge humerum eius inferius donec eleuetur ad os furcule: deinde equa ipſum ⁊ ſtringe.

¶ Et ſi ifirmꝰ iuenerit pũcturã ex deambulatiõe manꝰ ſuꝑ ipm fruſtũ pũgit ipm: ſꝫm ſcitũ ꝗ ſcinde ⁊ aufer fruſtũ ⁊ fiat illđ a te cũ facilitate: ⁊ ꝓprie ſi fuerit fruſtuз

subtꝰ:⁊ vt nõ disrũpat syphac pectoris ĩtromitte ĩstr̃m ꝯseruãs syphac pectoris sub osse deide frãge os. Or si nõ acciderit apã cal'in: tũc sue scissurã ⁊ ĩcarna eã. Et si accidit apã cal'in tũc ĩfunde puluillos cũ oleo aliq̃. Et si dimittit caput adiutorij apd fracturã cũ frusto furcule ad ĩferiora: tũc opꝫ vt suspẽdat adiutoriũ cũ ligamẽto lato ⁊ eleuet ad ꝑtẽ ceruicis. Et si frustũ furcule fuerit ĩclinatũ ad supiora: ⁊ illd qdẽ parũ fit: tũc nõ suspẽdat adiutoriũ: ꝫ resupina illũ cuiꝰ est furcula fracta sup dorsuꝫ suũ: ⁊ subtilia regimẽ eius ⁊ stringet furcula in mẽse ⁊ minꝰ. De furcula aũt dixerũt ꝙ furcula nõ se iungit ex latẽ ĩtrinseco: qm̃ ãnexa ẽ pectori nõ seiuncta ex eo: ⁊ ꝓpter hoc nõ mouet ex hoc latẽ. Et si percutiat exterius vehemẽter ⁊ separet: tũc ipsa equet ⁊ curat curatione qua curat cũ frangitur.

¶ Ponit curã qñ frustũ aliqd lederet ⁊ dicit sic: ꝙ si ĩfirmus inuenerit puncturã ex deambulatione manus super pectus: tũc frustũ pũgit: ꝫ stringe ⁊ aufer illud frustũ: ⁊ talis ablatio fiat cũ facilitate: ⁊ pone instrumentũ qd custodit syphac pectoris: deide incide os ⁊ extrahe. Et si nõ accidit apostema calidũ: tũc sue scissuram ⁊ incarna eã. Et si accidat apã calidũ: tũc infunde puluillos in oleo rosato. Et subdit ꝙ si caput adiutorij dimittit .i. deprimit apud fracturã: tũc opꝫ vt suspẽdat cũ ligamẽto lato ⁊ eleuet ad partẽ ceruicis. Et si frustũ furcule fuerit inclinatũ ad superiora: tũc opꝫ vt nõ suspẽdat adiutoriuꝫ: sed resupina ipm̃ cuius furcula est fracta sup dorsum suũ. Et subtilia regimẽ: ⁊ restaurabit furcula in mense ⁊ minus. Et subdit ꝙ quidã antiqui dixerũt ꝙ furcula nõ stringitur a latere intrinseco: quoniã est annexa pectori: nõ seiuncta a pectore: ⁊ ꝓpter hoc nõ mouet furcula .i. nõ dislocatur ex hoc latere. Et si separet ⁊ percutiatur exterius tũc apostema equatur.

¶ Extremitas vͦo eius que sequit humerũ ⁊ separatur ab eo nõ dislocat plurimum: qm̃ lacertus qui hꝫ duo capita ꝓhibet eã ab hoc: ⁊ ꝓhibet eã iterũ caput spatule: ⁊ nõ mouet furcule motu vehemẽti: qm̃ ipsa non est posita nisi vt separet pectus tantũ ⁊ dilatet ipm̃: ⁊ ꝓpter hoc facta est furcula homini soli inter reliqua animalia. Or si accidat ei dislocatio ex luctamine aut re alia simili huic: tunc ipsa equet ⁊ intromittat ad locum suũ cum manu ⁊ puluillis plurimis qui ponuntur super eã cum ligamento qd oportet. Et conuenit hec curatio extremitati humeri iterũ cũ separat ⁊ reducit eã ad locũ suũ. Et illud quo ligat furcula humero est humerus ⁊ os cartilaginosum: ⁊ ipm̃ ingrossat in macilentis: ⁊ cũ remouet existimat ille cui nõ est experiẽtia ꝙ caput adiutorij iam separatũ est ⁊ exiuit de loco suo. caput enim spatule videt tunc vnũ ⁊ videt locus a quo permutatũ est concauuꝫ. verum oportet vt distinguat significationibus quas experimur post.

¶ Ostendit quõ extremitas furcule nõ dislocat ⁊ dicit sic: ꝙ extremitas furcule que sequit humerũ ⁊ separat ab humero nõ dislocat plurimũ: qm̃ lacertꝰ habẽs duo capita ꝓhibet eam dislocari. Et caput spatule ꝓhibet eã ⁊ furcula mouet motu vehemẽti: qm̃ furcula nõ est posita nisi vt separet pectꝰ ⁊ dilatet ipm̃: ⁊ iõ facta est furcula hoĩ soli ĩter reliq̃ aĩalia. Et subdit ꝙ si furcule accidat dislocatio aut ex luctamine aut ex re aliq̃: tũc ipa furcula equat ⁊ intromittit ad locũ suũ cũ manu ⁊ puluillis plurimis qui ponunt super eã cũ ligamento qd opꝫ: ⁊ hec curatio cõuenit extremitati humeri cũ separatur. Et subdit ꝙ illud quo ligatur furcula humero est os cartilaginosum: ⁊ tale os ingrossatur in macilentis: ⁊ cũ istud os remoueatur a loco suo estimat ille cui nõ est experientia ꝙ caput spatule sit dislocatum ⁊ exiuit de loco suo: verũtamẽ opꝫ vt distinguatur significationibus.

¶ De fractura spatule. Cap. 5m.

Spatule qdẽ locus latus parũ frãgit. Plurimũ enim qd accidit de fractura eius accidit marginibꝰ ⁊ lateribꝰ ⁊ frustis. Et qñ accidit cognoscit tactu: ⁊ ꝑ illd qd seqt ea de pũctura. Verũ plurimũ accidit ei scissura quã sigñat asperitas que cognoscit tactu ⁊ dolore locali ⁊ pũctura si fuerit: lꝫ nõ sint reliq̃ signa. Et fortasse accidit fractura ad ĩteriora ⁊ sigñat ipsam ĩcisio accidẽs ⁊ crepitatio lenis quã ꝑcipit auditꝰ cũ crepitat miser cũ ea: ⁊ ĩuenit per attractionẽ manus qua consequitur eam ⁊ dolorem.

¶ Posito caplo de fractura furcule: põit caplm de fractura spatule: ⁊ duo fac. Quia p̊ p̃mittit. Scd̃o ponit curaꝫ. ibi (Cura eius est.)

¶ Dicit sic de p̃ma parte ꝙ locus latꝰ spatule parũ frangit. Plurimũ enĩ qd accidit de fractura spatule accidit in marginibꝰ ⁊ lateribꝰ spatule ⁊ frustis eiꝰ. Et qñ fractura spatule accidit cognoscit tactu per illud qd sequitur eã de pũctura. Verũ plurimuꝫ accidit ei scissura quã significat asperitas que asperitas cognoscitur tactu ⁊ dolore locali ⁊ punctura: dato ꝙ non sint relique fissure. Et subdit ꝙ fortasse accidit spatule fractura ad interiora: ⁊ significat ipsam crepitatio quam recipit auditus ⁊ inuenitur dolor in loco.

¶ Et cura eius iteruꝫ est subtiliatio manus ⁊ bonitas ꝯueniẽtie ĩpulsionis ab ĩferioribꝰ ⁊ equationis: ⁊ fortasse ĩdiget vẽtosis ꝺm ꝙ existimo donec attrahat ad superiora ⁊ equet cũ cautela a nocumẽto in aggregatione mãei. Frustula aũt spatule cum frangunt si sunt inquietãtia pungẽtia ⁊ ledẽtia: tunc necessariũ est extrahere ea. Et si sunt qeta equent ⁊ ligent ligamẽtis similibꝰ ligamẽtis furcule. Et opꝫ vt dormiat habens fracturã spatule sup latus sanũ nõ super aliud.

¶ Ponit curã ⁊ dicit sic: ꝙ cura fracture spatule ẽ subtiliatio manus ⁊ ꝯueniẽter eq̃re: ⁊ fortasse ĩdiget vẽtosis ꝺm ꝙ existimo donec spatula attrahat ad superiora: ⁊ equet cuꝫ cautela ne accidat nocumẽtũ de aggregatiõe mãei. Frustula aũt spatule cũ frãgunt si sunt inqetãtia pũgẽtia ⁊ ledẽtia: tũc est neciũ extrahere ea. Et si ista frusta sint qeta: tũc ligent ligamẽtis similibꝰ ligamẽtis furcule. Et habẽs fracturã spatule: opꝫ vt dormiat super latũ sanũ.

¶ De fractura cassi thoracis. Cap. 6m.

Accidit casso scisso sicut ligno ⁊ accidit fractura ad interiora. Et primũ qdẽ cognoscit sonitu sensato per tactuꝫ ⁊ auditũ: ⁊ qñq̃ inuenis ipsaꝫ manifestã cuiꝰ due partes sunt manifeste ⁊ cũ extensione doloris. Scd̃m vͦo sequunt accidentia mala ex constrictione anhelitus ⁊ tussi sicca: ⁊ fortasse patiens illud spuit sanguineꝫ. Et quandoq̃ generatur ex eo putrefactio velaminis.

¶ Ponit capitulum de fractura cassi pectoris: ⁊ duo facit. Quia p̃io premittit. Secundo ponit curaꝫ. ibi (Et cura istoꝝ est cura.)

¶ Dicit sic de prima parte ꝙ casso pectoris accidit scissio sicut ligno .i. sicut scindit lignũ ita põt scindi cassum pectoris. Et accidit ꝙ frangit ad ĩteriora. Et scissio cognoscit sonitu sensato per tactũ ⁊ auditũ. Et qñq̃ inuenis scissurã mãifestã: cuius sunt due partes manifeste ⁊ cũ dolore extensiuo. Scd̃m vͦo .i. fracturã ad interiora sequuntur accidentia mala ex constrictione anhelitus ⁊ tussis. Et quandoq̃ patiens istam fracturam spuit sanguinem. Et quandoq̃ generatur super istam fracturam putrefactio velaminis.

¶ Et cura istoꝝ est cura illius qui hꝫ illud in humero. Et si inclinat inferius tunc cura est illa que descripta est in cõpressione furcule depresse per fracturaꝫ. Et si ĩgrediunt coste administra sup eas ligamẽtũ factũ ex lana cũ reuolutione post ligamẽta posita sup eas desubtus cuꝫ rectitudine: deinde aggrega extremitates duoꝝ ligamentoꝝ ⁊ liga eas adinuicem: quoniã ipse prohibent ligamenta reuoluta a solutione.

¶ Ponit curã ⁊ dicit sic: ꝙ cura istoꝝ .s. patientiũ fracturam in pectore est cura illoꝝ qui habẽt fracturã in humero. Et si cassuꝫ pectoris inclinatur inferius: tũc cura est illa que dicta est in cõpressione furcule depresse ꝓpter fracturã. Et si coste ingrediuntur ad ĩteriora: tũc administra ligamẽta ꝯueniẽtia: deinde administra ligamẽtũ factũ cũ lana ex reuolutiõe: deide aggrega extremitates duoꝝ ligamẽtoꝝ simul: qm̃ ꝓhibẽt ligamẽta reuoluta a solutione.

¶ De fractura costarum. Cap. 7m.

COstis veris septē accidit fractura duob⁹ laterib⁹. Falsis vo accidit fractura a latē dorsi. Et qm̄ extremitas alia est cartilago hypocundrioꝝ ꝺm ꝙ sciuisti nō accidit ei atritio. Cognitio aūt fracture costaꝝ est facilis que nō occultaꝛ tactui pp illð qð sentiꝛ de asperitate ⁊ motu in nō suo loco: ⁊ fortasse audiꝛ si auscl'taꝛ crepitatio occl'ta.

¶ Ponit capl'm de fractura costarū: ⁊ duo facit. Quia primo premittit. Scðo ponit curam. ibi (Qꝛ si fuerit inclinatio.)

¶ Dicit sic de pma parte ꝙ costis veris que sunt septē accidit fractura a duob⁹ lateribus: sed costis falsis accidit fractura a latere dorsi: ⁊ qꝛ extremitas alia istaꝝ costaꝝ est cartilago sicˀ sciuisti: iō nō accidit ei nisi atritio. Sꝫ cognitio fracture costaꝝ ē facilis que nō occultaꝛ tactui: ⁊ fortasse si auscultaꝛ sentiꝛ crepitatio occl'ta.

Descriptio alia hiere q̄ addit i visu: ⁊ confortat ip̄z ⁊ ꝯfert ad dolorē capit̄ ⁊ passiones stōchi ⁊ epat̄ ⁊ splenis. ¶ Cui⁹ h̄ ē cōmixtio. ℞. pulpe collo͞qn. ʒ. x. camedreos ⁊ cassie ⁊ triū pipeꝝ: oīuz aā. ʒ. ij. aloes ⁊ myrre ⁊ thuris mascl̄i ⁊ croci: oīuz aā. ʒ. j. scamonee. ʒ. vj. succi absinthij pond. ʒ. ij. mell' q̄ztū sufficit. dosis ei⁹ sit pōdus. ʒ. iiij. cū aq̄ cal'a.

Hiera nr̄a experta. ℞. ellebori pondus. ʒ. j. pulpe colloquintide aur̄. j. ⁊ aloes aur̄. v. et salis indi. ʒ. j. ⁊ tertiam agarici pōdus aur̄. ij. ⁊ lapidis armeni aur̄. s. ⁊ rosarum pōdus. ʒ. j. ⁊ piperis albi aur̄. j. ⁊ zinziberis pondus aur̄. ij. ⁊ acori ⁊ amomi ⁊ assari ⁊ carpobalsami ⁊ alhasce ⁊ origani: ⁊ seminis apij et dauci ⁊ est semen haucie: omnium ana. ʒ. iij. ⁊ buglosse pondus. ʒ. x. seminis alsehebran et seminis alfelengemisch et seminis ozimi citrati: et seminis citri: ⁊ menthe sicce: omnium ana. ʒ. ij. ⁊ epithimi pōdus. ʒ. ij. s. cōficiantur omnia cum duplo sui mellis ⁊ reponatur sex mensibus: deinde administretur.

¶ Hiera nostra experta ⁊ nō dicit ad quid: est ergo vt app̄et iuuamentuz eius efficax ad egritudines flegmaticas ⁊ melicas ꝑ colloquintidaz agaricum ⁊ lapidem lazuli ⁊ elleboꝝ. Alscehebran q̄dam exponunt ꝙ est esula: quidā species ozimi: sed forsan ē ascebren: l3 ascebra q̄d est mandragora: vt supra tractatu primo in cōfectione nigra selini. Alfelengemisch. i. ozimum gariofilatum.

¶ Tractatus Tertius de electuarijs solutiuis ⁊ nō solutiuis.



NOs dicere volumus in hac sūma de electuarijs famosis: ⁊ que sunt similia vniuersalibus. Illa v̄o quorum iuuamenta sunt particularia digniora loca dicēdi sunt in summa secunda.

¶ Post tractatuz de ꝯfectionib⁹ magnis ⁊ hieris ⁊ theodoricon sequitur tractat⁹ de electuarijs solutiuis ⁊ nō solutiuis que maxime respiciunt membra nutrimenti vt stōchuz ⁊ intestina ⁊ alia que sunt in inferiori ventre. Et primo circa hoc dat suam intentionem. Secundo exequitur. ibi (Electuarium.)

¶ Cōsiderādū ꝙ el'iuz i vsu nr̄i idiomat̄ sumit̄ ꝓ ꝯfectiōe nō reducta ad soliditatē ⁊ p̄lima fiūt cū melle: l3 cū zucchabaro possint fieri nō ꝺcocto multū. Cōfectio apd̄ nos dr̄ q̄n durescit. Ergo Auicen. ⁊ cōiter alij aliq̄n large vtunt̄ noīe ꝯfectiōis ⁊ electuarij: vn̄ tyriaca ⁊ hiere p̄nt noīari ꝯfectiōes ⁊ electuaria i gn̄ali: s3 p̄ter nomē gn̄ale. hic tyriaca ⁊ alie magne ꝯfectōes habuerunt noīa dicta. ⁊ electuarijs q̄ sūt hiere sunt alia noīa. i. hiere: iō electuaria nutritiuoꝝ remāserūt cū noīb⁹ gn̄alib⁹: ⁊ dicunt̄ electuaria: siue sint solutiua: siue nō: s3 ⁊ cū hec h̄nt noīa q̄dā ꝓpria q̄dā ex eis vt diaciminū diapipereō trifera ꝺ scoria ⁊ hmōi q̄ apparebūt: ⁊ placuit Aui. hūc tractatū distiguē ab alijs i trib⁹. P̄rio i h̄ ꝙ electuaria q̄ hic ponunt̄ nō noīant̄ ꝯfectiōes magne vt ꝯfectiōes p̄mi tractat⁹ nec hiere vt scd̄i. Scd̄o i h̄ ꝙ iste ꝯfectōes magne siue electuaria appropriant̄ maxīe nutritiuis: s3 q̄ ponūt̄ i trac. p̄ ⁊ 2° nō solū nutritiuis: s3 alijs ꝑtib⁹ appropriant̄. Tertio q2 hec electuaria sūt vl' solutiua vl' nō solutiua. q̄dā eni ex eis soluūt ⁊ q̄dā nō. ⁊ quedā ex eis q̄n̄q3 soluūt ⁊ q̄n̄q3 nō: vt app̄ebit i diacimino Gal'. s3 ꝯfectōes magne p̄mi nō sūt ꝓp̄e solutiue. Hiere āt ⁊ theodoricō oēs sūt maxīe appropriate nutritiuis mēbris solutiuis: ⁊ hoc est veꝝ de plurib⁹ haꝝ cōfectionū. ¶ Cōsiderandū secūdo ꝙ ipse dicit que sunt sil'ia vniuersalibus: q2 sicut vniuersale plura cōprehendit: ita plura iuamēta vni appropriabit. Cum autē ad vnā egritudinē vnā volet ꝯfectionē ponere: hoc in sūma secunda: siue quando ad vnū membrum valet vnū medicamē: ⁊ iste sermo erit ꝑticularis vt dicit.

ELectuariū diaciminū faciēs ad dolores visceꝝ q̄s gn̄auit friditas ⁊ ad egritudinez flegmat̄ senū: ⁊ ꝯfortat stōchū ⁊ digerit cibū et aufert appetitū caninū et eructuationez acetosam. Et sit dosis magnitudo galle cū aq̄ cal'a. Et cōfert iteꝝ ad febres fridas melicas ⁊ fl'aticas. ¶ Cui⁹ hec ē ꝑmixtio. ℞. cimini carmeni ifusi i aceto vini die ⁊ nocte exiccati torrefacti: ⁊ folioꝝ ruthe exiccatoꝝ in vmbra: ⁊ pipis ⁊ zinziberis: oīum aā. sextaria. v. baurach armeni pondus. ʒ. x. Aggrega has medicinas tritas cribellatas: et confice cum melle dispumato ⁊ reponatur in vase ⁊ administretur.

¶ Electuariū ⁊c. h3 tot ꝑtes q̄t sūt hmōi electuaria ⁊ plura sunt cū melle vt app̄ebit. Iuuamētū āt ei⁹ ad egritudīes q̄s ponit ē manifestū cū sit calefaciēs ⁊ ꝺsiccās ⁊ resoluēs vētositatez: vt app̄et ex virtute simpliciū. Ciminū carmenū ē electū ⁊ sic nō eligim⁹ aliud puri⁹ q̄d iuenim⁹: l3 q̄dā credāt ꝙ ciminū carmenū sit solutiuum: sed nos nescim⁹ h̄. Infusi in aceto. s. vini: q2 addit sibi in v̄tute ꝓfundatiōis ⁊ icisiōis ⁊ tēperat ei⁹ calorē aliqual'r. Torrefactio v̄o addit sibi exiccationē fortiorē. Dat̄ cū aq̄ cal'a apd̄ eos: sed cōiter cū vino vtimur eo ꝭm ꝙ dispō indicat. Et fiat exiccatio folioꝝ ruthe tollit vētositatē ab ea: vt in seq̄ēti cap̄lo app̄ebit. i vmbra ne ignis vel sol nimis ꝯsumat ei⁹ v̄tutē. Sextariū ē pōdus. ʒ. vj. ⁊ duo danich. Baurach i vsuali diacimino nō ītrat: sed tu cōpone cū eo vel sine eo ꝭ3 ꝙ tibi placet. soluit eni ⁊ exiccat plus cū sale q̄3 sine. ¶ Cōsidera āt ꝙ ei⁹ administratio in febrib⁹ flegmaticis ⁊ mel'icis d3 fieri maxīe in die q̄etis: ⁊ tunc nō timet̄ de iflāmatione: ⁊ iā digestis materieb⁹. sunt eni iste medicine fortis exiccationis.

Diaciminū Gal'. q̄d facit ad ventositates fridas ⁊ satietatē nauseatiuaz ⁊ resoluit vētosi. ⁊ ꝯfert ei q̄ nō digerit cibū. ¶ Cui⁹ h̄ est ꝑmixtio. ℞. baurach medietatē ꝑtis cimini carmeni ifusi i aceto torrefacti pipis albi ⁊ pipis lōgi: foliorū ruthe: oīuz aā. ꝑtē. j. Et hoc q̄dē fit ꝭm duas ꝺscriptiones.

ptiones. Q̄nqꝫ eni fit ex ꝑtib⁹ equalib⁹ in oib⁹ suis cō mixtionib⁹. s. cimini pipis ⁊ ruthe ⁊ baurach: ⁊ iste modus resoluit nāz valde. Et q̄nqꝫ ꝑmiscet̄ de spēb⁹ reliqs q̄ztitatis eq̄lis: ⁊ de baurach medietas hui⁹ q̄ztitatis. Et eligit̄ de cimino carmenū ⁊ īfundit̄ i aceto forti: deide torrefit ⁊ sit pip̱ albū: ⁊ illud iō q̄m ip̄m ꝯfortat stōchū plusq̄ꝫ due alie spēs. s. pip̱ lōgū ⁊ pip̱ nigrū: ⁊ hoc ē illud qd̄ nō est paruū neqꝫ ꝯctū: ⁊ neqꝫ ē cortex ei⁹ grossus: imo est ex illo qd̄ dr̄ grauis pōderis ⁊ eligat̄ de eo magnū ⁊ sanū ⁊ baurach. Fiat ḡ medicia ad illū cui⁹ nā retinet̄ cū baurach dicto nitrū naurnacon ⁊ ē rubeū ⁊ lōgū. Et cū feceris ipsaz ad illū cuius nā ē soluta admistrabis baurach aliđ ⁊ sit illđ qd̄ de eo ꝓijcies medietas q̄ztitatꝭ vniuscuiusqꝫ medicinarū q̄s diximꝰ ⁊ folia ruthe iteꝝ. Sint ḡ sicca cū mēsura: ⁊ illđ iō q̄m si exiccent̄ vehemēter sūt cal'e cōpl'onis et est calefactio eoꝝ vltra mēsurā: ⁊ si nō exiccant̄ vehemēter remanet i eis hūiditas sup̱flua q̄ nō ꝯsequit̄ vltimationē digōnis: quap̱p̱ nō destruit̄ ei⁹ īflatio i aliquo. Et iste q̄tuor spēs q̄nqꝫ ꝑmiscent̄ cū melle dispumato. Et q̄nqꝫ non ꝑmiscet̄ cū aliꝗ ⁊ reseruant̄ per se absqꝫ melle. Cuz ḡ ipse sūt necessarie ꝓijciunt̄ i aq̄ ordei: aut in cibo alio ꝯueniēte. Et h̄ medicia sumit̄ sola añ cibū. Et illa q̄ ꝑmiscet̄ cū melle dispumato ē magis ꝯueniēs in hac dispōne: ⁊ illđ iō q̄m ipsa đstruit īflāmationē oīno. Et opꝫ iteꝝ vt sit mel bonū cū non sit neciuz vt sit h̄ medicia nisi fortis i resoluēdo vētositatē ⁊ euet cū fortitudine. Et opꝫ vt scias iteꝝ ꝙ q̄n vis vt sit ei⁹ eūatio plus sit ꝯtritio medicíaꝝ nō subtilis ꝫ grossa: ⁊ illđ iō q̄m scio hoīez q ꝯtriuit hāc medicinam ꝯtritiōe vltima: q̄m nō scit illđ qd̄ ego dixi: q̄re nō resoluit nāz oīno: imo ꝓuocauit fortiter: ⁊ venit ad nos mirās ⁊ querēs de cā in hoc: ⁊ illđ iō q̄m ipse existimabat ꝙ in corpore illi⁹ viri eēt ꝓprietas que esset cā in hoc qd̄ accidit. Postq̄ꝫ ergo feci scire eū ꝙ cā in illo eēt dispositio cōpōnis eius: tunc cōposuit eā scđo sicut precepi ei: ⁊ cōpleta est eius op̱atio: ⁊ opꝫ vt seruet̄ hec determiatio in cōpōne reliquaꝝ medicinaꝝ.

¶ Hoc diaciminū sumit̄ a Hal'. 4. de regi. sani. ⁊ noīat̄ diaspoliticū pharmacū. i. diaciminū. ⁊ v̄ba q̄ hic ponunt̄ ēt ibi ponunt̄: ⁊ q̄si oīa ponūt̄ a Sera. tra. 7. c. 20. ¶ Posita ḡ ꝯscriptiōe p̄ īnuit diuersitatē ⁊ ē ꝙ aliq̄n oīa simplicia ponūt̄ i pōdere eq̄lia ⁊ v̄tute salis mag̃ soluūt: ⁊ h̄ ē qd̄ dicit. soluit nāz valde. Aliq̄n sal est medietas vni⁹ simplicis ⁊ ītellige ꝙ sic nām nō soluit. ⁊ h̄ ē qd̄ ītelligit cū dixit. medietas hui⁹ q̄ztitatꝭ vni⁹. s. de simplicib⁹. ¶ Scđo docet eligere simplicia ⁊ p̄parare ea. Et p̄ ciminū. Scđo pip̱: ⁊ intelligit ꝙ si ponit̄ solū vna spēs pipis ꝙ ponat̄ albū vel longū: vt Hal'. 4° de regi. 7° cap̄. s̄m nouā trāslationē. ⁊ albū ē meli⁹ i ꝯfortādo stōchū ⁊ nō ē prauū ⁊c̄. Tertio docet eligē baurach cum dicit. ⁊ baurach supple eligat̄. Et īnuit ꝙ rubeū ē mag̃ solutiuū: sꝫ aliđ qd̄ nō ē rubeū nō sic ē solutiuū: ⁊ ponat̄ medietas si nā ē soluta. ⁊ h̄ ē qd̄ dic̄. ⁊ si illđ ⁊c̄. s. si nā ē soluta. Quarto docet eligē ⁊ p̄parare folia ruthe cuz dic̄. ⁊ folia ruthe iteꝝ. supple eligant̄ ⁊ p̄parent̄ sic ḡ ⁊c̄. Et ꝯsidera ꝙ exiccatio m'lta p̄parat ad īflāmationē: vt sumit̄ a Mesue ca. de ptisi cū dic̄. ꝙ si accideret sup̱calefacto p̱p̱ desiccatiōez. ¶ Tertio in gn̄e docet diuersitatē cōpōnis cū melle vel sine: ⁊ đ h̄ supra diximꝰ. ⁊ illā q̄ ē cū melle mag̃ laudat in hac dispōne. s. ventositatꝭ: qꝛ ēt mel resoluit ⁊ eūat abstergēdo. ⁊ h̄ est qd̄ dic̄. Cū ḡ sit neciuz vt sit hec medicia nā fortꝭ in resoluēdo vētositates ⁊ euet cū fortitudie supple ministrat̄ cū melle. Si qua aūt in h̄ est hesitatio soluit̄ per q̄ōnē disputatā in tractatu p̄cedēti. Alia aūt l'ra dicit. Cū nō sit necessariū vt sit hec medicina nisi fortis ⁊c̄. qꝛ idē significat. ¶ Quarto ostēdit in genere diuersitatē virtutis ei⁹ i trituratione: ⁊ inducit hystoriā quā Serap̄. ponit ad l'ram tra. 7. 20. ca. ⁊ cā est qꝛ multa trituratio facit medicinas ꝑperare advenas sicut grossa trituratio est cā ꝙ stet in stomacho ⁊ itestinis. Et cōsidera ꝙ Aui. ⁊ ēt Sera. generalizāt istā cām. ⁊ videt̄ ꝙ electuaria parum trita habeāt ꝓpriū nomē sicut apud Halyab. 10. prac. cap̄. 15. dicunt̄ iutrix. ⁊ apud Serap̄. alguarisset algueris simil'r.

Electuariū ad subulitꝭ ⁊ ē aggregationis qd̄ ē ꝯueniēs ad friditatē stomachi vehemētis frigoris ⁊ eructuationē acetosam ⁊ appetitū caninū ⁊ singultū qui fit ex repletiōe chimorū grossoꝝ ⁊ flegmaticoꝝ ⁊ febres antiq̄s que sunt p̱p̱ frigus ⁊ malitiaz digestionis. ¶ Cui⁹ ꝑmixtio hec est: ℞. cimini īfusi in aceto exiccati sextaria. xv. pipis ⁊ zinziberis ⁊ ruthe sicce ⁊ baurach: oīum ana. ʒ. xx. terātur ⁊ conficiant̄ cū melle dispumato ⁊ administret̄.

¶ Electuariū de subulitis. i. talis viri. Et est aggregationis. i. vulgi: qꝛ cōmuniter fiebat per omnes: cuius iuuamenta sunt nota. Et si consideras etiam est diaciminum. Sextaria pōdus. ʒ. vj.

Electuariū de calamēto fluuiali descriptiōe Hal'. ℞. calamenti fluuialis ⁊ cāpestris ⁊ petrosillini: oīum ana. ʒ. xij. zinziberis auī. vj. seminis apij ⁊ capituz albasce: amboꝝ ana auī. iiij. keisim auī. xvj. piperis auī. xlviij. siseleos auī. v. Tere ⁊ confice cum melle dispumato.

¶ Electuariū de calamento pꝫ. ⁊ potest intelligi a Hal'. 4. de regi. sanita. Alasce. i. thimi.

Electuariū de myrto ꝯferēs ad sol'onem nāe ⁊ vomituz flegmatꝭ ⁊ humiditatis ⁊ malitiā digōnis que est ex stōcho. ¶ Cui⁹ permixtio hec est. ℞. granoꝝ myrti bonoꝝ siccorum eminā vnā mirabolanoꝝ nigroꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ ⁊ talassir: oīum ana. ʒ. xx: leucopipis ⁊ macropiperis ⁊ zinziberis: oīum ana. ʒ. x. masticis ⁊ cordumeni et carui ⁊ anisi ⁊ cimini ⁊ spice ⁊ cassie ⁊ cardamomi ⁊ costi: oīuz ana. ʒ. vj. nucis muscate ⁊ semis apij ⁊ ameos: oīum ana. ʒ. v. folij indi ⁊ amomi: amborum ana. ʒ. iiij. Tere ⁊ ꝯfice cū melle dispumato ⁊ dosis sit. ʒ. j.

¶ Electuarij de myrto iuuamēta patēt. si ꝯsideras simplicia oīa. ℥. xx. vel lib. j. Talassir sumitur pro tabasir ⁊ est spodium vel ē mace s̄m glosam Serapionis tractatu 7°. 20. cap̄.

Electuariū sicut alcāzi ē bonū. ¶ Cui⁹ h̄ est ꝑmixtio. ℞. granoꝝ myrti keiliati. ʒ. ß. spice. ℥. iij. nucis muscate cū cortice suo lib. ß. gariofiloꝝ ⁊ cardamomi ⁊ anisi torrefacti ⁊ seminis apij torrefacti ⁊ vsnee: oīuz ana. ℥. ij. macis. ℥. j. ß. cassie ℥. iiij. mirabolanoꝝ chebuloꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblicorū: oīuz añ. ℥. iij. macis. ℥. j. ß. bulliāt medicie cū vīo odorifero feruore vno: deide exiccēt̄ ⁊ bulliāt ebullitōe cū aq̄ cydōioꝝ et exiccēt̄ sup̱ frixoriū calꝫ ⁊ terātur ⁊ īuoluāt̄ mīua: ⁊ sit dosis auī. iij. aut. ʒ. iij. cū syru. cydonioꝝ.

¶ Electuariū sicut alcanzi: qꝛ hꝫ virtutē alcāzi: ⁊ quādoqꝫ ē nomen simplicis de quo habetur 2° cañ. Retuatio est nomē pōderis sed nō inuenio quātū: sed pone quātuz tibi videt̄. Et ꝯsidera ꝙ hec est confectio similis miclete constringens ventrem.

Electuariuz almutaguach il relatū Salomoni qd̄ cōfortat stomachum ⁊ ꝯfert ad malitiaz digestionis: ⁊ est illud qd̄ in potu dabat israelita mutaguachil: q̄m est bonuz ⁊ expertū. ¶ Cui⁹ hec ē ꝑmixtio. ℞. spice ⁊ gariofi. ⁊ cinamo. ⁊ nucis muscate: ⁊ cardamomi ⁊ gallie bone: oīuz añ. auī. j. pipis albi: ⁊ zīzib. ⁊ castorei: oīuz añ. ʒ. ij. thuris albi masculi auī. iiij. zucchari tabarzet q̄ztū sūt medicine: cōmisceant̄ medicie cū zuccharo ⁊ ꝯficiant̄ cū melle dispumato: ⁊ sit dosis eius auī. iij.

¶Electuarium almutaguachil illius regni vel viri ⁊ interpretatur confortans: ⁊ est notum.

Diaciminū aliud cōferēs ad dolores vētris cōmotos a friditate ⁊ ad feb. q̄rtanā: ⁊ ad appetitū caninum ⁊ febres fl'aticas ⁊ mel'icas: ⁊ ad flegma pl'z q̄d accidit senib⁹ ⁊ ad vehemētiā frigoris q̄d accidit in stōcho ⁊ ad eructuationē acetosaz ⁊ ad sputū q̄d fit ex multitudie supfluitatum fl'aticaꝝ: cui⁹ dosis sit sic galla cū aq̄ cal'a. ¶Cui⁹ pmixtio. ℞. cimini īfusi in aceto die ⁊ nocte torrefacti ⁊ ruthe sicce ⁊ zinziberis ⁊ pipis: oīum ana sextaria decē ⁊ baurach armeni. ʒ. x. ꝯficiat cū melle dispumato.

¶Hoc apparet ex premissis.

Electuariuz diaciminū aliud. ℞. cimini recētꝭ boni. ʒ. vij. īfundat in aceto vini die ⁊ nocte: deide extrahat ⁊ piȷciat sup coriū rubeū ⁊ moueat: ⁊ q̄n exiccat torrefiat torrefactōe leui cū igne leui ⁊ pipis. ʒ. iij. zizibe. sini. ʒ. iiij. baurach armeni. ʒ. ij. cōmisceant ⁊ ꝯficiātur cum melle.

¶Electuarium diaciminū. Q̄d operatur corium rubeum non iuenio. Zinzibe. sini. i. de tali loco.

Diapipereon faciens ad frigora ⁊ humorē crudū ⁊ dolorem stōchi ⁊ malitiaz digōnis ⁊ vētositates grossas ⁊ eructuationē acetosaz ⁊ appetitū caninū. ¶Cuius pmixtio ē vt sumāt leucopipis ⁊ melanopipis ⁊ macrop. oīum ana. ʒ. iij. ⁊ in descriptiōe alia. ʒ. ij. ⁊ xylobalsami ʒ. j. ⁊ āmomi ⁊ spice: amboꝝ ana. ʒ. iiij. ⁊ ziziberis ⁊ seminis apij ⁊ siseleos ⁊ cassie ⁊ assari ⁊ enule: oīuz ana ʒ. j. Tere ⁊ cribella et cōfice cū melle dispumato. Dosis eius pōdus. ʒ. iij. cum aqua tepida in ieiuno.

¶Diapipereon est confectio nota: ⁊ iuuamenta sunt nota. Cassie. s. lignee.

Electuariuz alfendedicon valēs ad dolorē stōchi ⁊ epatis fridi ⁊ debilis gn̄antis vētositates grossas. ¶Cui⁹ pmixtio ℞. zinziberis et pipis et spice odorifere: oīuz an̄. ʒ. vj. masticis et ameos: āboꝝ an̄. pōd. ʒ. iiij. se. apij ⁊ meu ⁊ fu: oīum an̄. ʒ. v. cimini carmeni ⁊ cassie et carpobal'. et piretri: oīuz an̄. pōdus. ʒ. ij. folij īdi pōdus. ʒ. j. Aggrega has medicias tritas et cribellatas et ꝯfice cū melle dispumato et repone ī vase et vtē cū nece fuerit.

Electuariū alcāgi faciēs ad sol'onē ventris et ad malitiaz digōnis et d̄bilitatē stōchi et frig⁹ ei⁹. ¶Cui⁹ h̄ est pmixtio. Sumāt costi et cīnami et spice odorifere et carpobalsa. et cassie: oīuz an̄. ʒ. x. nucis musca. v. nuō cardamomi ⁊ gariofil'. et anisi et melliloti et cassie īde: oīuz an̄. pond. ʒ. iiij. aristo. et vsnee amboꝝ an̄. ʒ. ij. cypi et zizibe. āboꝝ an̄. pōdus sextarioꝝ. x. calami aromati. et pipis et macropi. oīuz an̄. pōdus. ʒ. v. mirabo. nigroꝝ enucleatorū sextaria. ij. bellirici enucleati. x. nuō: g̃noꝝ myrti bonoꝝ seburi kaficij se. Aggrega has medicias tritas et cribellatas: et ꝯfice cū melle dispūato d̄ arūdib⁹ zucchari et repōe ī vase et vtē cū nece fuerit post. ij. mēses.

¶Electuarium alcangi. Granorum myrti bonorum seburi. i. q̄ grana sunt bona de seburi. Kaficij se. i. kaficium seminis. est ergo nomen ponderis ⁊ non inuenio.

Descriptio electuarij alcāzi alia ꝯferens ad debilitatē epatꝭ et stōchi et

frig⁹ āboꝝ et ad sol'onē vētris et malitiaz digōnis: et ꝯfert illis sup q̊s timet aq̄ citrina et ē bonū spāle ꝓuocās vrinā. ¶Cui⁹ h̄ ē pmixtio. ℞. costi cinamo. ⁊ spice et carpobal'. et cassie: oīuz an̄. ʒ. x. et d̄ nucib⁹ muscatis nuces. v. et cardamo. et gariofiloꝝ et anisi et melliloti et cassie et neremisch: oīuz an̄. ʒ. iiij. macis pond. ʒ. iij. et burūgi kebuli. ʒ. viij. et reusini et arist. lō. ⁊ vsnee: oīum an̄. pōd. ʒ. v. mirabo. nigroꝝ et kebuloꝝ ana. sextaria. ij. et de belliricis bellirici. x. et grano. myrti q̄ꝫtū ē pōdus mediciaꝝ oīuz. Terant sic alcohol et ꝯficiātur cū melle tabarzet. Dosis ei⁹ sit sic galla cū aq̄ frigida. Et in descriptiōe alia zinziberis sextaria. x.

¶Descriptio ⁊c. Neremisch vide ca. z. can̄. Burūgi. i. granū nigruz simile piperi. quid sit ignoro.

Electuariuz alkeisim dc̄m electuarium ambre. Et h̄ electuario vsi fuerūt reges Grecie: et h̄ ꝯfert ad egritudies frigoris et ꝑp̄c renū et addit ī d̄siderio coit⁹: et valet ad palysiz et torturā et tremorē et pulsuz cordis: ⁊ addit ī recordatōe et sensu et exiccat hūiditatē stōchi et fac digōnē eē bonā: et ē ex eis q̄ ꝯueniunt senib⁹. ¶Cui⁹ pmixtio h̄ ē. ℞. cardamo. maioris et mīo. et macis: oīuz an̄ pond. ʒ. iiij. zizibe. et macropipis: āboꝝ an̄. sextaria ij. cinamomi. ʒ. iiij. vsnee pōd. ʒ. ij. cinami pond. ʒ. j. gariofiloꝝ ⁊ croci: oīuz an̄. pōdus. ʒ. x. nucis muscate pōdus. ʒ. v. ⁊ in q̄busdā d̄scriptōib⁹ nuces. v. spice odorifere ⁊ masticis ⁊ ambre: oīuz ana pōdus. ʒ. ij. musci pōdus. ʒ. j. semis iusq̄ami albi ⁊ opij: amboꝝ an̄. pondus ʒ. j. olei balsami pōdus. ʒ. vj. Aggrega has medicinas tritas ⁊ cribellatas: ⁊ īfunde opiū ī mēsura sacraiati. j. de vino bono ⁊ ꝯfice cū melle dispumato ⁊ vtere post sex mēses: ⁊ liq̄fac ambrā cū oleo balsami ⁊ adhibeat de oleo alben q̄ātitas qua omnia inuoluantur.

¶Electuariū alkekensi al'r alkeisim exponēs se dicit q̄ est dictuz electuarium ambre. hoc electuariū fuisset positum couenieter in primo trac. cū sit de opiatis. Sacraiati. ʒ. vj. vel. ʒ. iij. s.

Electuariuz alsceberebē ꝯferēs ad frig⁹ epatꝭ ⁊ stōchi ⁊ aq̄ꝫ citrinā ⁊ chol'az nigrā ⁊ ē soluēs vētrē. ¶Cui⁹ hec ē pmixtio. Sumant cassie ide ⁊ zizibe. ⁊ pipis ⁊ cinami ⁊ cardamomi mioris: ⁊ gariofiloꝝ: ⁊ piretri ⁊ folij idi ⁊ amili de tritico ⁊ masticis ⁊ cardamomi maio. ⁊ cinnamo. et spice ⁊ cassie ⁊ se. apij ⁊ anheti ⁊ ameos ⁊ se. feniculi et anisi: oīuz an̄. ʒ. vj. epithimi cretēsis ⁊ turbith: āboruz an̄. ʒ. xij. scamonee. ʒ. x. zucchari tabarzet pōd. ʒ. xx. Aggrega has medicias tritas ⁊ cicotrigonizatas ⁊ ꝯfice cū melle tabarzet dispumato: ⁊ vtē cū necesse fuerit.

¶Electuariū alsceherebē. i. nomē īuētoris. ⁊ nō ponit dosis: iuestigabitur tn̄ via ponēdo dosim in fine huius tractatus.

Electuariū diafinicō ē el'iū ꝓprij iuuamēti ī colica resoluēs eā ⁊ cōfert ad humorē crudū ⁊ frigora ⁊ difficultatē vrie. ¶Cui⁹ h̄ ē pmixtio. Sumat baurach armeni cimini carmeni ⁊ petrosillini ⁊. ʒʒ. ⁊ pipis al. oīuz an̄. pōd. ʒ. xxij. scamonee pōd. ʒ. v. dactyloꝝ herion mūdatoꝝ ex nucleis et amigd. excorticataꝝ ex duab⁹ corticibus ⁊ folioꝝ ruthe: oīuz an̄. pōdus. ʒ. x. Aggrega has medicinas oēs tritas ⁊ cicotrigonizatas: ⁊ īfunde dactylos in aceto vini die ⁊ nocte: ⁊ tere bn̄ ⁊ pmisce cū medicis ⁊ ꝯfice

cum

cū melle dispumato ⁊ vtere cum necesse fuerit.

¶Electuariuȝ diafinicon. Jsta ꝯfectio est qua satis vtimur in nostra hac patria: sed ſm descriptionē Mesue cōponimᵘ eā ⁊ videt̄ nobis ꝙ illa sit ꝯueniētior. Dicit̄ āt diafinicō a finichia.i.dactylo. ⁊ iō dicit̄ ꝯfectio de dactylis siue dactylicō. Et ponent̄ he tres descriptiōes que satis approꝑinquāt adinuicē: illa tñ quā describit Mesue recipit penidias quas nulla istarū recipit.

Dubiū pᵐ ¶Dubitat̄ primo: an iuuamētū dactylicon approprietur colice. Videt̄ ꝙ nō: q2 canon est Aui.3.cañ.fen.16.tract.4.1.cap. ꝙ medicine euātes in colica nō euāt a reliq̄ corpore: sȝ scamonea ⁊ turbith euāt a toto: ergo diafinicon nō ꝯuenit in colica vel iliaca.

Dubᵐ 2ᵐ ¶Dubitat̄ ēt q̄re ponunt̄ penidij ī hac ꝯfectiōe ſm Mes. Dōȝ ꝙ hec ꝯfectio ē valde vtilis in colica ⁊ iliaca vtplīm euenietibᵘ. Nā mā ī his passiōibᵘ ē flatica cruda ⁊ vētositas quā vētositatē resoluūt medicīe q̄ ī ea ponunt̄. flegma euāt turbith ⁊ scamōea iuuat.ī euāndo flegma ponit̄ baurach. medicine ēt cal'e digerūt flegma ⁊ subtiliāt ⁊ subtiliādo euānt. sȝ dactyli ponunt̄: q2 īgrossāt ⁊ īuiscāt medicias tā solutiuas ꝙ alias vt ñ ꝑtrāseāt ad loca lōginq̄: sȝ stēt ī ītestis ⁊ ꝓpings ꝑtibᵘ: ⁊ iō ēt a ꝑtibᵘ vesice q̄ adiacēt ītestis euānt vñ ꝯfert ī difficultate vrīe. ponunt̄ aūt ī aceto vt ꝓhibeat̄ eoꝝ īflāmatio ēt q2 ꝑ acetū acqrit eis virtutē flatis īcisiuā ⁊ sic soluit̄ pᵃ īstātia. lȝ.n. scamonea euēt a remotꝭ ⁊ ēt turbith: tñ ingrossat̄ ꝑ dactylos vñ nō ꝓcedūt ad ꝑtes lōginq̄s: ⁊ iō si diafinicō ꝯfert ī febribᵘ: h̄ ē qñ mā illaꝝ stat circa ītestia ⁊ stōchū ⁊ ꝓmas venas. Ad 2ᵃᵐ dōm ꝙ penidij ponunt̄ ī ꝯfectiōibᵘ triplici ītētiōe. Una ītētio ē ꝓpa.s. ad lenitionē ꝑtiū pectoris sic ponunt̄ ī loch ꝺ qbᵘ īfra trac.5. Scdō ponunt̄ vt remoueāt siccitatē ⁊ aspitatē medicinaꝝ sub q̄ ītētiōe ponit̄ ī ꝯfectiōibᵘ butyrū: ⁊ ad hāc ītētionē ponunt̄ ī ꝯfectiōibᵘ qbusdā supra trac. ꝓmo.s. de ꝯfectiōe arius darij ⁊ ī ꝯfectiōe q̄ īcipit. ꝯfectio alia dilatās aīaȝ. Tertio ponunt̄ penidij ī cōfectiōibᵘ vt īuiscēt ⁊ īgrossent medicias solutiuas ne ad lōginq̄ penetrēt: ⁊ h̄ mō posuit eos Mes. in suo diafi. sȝ A. ꝯsidēs ꝙ dactyli sufficerēt in h̄ nō posuit penidios. Posset aūt dici ꝙ ponunt̄ ēt in hac ꝯfectione ītētiōe lenitiōis ītestinoꝝ: q2 etiā penidij leniūt vētrē vt Serap. c. de penidijs. Qūo aūt fiant penidij legat̄ ab Azarauio lib. 28. qui dicit̄ seruitor: ⁊ scies ex h̄ ꝙ penidij hñt vim lenitiuā ⁊ viscosam subaȝ vt notū est. Dactyloꝝ herion.i. talis spēi: et sunt meliores dactyli. Amigdalarū ex duobᵘ ⁊c̄.s. ex grosso ⁊ subtili. ⁊ ponunt̄ amigdale: q2 ēt īgrossant ⁊ inuiscant medicinas istas ⁊ habēt caliditatē tēperatā. Dosim nō ponit: pñt dari. ʒ.iij. ⁊ plus.

Diafinicon aliꝺ. ℞. dactyloꝝ herion ablatꝭ nucleis. c. nuō ⁊ īfunde eos ī aceto die ⁊ nocte ⁊ ꝯfrica manibᵘ ⁊ cola ⁊ ruthe sicce ⁊ ȝiȝiberis: āboꝝ añ. ʒ.xiiij. ⁊ pipis albi. xiiij. nuō ⁊ baurach ⁊ armeni pōdus. ʒ.v. ⁊ ꝺ amigdalis excorticatꝭ ex duobᵘ corticibᵘ. cl. nuō ⁊ scamo. ponꝺ. ʒ.xv. ⁊ turbith ponꝺ. ʒ.xx. Tere ⁊ cribella ⁊ cōmisce cū melle ⁊ vtere.

¶Diafinicon aliud. istud recipit turbith ⁊ ꝯueniētius est in colica.

Diafinicon aliꝺ qꝺ ꝯfert ad febres ⁊ alia ⁊ potat̄ ī estate ⁊ hyeme ⁊ soluit sine ingetudine. ¶Luiᵘ hec est ꝑmixtio. ℞. ȝȝ. ⁊ piperis albi: āboꝝ añ. ℥.j. scamonee. ℥.ij.ß. tamarindi herion mūdatoꝝ ex nucleis: aut sirsen ⁊ amigdalarū dulciū excōticataꝝ a duobᵘ corticibᵘ ⁊ folioꝝ ruthe: oīuȝ añ. ℥.iiij. Tere medicias ſm singularitatē suā ⁊ īfunde dactylos ī aceto vini ⁊ terant̄ per se ⁊ colent̄ ⁊ terant̄ amigdale iterū per se ⁊ misceant̄ oīa post illud ⁊ conficiantur cum melle dispumato. ⁊ sit dosis. ʒ.ij.

¶Diafinicon aliꝺ. Ad alia: q2 ad colicā ⁊ passiōes ītestinales ꝯsiles illi. Potat̄ ī estate ⁊c̄. q2 tēperatior ē ī q̄litatibᵘ. calorē.n. medicīarū reꝑmit ⁊c̄. Tamarīdi herion.s. talis spēi aut de tali loco. aut sirsen vel serē.i. de tali alio loco. Lōsiderādū aūt aut l'ra deficit: q2 dȝ dicere dactyloꝝ ⁊c̄. vel vbi dicit tamarindoꝝ dȝ dici dactyloꝝ.

Electuariū cabrosius muscatū faciēs ad vētositatē ⁊ hemorroidas et humorē crudū ⁊ ꝯfortat stōchū ⁊ adiuuat ad desiderīū coitᵘ ⁊ clarificat colorē ⁊ calefacit renes ⁊ ꝯfert ad vētositates mīricis ⁊ fluxū q̄ fit ex hemōroidibᵘ. ¶Luius h̄ ē ꝑmixtio. ℞. mirabolanoꝝ citrinoꝝ mirabola. kebuloꝝ ⁊ cassie ⁊ seis apij: oīum añ. ʒ.vj. belliricoꝝ ⁊ ēblicoꝝ ⁊ ameos ⁊ tuderi rubei ⁊ albi ⁊ macropipis ⁊ sisami excorticati: oīuȝ añ. ponꝺ. ʒ.iiij. cinami ⁊ spice ⁊ nucis muscate ⁊ ȝiȝiberis ⁊ alfulfulimō: oīuȝ añ. ʒ.viij. girboe ⁊ costi ⁊ cassie ⁊ gariofiloꝝ ⁊ macis ⁊ galāge ⁊ neremisch: oīuȝ añ. ʒ.vj. cypi ponꝺ. ʒ.x. ⁊ musci ponꝺ. aur̄. ij. ⁊ ābre aur̄. j. ⁊ scorie ferri nutrite q̄ȝtū est ponꝺ. mediciaꝝ oīuȝ ⁊ butyri sextaria. x. ꝯficiat̄ cū melle dispūato: ⁊ sit dosis pōꝺ. ʒ.ij. cū lacte vaccio ꝯcusso sublato butyro aut cū vīo passo bono duabᵘ hebdomadis.

¶Electuariū caboricon al'r cabrosius. Tuderi sepe in tracta. ꝓmo. exposuimus ⁊ diximus ꝙ creditur ꝙ sit herba similis prassio que nascitur in hortis ⁊c̄. Alfulfulimon.i. ozi. mon. Girboe.

Electuariū ꝺ thure. ℞. thuris ponꝺ. ʒ.lx. pipis ⁊ macropi. āboꝝ añ. ʒ.x. zucchari. ʒ.lx. ȝiȝiberis ⁊ galāge: āboꝝ añ. ʒ.xij. nucis muscate ⁊ gariofil. ⁊ girboe: oīuȝ añ. ʒ.v. musci boni. ʒ.ß. terat̄ vnūqꝺq̄ȝ eoꝝ ꝑ se ⁊ cribellet̄ ⁊ ꝯficiat̄ cū melle.

¶Electuarium de thure. istud confert ad calefactioneȝ stomachi ⁊ capitis ⁊ iuuat in memoria.

Electuariū altalisafar faciēs ad frigᵘ stomachi ⁊ vētositates grossas ī stōcho ⁊ epate. ¶Luiᵘ ꝑmixtio. ℞. talisafar ponꝺ. ʒ.v. ȝiȝiberis ponꝺ. ʒ.xx. pipis ponꝺ. ʒ.xij. beil ⁊ cinami: amboꝝ añ. ponꝺ. ʒ.vij. zucchari tabarȝet lib. v. Aggrega has medicias tritas ⁊ cribellatas ⁊ repōe ī vase ⁊ vtē.

¶Electuarium talisafar.i. mace vel res sibi proxima in virtute.

Electuariū epatꝭ. ℞. scamōee antiochene ⁊ turbith ꝯcaui albi: amboꝝ añ. aur̄. v. pipis ⁊ cardamo. āboꝝ añ. aur̄. iij. ȝiȝiberis ⁊ cinamo. ⁊ ēblico. ⁊ gario. ⁊ polypodij ⁊ nucis musca. oīuȝ añ. aur̄. ij.ß. ¶Et ī ꝺscriptōe alia scamo. ⁊ turbith āboꝝ añ. aur̄. iiij. Tere ⁊ cicotrigoniȝa ⁊ ꝓijce sr̄ ea lib. j. zuc. ꝯtriti ⁊ ꝯfice cū melle: cᵘ dosis itegra sit aur̄. iiij.

¶Electuariū epatis. hoc elec. si consideras confert in passionibus renalibus ⁊ mundificat materias grossas ⁊ resoluit ventosi. ⁊ appropinquat in virtute electuario indomessis.

Trifera de scoria ferri magna faciēs ad ventositates hemorroidaꝝ ⁊ mollificationē vesice ⁊ stōchi ⁊ addit ī ꝺsiderio coitᵘ ⁊ calefac̄ stōchū. ¶Luiᵘ h̄ est ꝑmixtio. Sumant̄ mirabolanoꝝ nigroꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ sirenblegi ablatꝭ nucleis ⁊ cassie inde ⁊ semis apij ⁊ ameos ⁊ origani ꝑsici: oīum añ. ℥.j. spice odorifere ⁊ amomi ⁊ beil ⁊ acori: oīuȝ añ. ℥.iij. cinamomi pondus. ʒ.iiij. pipis ⁊ macropipis ⁊ piretri ⁊ salis indi: oīum añ. ℥.ß. synapis. ℥.j.ß. salis āmoniaci pōdus. ʒ.ß. scorie ferri pōdus. ʒ.iij. Aggrega has medicinas tritas ⁊ cicotrigoniȝatas ⁊ ꝯfice cuȝ melle dispumato ⁊ butyro vaccino quātū sufficit ⁊ vtere.

¶Trifera. de triferis diximus sermonem nobis sufficientē in primo tracta. Serēblegi.i. emblici proprie in lacte nutriti.

Trifera mior faciēs ad mollificatōeȝ stōchi ⁊ hūiditatē eiᵘ ⁊ vētositates hemorroidaꝝ ⁊ colorē effic̄ bonū. ¶Luiᵘ h̄ est ꝑmixtio. Sumant̄ mirabolanoꝝ kebuloꝝ ⁊ scirēblegi ⁊ belliricoꝝ ablatꝭ nucleis: oīuȝ ꝑtes eq̄les: īuolue cū butyro vaccino ⁊ ꝯfice cū melle dispumato ⁊ repone in vase ⁊ vtē.

¶Trifera patet ⁊c̄.

Electuariū anacardinū ꝯueniēs ad dolorē stōchi antiquū ⁊ frigᵘ et obliuionē ⁊ fac̄ bonū eē colorē ⁊ subtiliat cognitionē ⁊ sensuȝ ⁊ ē el'iuȝ sapiētū: ⁊ di ꝙ ē salomonis. ¶Luiᵘ

h̄ ē ꝑmixtio. ℞.pipis ⁊ macropi. mirabolanoꝝ nig.et bellirico.⁊ embli.et castorei:oīuз añ.ʒ.iiij.costi ⁊ anacardi ⁊ burūgi ⁊ zuccbari tabarzet ⁊ baccarum lauri: oīuз añ.aur̄.xij.cypi.ʒ.viij.Tere anacardos solos bñ ⁊ tere medicias ⁊ cribella ⁊ bulli butyrum vaccinuз ⁊ mel cū eq̄litate ⁊ ꝓijce sup̄ ea medicinas ⁊ coagula ⁊ vtere post sex mēses.Dosis eiꝰ.ʒ.ij.cū aq̄ decoctionis apij ⁊ feniculi ⁊ seruet se a labore ⁊ angustia ⁊ ira ⁊ vino plurimo ⁊ coitu ⁊ comedat ius issidabegi subtile.

¶Electuariū anacardinū.de ↄfectionibꝰ anacardinis diximus vt supra tracta.i. Burūgi dicit̄ ꝙ sunt grana similia piperi.Cōseruet se ⁊c̄.timore multe īflāmatiōis.Issidabegi modus p̄parationis ciboꝝ apud eos.dicamus aūt apud nos ꝙ comedat carnes pulle.

Electuariū alfangiꝰ qđ est iuuamētū ad mollificationē stōchi ⁊ vētositates hemorroidaꝝ ⁊ corruptionē stōchi ⁊ cōplōnis ⁊ feditatē coloris ⁊ addit in coitu.¶Cuiꝰ h̄ ē ꝑmixtio ℞.mirabolano.belliri.⁊ scirēblegi ablatꝭ nucleis ⁊ piperis ⁊ macropipis ⁊ zizibe.⁊ cypi ⁊ cassie ide ⁊ spice: oīuз añ.ʒ.x.se.anbeti ⁊ seis porri:āboꝝ añ.pond.ʒ.iiij. scorie ferri trite īfuse in aceto vini.xiiij.diebꝰ exiccate torrefacte.ʒ.c.Aggrega bas medicias tritas ⁊ cicotri gonizatas ⁊ ↄfice cū melle dispūato ⁊ butyro vaccino q̄ztū nece ē ⁊ repone ī vase ⁊ vtē post sex mēses.Et sit dosis eiꝰ pōdus.ʒ.ij.⁊ ponant̄ in eo iteꝝ de musco.ʒ.ij.

¶Elec.alfangiꝰ.i.illiꝰ viri: vel fagiꝰ.i.ↄfectio.Scirēblegi.i.emblici.

Fangius aliđ cū musco ēt qđ ↄfortat stomachū ⁊ calefac̄ ipз ⁊ ↄfert ad hemōroidas ⁊ addit ī coitu ⁊ ē expꝑtū.¶Cuiꝰ h̄ est ꝑmixtio ℞.mirabolanoꝝ kebulo.⁊ belliric.⁊ emblic.⁊ pipis ⁊ macropi.⁊ zizi.⁊ cimini ⁊ se.anbeti ⁊ se.apij ⁊ se.porri ⁊ se.eruce ⁊ se.napi ⁊ se.baucle ⁊ feleniati ⁊ rosarum rubearū ⁊ cassie ⁊ cyperi ⁊ cinamomi ⁊ gariofiloꝝ ⁊ nucis muscate:oīum añ.ʒ.j.macis ⁊ heil ⁊ cardamomi ⁊ gallie ⁊ xyloales crudi ⁊ musci:oīum ana.ʒ.ij.granoꝝ nasturtij albi.℥.iij.scorie ferri quātū sunt medicine:teratur ⁊ cōficiat̄ cū melle dispumato.

¶Fangius.i.cōfectio vel nomen cōponentis.Feleniati.i.ozimum gariofilatum.

Fangius aliud.℞.cassie ide ⁊ zarub ⁊ talisafar ⁊ heil ⁊ mirabolanoꝝ nigro.et belliri.⁊ mirabo.citri.⁊ gariofi.⁊ carpobalsami ⁊ granoꝝ almahaleb:oīuз añ.aur̄.vj.mēthe ⁊ feleniati ⁊ zedoarie ⁊ doronigi ⁊ pipis longi ⁊ emblicoꝝ:oīum añ. aur̄.iiij.cinamomi ⁊ cinami ⁊ spice ⁊ nucis muscate et costi ⁊ zinziberis ⁊ fulfulimon:oīum añ.aur̄.viij.cypi aur̄.x.zuccbari aur̄.xvj.scorie ferri eminaз vnā:musci ʒ.ß.conficiatur cum melle dispumato.

¶zarub supra sepe exposuimꝰ:hic tñ pōt accipi pro zedoaria.Talisafar.i.macis.Heil.i.cardamomi.Almahaleb.i.medulla cerasorū sylue striū.Feleniati.quidā dicūt ozimū gariofilatū.qdā ozimuз montanū supra p̄cedenti in hiera.Emina.℥.xx.vel lib.j.

Ars scorie decocte que ↄfert ad frigora ⁊ dolorē dorsi ⁊ corruptionē menstruoꝝ ⁊ hemorroidarū ⁊ clarificat colorē ⁊ fac̄ appetē cibū ⁊ đstruit humorē crudū ⁊ īfridatiōes ⁊ ↄfortat stōchū ⁊ m̄rices ⁊ vesicā.¶Cuiꝰ h̄ ē ꝑmixtio.℞.semis apij ⁊ se.feniculi ⁊ anisi ⁊ petrosillini ⁊ dauci ⁊ semis baucie ⁊ se.porri ⁊ semis cepe ⁊ semis napi ⁊ semis raffani ⁊ seis alratab ⁊ ameos ⁊ semis vrtice ⁊ granoꝝ viridiū ⁊ aniuden ⁊ semis anbeti ⁊ pipis ⁊ se.lini ⁊ cimini ⁊ coriādri:oīum añ.pōdus.ʒ.iij.⁊ zedoarie ⁊ doronigi ⁊ been albi ⁊ rubei ⁊ tuderi rubei ⁊ albi ⁊ nucis muscate ⁊ macis ⁊ cinnamomi ⁊ galāge ⁊ ziziberis ⁊ piperis ⁊ cypi ⁊ spice ⁊ sisimbrij:oīuз añ.ʒ.iiij.⁊ mirabolanoꝝ belliri.⁊ emblicoꝝ ⁊ gest glandiū ⁊ corticuз radicis capparis:oīum añ.ʒ.x.cassie ⁊ vsnee ⁊ assari ⁊ blacte bisantie ⁊ calami aromatici ⁊ ligue auiß ⁊ neremisch ꝑsici ⁊ cardamomi ⁊ girboe ⁊ sandali ⁊ cinami ⁊ nucis muscate:oīuз añ. ʒ.v.⁊ nucis enden ⁊ nasturtij et keiati ⁊ rosaꝝ siccarū ⁊ marmacor ⁊ cōticū thuris ⁊ mēthe ⁊ calamēti:oīuз añ.ʒ.vij.⁊ scorie ⁊ albassari calefacte ⁊ exticte in vino odorifero multotiēs ſm mēsurā mediciaꝝ oīuз:decoquat̄ cū vino pōtico dōec igrosset̄ ⁊ auferat̄ ab igne ⁊ coletur ⁊ detur de eo in potu q̄ztitas.ʒ.j.in ieiuno dū est tepidum:⁊ comedat post mediū diem issidabegiati cum carne caprina:⁊ bibat vinum purū hebdomada vna aut duabus hebdomadis.

¶Ars scorie.scoria metalli cuiuscūq̧ apud Sera.nō est batitura: sed ferrū qđ in fornace residet.Corruptiones menstruoꝝ sunt qñ egrediunt̄ male substātie ⁊ corrupte vel putrefacte.Semis alratab.i.dactyli cuiusdā spēi.Granoꝝ viridiū.sunt fructꝰ arboꝝ vnde colligit̄ terbētina.Aniuden.i.herba vñ fit assa:⁊ aliqñ sumit̄ ꝓ siseleos.Tuderi herba similis prassio q̄ in hortis nascit̄.Gest qdaз hñt ⁊ gest ⁊ videt̄ ex h̄ ꝙ sit spēs mirabolanoꝝ.Alij dicūt ꝙ ē res similis amigdale ⁊ hз in capite duas spinas.Girte nō inuenio qđ sit nisi valde lōginque ꝙ sit herbena.Gilboe nec īuenit̄ cañ.z.Nucis hedari al̄r enden est q̄dā terra de q̊ zº cañ.Keiati non inuenio nisi sit keiri.Marmacor.i.melissa.Albassari.i.ferri ⁊c̄.vult ꝙ fiat sine melle ⁊ zuc.⁊ det̄ qđ colatū ē.s.colatura det̄ vel qđ ī colatura residet.⁊ vr̄ ꝙ h̄ ītelligat.Issidabegi modus cibi cū carne caprina credo hedinā:lз caro capⁱna laudet̄ ī cura epidimie:vt.ʒ.cañ.fen.i.

Descriptio alia đ scoria ferri ↄueniēs ad frigus stōchi ⁊ hemorroidas.¶Cuiꝰ hec est ꝑmixtio.℞.mirabolanoꝝ kebuloꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblico.⁊ radicū lilij ⁊ zinziberis ⁊ xyloaloes crudi ⁊ nucis muscate ⁊ gallie ⁊ rosaꝝ ⁊ spice et sq̄nāti ⁊ masticis:oīum añ.ʒ.x.musci.ʒ.j.limature acuū infuse in vino odorifero septē diebꝰ ⁊ sumat̄ ⁊ terat̄ et torrefiat sup̄ frixoriū ferri ⁊ misceat̄ cū medicis ⁊ īuoluat̄ oleo de amigdalis dulcibꝰ ⁊ ↄficiat̄ cū melle dispumato:cuiꝰ dosis sit aureo.duoꝝ cū vino odorifero.

¶Descriptio alia.Non ponitur hic pondus limature acuum.sed possumus intelligere ꝙ sit ad pondus omnium:⁊ non ingreditur alia scoria nisi ista limatura ⁊ est limatura azari.

Descriptio alia de scoria ferri ↄueniēs ad debilitatē stōchi cal̄i.¶Que ℞.mirabolanoꝝ kebuloꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ ⁊ radicū lilij ⁊ rosaꝝ rubeaꝝ ⁊ squināti:oīuз añ.ʒ.x.scorie ferri q̄ztū oēs medicie:īfundat̄ scoria septē diebꝰ ī aceto ⁊ colet̄ ab eo ⁊ frigat̄ sup̄ frixoriū ⁊ ↄficiat̄ cum melle tabarzet:⁊ sit dosis.ʒ.ij.ß.cū syrupo de malis.

¶Descriptio alia patet.

Scoria ferri decocta ↄueniēs ad debilitateз stōchi ⁊ caliditatē cōplexionis.¶Cuius cōmixtio est hec.℞.scorie ferri de bassari ⁊ mirabolanoꝝ nigroꝝ ⁊ belliricoꝝ ⁊ emblicoꝝ ⁊ rosaruз ⁊ balaustiarū ⁊ squināti:oīum ana partes equales bulliant cum vino ⁊ dent̄ in potu de eo.℥.iij.

¶Scoria etiam patet.Effectus enim harum scoriarum est in exiccando ⁊ in preparando stomachum vt notum est.

Electuariū diacydoniten retinēs nāз ex solōne vētris ⁊ đbilitate sto

machi ꝛ vomitu ꝛ malitia digōnis ꝛ facit colorez esse bonū. ¶ Cui⁹ hec ē ꝑmixtio. Sumaꝛ cydonioꝝ excorticatoꝝ mūdatꝫ iterioꝛib⁹ ꝛ mellis dispumati: amboꝝ aā. lib. ij. pipis ꝛ macropipis ꝛ ziziberis: oīum aā. ʒ. v. beil pōdus. ʒ. viij. cardamomi ꝛ gariofilo. ꝛ spice odoꝛifere ꝛ cīnamomi ꝛ croci: oīuz aā. pōdus. ʒ. ij. Aggrega has medicias tritas ꝛ cribellatas ꝛ sume cydonia ꝛ ꝺcoque cū aceto vini boni. Et de medicis sūt qdā q ꝺcoquūt ea cū vino ꝛ ipm est radix: deide remoue ab igne ꝛ cola ꝛ dimitte donec currat ab eis aq̄sitas hūiditatꝫ: ꝛ tere bū ꝛ sume mel ꝛ cōmisce cū eis ꝛ decoque cū igne leui ꝛ moue paulatiz dōec fere coaguleꝛ: ꝛ cōmoue donec equenꝛ ꝛ destruaꝛ aq̄sitas cydonioꝝ ab eis: deide remoue ab igne ꝛ pulueriza sup eas medicinas ꝛ ꝯcute donec equenꝛ ꝛ ꝓijce sup tabulā marmoris aut mēsaz planā inūctā oleo rosaceo: aut oleo sisamino ꝛ dilata sup eā dilatatione eq̄li ꝛ dimitte duob⁹ dieb⁹ aut trib⁹ donec exicceꝛ ꝛ induꝛeꝛ: ꝛ incide cū cultello in frusta quadrata: ꝛ sit frustum pondus auꝛ. iiij. ꝛ ponaꝛ gradatiz in folijs citri ꝛ ligeꝛ ꝛ reponaꝛ ꝛ administreꝛ cum necesse fuerit. Et de medicis sunt qdaz qui ponunt in ipso pondus. ʒ. ij. musci.

¶ Electuariū diacydonitē. Ex solōne al's ad solutionē. hec est cōpositio nota. Heil. i. cardamomi maioꝛis. Cum ergo dicit cardamomi intelligit ꝙ vtrūqꝫ ponatur. s. maius ꝛ minus.

Electuariū diacydonitē solutiuū vētris qꝺ ꝯfert ad colicaz ꝛ exiccat sup̄fluitates coꝛpis. ℞. cydonioꝝ excoꝛticatoꝝ mundatis iterioꝛib⁹ lib. j. ꝛ mellis dispumati. lib. ij. ziziberis ꝛ macropipis: amboꝝ aā. ʒ. iiij. cinamomi pōdus. ʒ. iij. beil ꝛ cardamomi ꝛ croci: oīuz aā. ʒ. iij. masticis pondus. ʒ. v. scamonee pōdus. ʒ. x. turbith albi boni pōdus ʒ. xxx. Aggrega has medicias tritas ꝛ cribellatas ꝛ ꝺcoq̄ cydonia cū vīo ꝛ fac ꝺ eo sic̄ factū ē ꝺ diacydoniten retētiuo ꝛ ꝑpareꝛ sic̄ est illi⁹ ꝑparatio ꝛ reponaꝛ in vase ꝛ administreꝛ: cui⁹ dosis sit auꝛ. iiij. cū aq̄ calida.

¶ Electuariuz diacydoniten solutiuum hoc etiam patet ꝛ qꝺ etiā sequitur ꝛ est diacydoniten in quo virtus cydonioꝛum est magis saluata per decoctionem in fermento siue pasta.

Descriptio alia diacydoniten laxatiui: sumaꝛ cydoniū boni odoꝛis ꝛ induaꝛ super ipm deforis fermētuz ꝛ asseꝛ: ꝛ sumanꝛ de carne eius. ʒ. iiij. piperis ꝛ ziziberis: amboꝝ aā. ʒ. ij. scamonee pondus. ʒ. j. teraꝛ ꝛ ꝯficiaꝛ cū melle: cui⁹ dosis sit pondus. ʒ. j. cum vino.

Electuariū diacydonitē scīm cū succo cydonioꝝ qꝺ cōfert ad destructionē appetit⁹ ꝛ ad eū q nō digerit cibū suū faciēs ad illū cui⁹ epar ē ꝺbile ꝛ strigit stōchū. sumanꝛ cydonia magna mūdata it⁹ ꝛ foꝛis ꝛ teranꝛ ꝛ exꝑmanꝛ ꝛ sumāꝛ ꝺ aq̄ eoꝝ kist. ij. romani ꝛ misceaꝛ cū ea mellis dispumati q̄ꝫtū ipa ē ꝛ aceti de vino kist. j. s. ꝛ ꝺcoquaꝛ sup ignē leuē ꝛ auferaꝛ spuma ei⁹: ꝛ sumanꝛ ziziberis. ʒ. iij. pipis albi. ʒ. ij. teranꝛ ꝛ ꝓijcianꝛ ꝺsup ꝛ coaguleꝛ sic̄ cōueniēs ē electuario. h̄ nāqꝫ ꝯfert ei cui⁹ epar ē ꝺbile: ꝛ opꝫ vt sumaꝛ ꝭm plīn aā cibū duab⁹ hoꝛis aut trib⁹ ꝛ nō nocet si accipiaꝛ post cibū. Qꝛ si tu feceris hāc medicinā ei in cui⁹ stōcho ē calitas aut in cui⁹ stōcho est cholꝰa aut q̄cūqꝫ mō sit opꝫ vt ꝓijcias ab eo pip ꝛ zinziber ꝛ administres aq̄ꝫ cydonioꝝ ꝛ mel ꝛ acetū tātū ꝭꝫ q̄ꝫtitatē mēsure quā dixim⁹. Et si feceris eā illis quoꝝ cōplexiōes sunt medie: ita vt nō aggregeꝛ in eis sup̄fluitas cholꝰe neqꝫ sup̄fluitas flegmatis ꝓijce in eam medietatē q̄ꝫtitatis quā dixim⁹ de zizibere ꝛ pipere. s. vt ꝓijcias in eā piperis. ʒ. j. ꝛ ziziberis. ʒ. j. s. Et si feceris eā illis in quoꝝ stomachis aggregatur flegma pone in ea duplū q̄ꝫtitatis quā diximus. pones eniz in ea zinziberis. ʒ. vj. ꝛ piperis. ʒ. iiij. cuius dosis sit. ʒ. j. s.

¶ Electuariū diacydoniten factū cū succo. hoc est diacydonitē qꝺ Gal'. facit in fine libꝛi de regimine sanitatis. Kist est lib. j. s.

¶ Sed tu. d. ꝭm doctrinā hmōi nō vꝛ ꝙ vnqꝫ cōponere debem⁹ istū diacydoniten ꝭm descriptionē que scribiꝛ: qꝛ aut nō ponemus. zz. aut pip aut ponem⁹ min⁹ aut plus. Dōm ꝙ pōt fieri in foꝛma que describiꝛ ꝛ dabiꝛ his qui nō hn̄t multā distēperantiā ꝛ aggregant flegma: sed si sint frigidi ꝛ aggregēt flegma poteris addere de. zz. ꝛ pipere. ꝛ videbitur ꝙ hoc intellexerit Gal'.

Electuariū diacydonitē qꝺ fac̄ appetē cibū ꝛ ꝯfoꝛtat stōchū. Sumanꝛ succi cydonioꝝ lib. iij. mellis lib. iij. aceti foꝛtꝫ lib. ij. decoquanꝛ sup p̄runas ꝛ auferaꝛ spuma ei⁹ ꝛ sumanꝛ zinziberis. ʒ. v. piperis albi ꝛ nigri ꝛ macropiperis ana. ʒ. iij. cinamomi. ʒ. ij. xyloaloes crudi. ʒ. iij. Teranꝛ ꝛ cōmisceanꝛ cū melle ꝛ aq̄ cydonioꝝ ꝛ aceto ꝛ coquaꝛ donec coaguleꝛ: cuius dosis sit cocleariū vnū ante cibū ꝛ expectet super ipsum duabus hoꝛis.

¶ Et diacydoniten hoc est euidetis compositionis.

Electuariū idū faciēs ad colicā ꝛ doloꝛē iūcturaꝝ ꝛ podagrā ꝛ doloꝛē doꝛsi. ¶ Cui⁹ hec ē ꝑmixtio. ℞. scamōee auꝛ. x. girboe ꝛ cardamomi ꝛ ziziberis ꝛ cinamomi ꝛ cinami ꝛ neremisch ꝛ gariofilo. pipis: oīuz aā. auꝛ. v. ꝛ turbith auꝛ. c. zucchari auꝛ. c. Tere ꝛ has medicinas simul ꝛ cribella ꝛ confice cum melle.

¶ Electuarium indum. Hoc est confoꝛme ei quod Mesue composuit ꝛ possunt dari de eo. ʒ. iij.

Electuariū regū ꝛ ē medicia āni q̄ sumiꝛ āno integro oī die. Ei⁹ igiꝛ acceptio rectificat suscipiētē se vsqꝫ ad finē vite sue ꝑcepto dei: ꝛ q assiduat ipaz nō videt egritudinē i coꝛpe suo q̄ nō saneꝛ ꝛ neqꝫ canescit nisi q̄ꝫtū fact⁹ ē can⁹ aā ei⁹ acceptionē: ꝛ ē medicia regū q ꝭm ꝙ narraꝛ cū ea medicati fuerūt ꝛ ē valēs ad fistulas nigras ꝛ albas ꝛ rubeas ꝛ ad cursuz cholꝰicū ꝛ frigoꝛa ꝛ pulsationē coꝛdis ꝛ iūcturaꝝ ꝛ abstergit visuz ꝛ coloꝛē: ꝛ m̄ltiplicat coitū ꝛ ñ ē ei malitia ꝛ ñ abstiet sup cāvtēs ea. ¶ Cui⁹ ꝑmixtio ē h̄. Sumanꝛ mirabolano. nigro. ꝛ bellirico. ꝛ emblic. oīum aā. auꝛ. vj. nigelle auꝛ. xxxiiij. leucopipis ꝛ āmoniaci ꝛ macropipis ꝛ ziziberis ꝛ fulfumiue: oīuz aā. auꝛ. ij. cubebe ꝛ anacardi: amboꝝ aā. auꝛ. vj. Tere vnūqꝺqꝫ ꝑ se ꝛ cribella: ita vt nihil remāeat ꝛ ꝓuēiat ꝭꝫ suā diuisionē ꝛ qꝺ narrauim⁹ ꝺ pōderib⁹: ꝑmisce ꝫ ea deide accipe auꝛ. dc. penidioꝝ sabachir ꝛ pone i patella aut vase mūdo ereo ꝛ accēde sub eo ignē leuē et asperge sup ipsas aliq̄d aque: ita vt liquefiāt penidij. Cū ꝫ liquefacti sunt ꝛ bulliūt: tūc p̄roijce sup eos hec cōmixta: ꝛ moue ea tādiu donec optime cōmisceanꝛ ꝛ aufer ea ab igne ꝛ dimitte ea donec tepescant: deinde fac de eis foꝛmas auellanis similes: q̄rū vnaqueqꝫ sit auꝛ. ij. ꝛ quarte ꝛ inunge manum tuam oleo oliue aut

butyro vaccino: deide bibe de eo oĩ die formã vnam silem auellane cũ aq̃ frida ⁊ ipm est dñs medicinarũ.

¶ Electuariũ regũ vocat̃ medicia ãni: vt dicit q2 vno ãno sumit̃ sic alie medicine faciẽtes adolescẽtiã vt quarto cañ. ca. de medicinis que tardãt canos. ¶ Dubitat̃ que sunt fistule albe ⁊ rubee ⁊c. Dõm ꝙ intelligit per hoc vlcera cauernosa praua emittentia has mãs malas albas vel nigras vel rubeas. ¶ Dubitat̃ quõ valẽt ad fluxuz cholericũ ⁊ frigora cũ videant̃ esse opposita. Dõm ꝙ vel per proprietatẽ valet: vel intelligit fluxum cholericũ. i. humoralem etiã si fit de cholerica nõ multũ inflãmata pulsationẽ cordis iũcturarũ. ¶ Dices que est pulsatio iuncturarũ. Dõm ꝙ vel sumit̃ improprie pro laxitate vel motu sonoro sine pulsatione ⁊c. a ventositate mã flegmatica õ qua solũ Rasis ⁊ Halaabin facit ca. Fulsulminue. i. radix piperis ⁊ forsan ꝙ est ozimũ montanũ ſm ꝙ põt similari ei qð dicitur tractatu secũdo cap. hiere. eufocarater. Penidiorꝫ sa/bachir. i. solidarum bonarum. Reliqua patent.

Electuariũ masuachoien faciẽs ad podagrã ⁊ dolorẽ dorsi ⁊ oẽs egritudines fridas. ¶ Cui⁹ pmixtio hec ẽ. ℞. scamonce ⁊ cinamomi ⁊ cassie ⁊ ziziberis: oĩuz añ. ʒ. viij. piperis. ʒ. vj. cardamo. gariofilo. ⁊ se. apij ⁊ ameos: oĩum añ. ʒ. ij. ß. masuachoien. ʒ. iiij. Tere ⁊ ɔfice cuz melle: cui⁹ dosis sit. ʒ. iiij. aut. ʒ. ij. cum aqua tepida.

¶ Electuariũ masuachoiẽ. i. spuma nitri. Istã expõnẽ sumo ex glosa quadã Halyaba. 10. cap. 15. in simili ɔfectione. videt̃ tñ ꝙ sit spuma nitri viridis ſm eũ amassacumia ⁊ est fortis exiccans.

Electuariũ de sisamo. ℞. sisami excorticati ⁊ cimini carmeni ⁊ zinziberis: oĩuz añ. ʒ. x. macropiperis ⁊ piperis: amborꝫ añ. põdus. ʒ. v. cinamomi pondus. ʒ. ij. cardamomi ⁊ heil: amborum ana. ʒ. iij. ⁊ zucchari tabarzet. ʒ. lx. Aggrega has medicinas tritas ⁊ repone in vase ⁊ vtere.

¶ Electuarium de sisamo patet.

Electuariũ de granis viridib⁹ qð fac̃ ad hemorroidas ⁊ frig⁹ stõchi ⁊ malitiã digõnis ⁊ solõnẽ vẽtris. ¶ Cui⁹ pmixtio hec ẽ. ℞. granorꝫ viridiũ ⁊ mellis anacardi ⁊ sisami excorticati: oĩum añ. sextaria. vj. zucchari tabarzet sextaria xxiiij. mirabolanorꝫ kebulorꝫ ⁊ belliricorꝫ ⁊ emblicorũ ablatis nucleis ⁊ ziziberis ⁊ macropipis ⁊ bursigi ⁊ folij idi ⁊ cassie: oĩuz añ. pondus. ʒ. iiij. pipis ⁊ sansuci ⁊ cassie añ. põdus. ʒ. ij. ɔfice has medicinas cũ melle dispumato ⁊ butyro vaccino ⁊ vtẽ post sex mẽses: dosis eius põdus. ʒ. ij. cũ lacte vaccino ɔcusso. In cibo autẽ sit rizi decoctũ cũ lacte dũ pseuerat accipiens ipsum.

¶ Electuariũ de granis viridib⁹: sunt grana arboris vnde colligit̃ terbentina. Sextariũ. ʒ. vj. ⁊ parũ plus. Burũgi grana q̃daz piperi similia ⁊ est ɔferens etiã illis passionib⁹ calefaciẽdo ⁊ siccado.

Electuariũ de aniuden faciẽs ad iflationẽ vẽtris ⁊ stõchi ⁊ rugituz ⁊ vẽtositatẽ grossaz. ¶ Cui⁹ hec ẽ pmixtio. Sumant̃ piperis ⁊ seis apij: amborꝫ añ. ʒ. vij. aniudẽ nigri põdus ʒ. xiiij. petrosillini ⁊ celidonie ⁊ calamẽti ⁊ hasce ⁊ siseleos: oĩum ana. ʒ. viij. keisim. ʒ. xij. Aggrega has medicinas tritas ⁊ cicotrigonizatas ⁊ ɔfice cũ melle dispumato ⁊ repone in vase ⁊ vtere cũ necesse fuerit.

¶ Electuarium de aniuden. i. de herba vnde fit assa vel de siseleos. Asse. i. thimi. Siseleos. i. sileris montani. Keisim. i. leuisticũ.

Descriptio alia de aniudẽ faciẽs ad egritudinẽ epatis ⁊ frig⁹ ei⁹ ⁊ aq̃z citrinã ⁊ frig⁹ stõchi ⁊ renũ. ℞. aniudẽ nigri põdus. ʒ. x. semis eruce ⁊ semis porri: oĩum añ. põdus. ʒ. vj. zinziberis ⁊ belliricorꝫ ⁊ emblicorꝫ ablatis nucleis: oĩum añ. põdus. ʒ. vij. ameos ⁊ seminis apij ⁊ anisi ⁊ cardamomi minoris ⁊ cimini carmeni ⁊ cinamomi: oĩuz añ. põdus. ʒ. v. mirabolanorꝫ nigrorꝫ sublatis nucleis põdus. ʒ. vij. cinamomi põdus. ʒ. j. piperis ⁊ macropiperis: amborꝫ ana pondus. ʒ. iiij. spice odorifere põdus ʒ. ij. penidiorꝫ: amborꝫ pondus. ʒ. xx. Aggrega has medicinas tritas ⁊ confice cum melle dispumato ⁊ repone in vase ⁊ vtere cum necesse fuerit: dosis eius pondus. ʒ. ij. cum aqua anisi ⁊ masticis ⁊ spice.

¶ Magnitudinem epatis. s. propter multam materiam ⁊ oppilationem a materiebus frigidis.

Electuariũ de cãphora valẽs ad debilitatẽ stõchi ⁊ epatꝫ ⁊ fugat vẽtositates grossas ⁊ adiuuat ad digõnẽ. ¶ Cui⁹ hec est pmixtio. ℞. cãphore ⁊ croci ⁊ xyloaloes ⁊ cardamomi ⁊ girboe ⁊ cubebe ⁊ keisim ⁊ cinami ⁊ gariofilorꝫ ⁊ vsnee ⁊ spice ⁊ macis ⁊ sandali albi ⁊ macropipis ⁊ cinamomi ⁊ cassie ⁊ neremisch ⁊ secacul ⁊ galãge ⁊ nucis muscate ⁊ ziziberis ⁊ cypi ⁊ fulfuminue: oĩuz ptes eq̃les: zucchari q̃ztũ est pondus medicinarũ oĩum.

¶ Neremisch vide scðo canone. Secacul. hic vtimur pro eo iringo vel sigillo sancte marie: sed de eo infra tractatu. 7. Falsamina al's fulfulminue. i. radix piperis ⁊c.

Electuariũ de cãphora ðscriptiõe alia faciẽs ad malitiã digõnis ⁊ ðbilitatẽ stõchi ⁊ flegma grossuz. ¶ Cui⁹ hec est pmixtio. ℞. piperis ⁊ nucis muscate ⁊ ziziberis ⁊ gariofilorꝫ ⁊ macis ⁊ cinamomi ⁊ cinami ⁊ piretri ⁊ fulfumiue ⁊ gariofilorꝫ hortulanorꝫ ⁊ cãphore ⁊ croci: oĩum añ. pondus. ʒ. ij. Tere has medicias tritas ⁊ cribellatas ⁊ ɔfice cũ melle dispũato ⁊ repõe i vase ⁊ vtẽ cũ nec̃e fuẽit.

¶ Electuariũ de cãphora descriptione alia pꝫ ex premissa.

Electuariũ de cãphora forti⁹ prio. ¶ Cuius hec est pmixtio. ℞. ziziberis ⁊ pipis ⁊ macropipis ⁊ cinamomi ⁊ cinami ⁊ folij idi ⁊ spice odorifere ⁊ cassie ide ⁊ nucis muscate ⁊ sandali citrini ⁊ carpobalsami ⁊ cardamomi ⁊ macis ⁊ gariofilorꝫ ⁊ piretri ⁊ talisafar ⁊ cypi ⁊ spodij ⁊ xyloaloes idi puri: oĩuz añ. põdus ℥. ß. cãphore ⁊ musci: ambarũ ana. ʒ. ij. zucchari tabarzet. ℥. x. ß. ɔficiant̃ cũ melle dispumato ⁊ reponat̃ in vase ⁊ admistret̃ cũ nec̃e fuerit.

¶ Dicitur hoc fortius: q2 potiores al's plures medicĩe calide in eo ingrediuntur.

Electuariũ de xyloaloe qð cõfortat stomachũ ⁊ calefacit euz absq3 supfluitate ⁊ digerit cibũ ⁊ exiccat flegma. ¶ Cui⁹ pmixtio hec est. ℞. spice odorifere ⁊ spice romane ⁊ seis apij ⁊ anisi ⁊ masticis: oĩum añ. ʒ. j. xyloaloes. ʒ. iij. gariofilorꝫ. ʒ. ij. macis. ʒ. ij. ß. cinami ⁊ gallie: amborꝫ añ. ʒ. ij. mirabolanorꝫ kebulorꝫ infusoruz in vino ⁊ torrefactorꝫ ⁊ felẽgemisch: amborꝫ añ. ʒ. ij. ß. nucis muscate. ʒ. j. ß. marmacor. ʒ. iij. rosarũ ⁊ calami aromatici: amborũ ana. ʒ. ij. ɔficiant̃ cũ miua: dosis eius aur̃. ij.

¶ Electuarium de xyloaloe. Felengemisch. i. ozimum gariofilatũ. Marmacor. i. melisse.

Electuarium de cinamomo valẽs ad ðbilitatẽ epatis ⁊ stõchi ⁊ renũ ⁊ mũdificat humores grossos ⁊ fugat vẽtositates. ¶ Cuius hec est pmixtio. ℞. cinamomi ⁊ xyloaloes ⁊ enule: oĩum añ. ʒ. vj. gariofilorꝫ ⁊ pipis nigri et macropipis ⁊ spice ⁊ agarici: oĩum añ. põdus. ʒ. v. zin-

ziberis.ʒ.j.menthe.ʒ.viij.girboe ⁊ cinami:amboꝝ añ.ʒ.ij.keiati ⁊ anisi ⁊ semis feniculi ⁊ cassie:oĩuz añ.pondus.ʒ.iiij.ꝯficiaẽ cũ melle dispumato ⁊ administreẽ.

¶ Girboe quid est non possum clare inuenire.

Electuariũ indũ faciẽs ad colicã ⁊ frig⁹ stõchi ⁊ dolorẽ iuncturarũ ⁊ podagrã. ¶ Cui⁹ ꝑmixtio hec est. ℞.cassie ⁊ folij idi:amboꝝ añ.põdus.ʒ.iiij.nucis muscate ⁊ ameos:ãboruz añ.sextaria.ij.pipis ⁊ macropipis:ãboꝝ añ.sextaria.v.ziziberis sextaria.v.mirabolanoꝝ nigroꝝ sextaria.xxx.neremisch sextaria.ij.gariofiloꝝ.ʒ.v.nucis muscate sextaria.ij.macis.ʒ.iiij.penidioꝝ sextaria.x.sumantur de pulueẽ ei⁹ cũ necesse fuerit.ʒ.ij.cũ vino antiquo.

¶ Sextarium est.ʒ.vj. Neremisch scribitur secundo cañ.

Electuariũ de zinzibere ꝯferẽs ad dbilitatẽ stõchi ⁊ itestinoꝝ ⁊ digerit cibũ ⁊ fugat vẽtositates ⁊ valet ad cholicã passionẽ ⁊ retinet vẽtrẽ. ¶ Cui⁹ ꝑmixtio hec est. ℞.zinziberis.ʒ.xx.gũmi arabici ⁊ girboe:amboꝝ ana põdus.ʒ.x.gariofiloꝝ ⁊ cinnamomi:oĩum ana.ʒ.v.de nucibus muscatis nux.j.croci pondus.ʒ.j.amili.ʒ.xlij.zuccbari tabarzet lib.j.confice:⁊ vtere.

¶ Electuarium de zinzibere ⁊c.

Electuariũ de musco ꝯferẽs ad debilitatẽ stõchi ⁊ iflationẽ ei⁹ ⁊ ventositates hemorroidarũ ⁊ pulsum oris stõchi. ¶ Cuius hec ẽ ꝑmixtio. ℞.musci auẽ.s.gyrboe ⁊ cardamomi ⁊ gariofiloꝝ ⁊ zinziberis ⁊ macropipis:oĩum ana põdus.ʒ.x.cinamomi pondus.ʒ.iij.xyloaloes indi.ʒ.j.croci.ʒ.ij.zuccbari quantũ pondus medicinarũ oĩuz:deinde conficiatur cum melle.

¶ Electuariũ de musco pꝫ ⁊ electuariũ de citro ⁊ elect.cesaris.

Electuariũ de citro qđ fugat vẽtositates ⁊ digerit cibũ ⁊ odorẽ oris efficit bonũ. ¶ Cui⁹ hec ẽ ꝑmixtio. ℞.corticũ citri citrinoꝝ siccoꝝ põdus.ʒ.xxx.gariofiloꝝ ⁊ nucis muscate ⁊ macropiperis ⁊ pipis ⁊ gyrboe ⁊ cinamomi ⁊ galãge ⁊ zinziberis:oĩum ana pondus.ʒ.j.⁊ musci põdus sexte ⁊.s.ʒ.j.conficiatur cum melle ⁊ administretur.

Electuariũ cesaris ꝯferẽs ad colicã ⁊ frigora ⁊ humorẽ crudũ ⁊ exhit superfluitates grossas viscosas ⁊ valet ad podagrã. ¶ Cui⁹ hec ẽ ꝑmixtio. ℞.macropipis ⁊ ziziberis mirabolanoꝝ citrinoꝝ scamonee turbith:oĩuz añ.ʒ.xij.semis apij ⁊ ameos ⁊ piretri ⁊ salis tabarzet:oĩuz añ.ʒ.vj.zuccbari.ʒ.xvj.ꝯficiaẽ cũ melle ⁊ administreẽ.

Electuariũ de stico addẽs ĩ coitu. ¶ Cuius hec est ꝑmixtio. ℞.semis asparagi ⁊ semis cepe ⁊ semis napi ⁊ semis alrotab et semis porri ⁊ semis baucie ⁊ semis eruce ⁊ semis vrtice ⁊ granoꝝ viridiũ ⁊ lingue auis ⁊ sisami excorticati ⁊ semis raffani ⁊ tuderi vtriusqꝫ ⁊ amigdalaꝝ ⁊ pinee ⁊ granoꝝ nasturtij:oĩum ana.ʒ.iij.zinziberis ⁊ secacul ⁊ galange ⁊ macropiperis:oĩum ana põdus.ʒ.v.cinamomi ⁊ nucis muscate ⁊ been vtriusqꝫ:oĩum ana.ʒ.ij.seminis stinci.ʒ.v.squille assate pondus.ʒ.iij.penidioꝝ quantum pondus harum omnium medicinarũ. Tere ⁊ cribella ⁊ confice cum melle dispumato:dosis eius pondus.ʒ.ij.cum triplicato aut cum lacte dulci aut cũ aqua mellis in ieiuno.

¶ Electuarium de stinco. Alrotab.i.dactyli. Granorum viridium.i.arboris vñ emanat terbentina. Tuderi.i.herba similis prassio ⁊c. Cum triplicatis ⁊c.cum triplicato.i.vino cocto.

Electuariũ aliud ꝯferens ad pulsum cordis ⁊ ꝯfortat stõchũ ⁊ digerit cibũ ⁊ soluit vẽtrẽ. ¶ Cui⁹ hec ẽ ꝑmixtio. ℞.mirabolanoꝝ kebulo.ʒ.xv.talizafar.ʒ.v.zedoarie ⁊ doronigi ⁊ ꝑtassie ⁊ cassie:oĩuz añ.ʒ.iij.turbith.ʒ.xx.scamonee.ʒ.iij.penidioꝝ.ʒ.xx.ꝯficiaẽ cũ melle:dosis eius.ʒ.iij.

¶ Electuarium aliud. Talizafar.i.macis:lꝫ apud glosas Halyabatis sit lingua auis.

Electuariũ expertũ nr̃m. ℞.xyloaloes.ʒ.iij.cãphore q̃rtã.ʒ.vni⁹ musci ʒ.iij.macis neremisch cyperi felengemisck zurũbet et zedoarie:oĩum ana aureuz vnũ:cinamomi ⁊ masticis zinziberis piperis ⁊ gariofilorum:omniũ ana.ʒ.ij.buglosse.ʒ.v.seminis feniculi ⁊ seminis apij ⁊ acori ⁊ spice:oĩum ana.ʒ.iij.aggregentur cum melle.

EXceptuz est ab hoc capitulo in hoc aggregato quoniam non dixi omnem mensuram quã in ipso attuli nisi que cognita est apud eos q̃ lingua vtũtur Arabica in capitulis suis. Uerum quidam coegerunt me ad transferendum querẽtes a me translationem eius vt iuuamentuz fiat per illud in alijs ab isto libro. Kist apud gentes que lingua greca loquuntur cognitum est: super mensuraz ꝺo nō conueniunt omnes: ⁊ illud est quoniam quidam eoꝝ vtuntur alia q̃ vtantur alij. Kist enim apud Romanos capit lib.j.ß.⁊ sextam: quare est.ℨ.xx. Et kist Jtalicum lib.j.ß. Et lib.est.ℨ.xij. Et mina romana est.ℨ.xx. Et mina Jtalica et Egyptiaca est.ℨ.xvj. Et mina est sextaria.xl. Et lib.est sextaria.xx. Sextarium est.ℨ.vj.et danich.ij.aut auf.iij. Et darkimet ẽ auf.j. Et dorach Jtalicum est iobein.viij. Et iobein est acsat romana sex. Et cotila.j.ℨ.ix. Mestron magnum est.ℨ.iij.⁊ paruum est darkimet.vj. Acsumesi est darkimet. xviij. Choatos est.ℨ.j.ß. Gozmia est quarta.ℨ.vsq̃ ad duos danich. Aumius et andanikis est.ℨ.j.⁊ vnaqueq̃ earum est auf.vij. Adar.ℨ.j. Cuib mellis lib.ij.ß. Cuib olei mina.j.ß. Aldorach lib.iij. Kist mellis lib.ij.⁊.ß. Alhemẽ sextaria.v.⁊.ℨ.xxx.⁊ antulij.iiij. Semimet mine.x.⁊.ß. Faba Egyptiaca semimet quatuor. Obolus est danich.j.⁊.ß.sicut iuenit Alexandrinus antulij.iij. Auellana.j.est darkimet.j. Nux est.xiiij. semimet. Alsacraiati parua est semimet.vij. Alsacraiati magna ẽ semimet.xiiij. Faba Greca est duo semimet aut duo oboli. Alsacraiati est sextaria.vj.⁊ quarta. Coclearium mellis est aure.iiij. Coclearium medicinarum est auf. j.⁊.ℨ.j. Alsatil.j.est sextaria.ij. Darkimet est oboli.vj. Et omnis obolus est kirat.iij. Et omnis kirat est.iiij. grana ordei. Et oboli.iij.sunt kirat.ix. Alcautus est.ℨ. j.ß. Choati.ij.sunt.ℨ.iij. Oboli.viij.sunt kirat.xxiiij.

ℭAuicenne Libri Quinti cum Gentilis Fulginatis Commentarijs Finis.

¶ Libellus Auicēne de viribꝰ cordis trāslatꝰ ab Arnaldo de villa noua Barchinone feliciter incipit.

¶ Tractatus Primus de origine spiritus ⁊ generibus eius: ⁊ ṗncipijs sue generationis ⁊ informatiōis. Cuius capitula sunt. 10.

¶ De origine spiritus. Cap. ṗm.



Reauit Deus ex concauitatibꝰ cordis sinistrā vt eēt armarium spūs ⁊ minera gñationis illiꝰ. Creauitqꝫ spiritū latorez virtutum aīe in mēbra aīalium tēdētiū mediāte ipso. Creauit itaqꝫ primuz appēdiculū viriū aīe spiritū et manationez scđam in mēbris corporis mediāte ipso. Produxit ēt spūz ex subtilitate humoꝝ ⁊ igneitate: quēadmodū ꝓduxit corpus ex grossitie ipsoꝝ ⁊ terrestritate. Eteni cōparatio spiritus ad humoꝝ subtilitatē est sic cōparatio corporis ad ipsos humores: quēadmodū eni mēbra cōstituuntur ꝑꝑ cōmixtionē ipsoꝝ adinuicē ꝓducētē ad formā aliquam cōpōnis qua cōmixtū disponit̄ ad recipiēdū habitum nō ꝯuenientē ei rōne simpliciū: simili mō ꝯstituit̄ spūs ex subtilitate humoꝝ cōmixtiōe ipsoꝝ q̄tuor ad formā cōplōnis qua spūs ꝑparat̄ ad receptionē viriū aīe q̄s ex simplicibꝰ nō acq̄rit. Pricipiū aūt eius est ex manatiōe diuina sine auaritia ⁊ diminutiōe qñ eiꝰ dispō cōplet̄ ꝑfecte: quēadmodū eni vnūquodqꝫ mēbrorū q̄uis ex ipsa suba humoꝝ ꝯstituat̄: nihilominus īest sua cōplexio rōne simplicis ꝓportionis quātitatū humorū ⁊ forme cōmixtōis ipsoꝝ. Silr̄ vnicuiqꝫ spiritui. vz. taz aīali q̄z vitali q̄z nāli: q̄uis eoꝝ suba ex subtilitate humoꝝ sit nihilominus ꝓpria inest cōplō rōne ꝓportionis quātitatū subtilitatꝭ humoꝝ ⁊ forme cōmixtionuz. Et sic ēt mēbra gñalia q̄uis plura sint numero: vnū tñ est gñone primū q̄lecūqꝫ sit illđ fm diuersitatē opionū: cuiꝰ gñonē sequit̄ gñatio ceteroꝝ mēbrorū. Silr̄ spūs gñales q̄uis plures sint nūero nihilominus vnus ipsoꝝ gñone ṗmus est q fm sniaz potiorem Phoꝝ gñat̄ in corde: ⁊ exinde ꝓcedēdo manat ⁊ penetrat in cetera ṗncipalia mēbra in qbꝰ cū sufficiēter permāserit adipiscit̄ ibi cōplōnē ꝑticularē ⁊ ꝓpriā: ita ꝙ in cerebro cōplōnē acq̄rit qua disponitur ad receptionē v̄tutū sensus ⁊ motꝰ. In epate v̄o cōplōnē susceptiuā v̄tutū nutritiōis ⁊ augmēti. In testiculis aūt acq̄rit cōplōnē qua ꝑparat̄ ad receptionē vl' ad recipiēdū gñonē. Et existit tñ haꝝ oīuz v̄tutū ṗncipiū fm dcm̄ Phoꝝ in corde: quēadmodū apđ eos q diuersificant̄ a snia eiꝰ ṗncipiū v̄tutꝭ visiue auditiue ⁊ gustatiue est in cerebro. Sz nihilominus fz eos spūs disponit̄ ad recipiēdū has v̄tutes ꝑticulares ī mēbris alijs ita ꝙ visiua mediāte cōplōne crystalline hūiditatꝭ qñ spūs cōplōni ꝯiūgit̄. Auditiua v̄o mediāte complōne obtici nerui. Gustatiua āt mediante cōplōne hūiditatꝭ quā sub radice ligue gñat spōgiosa caro. Supradictorū āt repugnātiū qdā sūt asserentes ꝙ v̄tutes spūs affert a cerebro nullo mō egēs ad ꝑfectionē v̄tutꝭ cōplōne mēbri ad qđ ꝓcedit: ħ ipz mēbrū ē tm̄ ꝯueniens instr̄z actiōi v̄tutꝭ nālis nihil ꝯferēs eiꝰ eēntie: verūtñ exq̄sita ꝑscrutatio v̄itatꝭ oīno cassat istoꝝ opionē: ⁊ v̄ificat isuꝑ ꝙ calefactionez v̄tutꝭ adipiscit̄ spūs in mēbro qđ est oꝑis istr̄z fm formā ṗdicte opionis. Dixerūt q̄dā ex seq̄ētibꝰ Phis ꝙ spūs vires aīe recipit a corde perfecte: ita ꝙ ad receptionem ipsaꝝ perfecte in ipso corde disponit̄ taliter ꝙ non indiget alio mēbro sicut de epate aut de cerebro ⁊c̄. Sed hanc opionē respuit ⁊ penitus cassat vltimata inquisitio veritatis.

¶ De diffōne ⁊ nā spūs ⁊ eius vtilitate. Cap. 2m.

VIta ⁊ q̄cūqꝫ ꝑfectio ⁊ oē bonū qbꝰ res distiguunt̄ nō nisi a ṗma v̄itate sūt q̄ oīuz bonorū ṗma est ⁊ vniformis manatio. At v̄o receptibilia sunt carētia dispōnibꝰ ad receptiōez ipsoꝝ. Et idcirco q̄đlibet susceptibile nō est dispōnis cuiuslibet receptiuū: quaꝑꝑ neq̄ lana īquātū lana recipe formā ensis: nec silr̄ aq̄ sub forma aq̄ recipe v̄tutē humane nāe. Sic igit̄ oīa corpa recipiunt vitā ṗter illa que nūero ⁊ quātitate sūt diminuta. Nūero qdem qm̄ nō viuētia corpa q̄tuor elnta sunt: ⁊ que illis approximāt in nā. Quātitate v̄o q2 oīa fere elnta q̄tuor sunt fere īsensibilis quātiatis ⁊ miora sunt oibꝰ rotabilibꝰ spheris: nec elōgat̄ ab intellectu qn ex stellis fixis sit aliq̄ maior eis. Demonstratio iteꝝ ꝯcludit ꝙ ħ oīa elntoꝝ corpa vel demōstrato iteꝝ ħ ⁊ ꝙ oīa elntoꝝ corpa sint veluti pūctus respectu corpis saturni: quāto igit̄ est ampliꝰ respectu suꝑioꝝ. Ampliꝰ āt apđ comprehēsores v̄itatꝭ cā ꝑꝑ quā nō receperūt vite formaz hec corpa est illđ quo cetera viuētia corpa tā simplicia q̄z cōposita diuersificant̄ ab eis. s. ꝯrietas nārū. nā eni vniuscuiusqꝫ est alteriꝰ nāe ꝯria: idcirco a gñe corpoꝝ celestiū valde elōgant̄: qm̄ celestia corpa disposita sunt ad nobiliorē spēz vite corpalis. elnta v̄o a vita oīno sūt elōgata. In corpibus āt cōpositꝭ cōmixtio frāgit formā ꝯrietatꝭ eoꝝ exinde causat̄ forma cōplōnis que qdē cōplō mediū q̄đdā est inter ꝯria ⁊ medio nihil absolute est ꝯriū. Et idcirco cōpositū disponitur ad vite receptionē: ita. vz. ꝙ quāto amplius ad mediū cōplō vicinat̄ tāto mixtū reddit̄ habiliꝰ ad recipiēduz nobilioris vite ꝑfectionē: adeo ꝙ qñ intātū tēꝑat̄ cōplō ꝙ ꝑ eq̄litatē cessat ꝯrietas in ea disponit̄ mixtum ad receptionē vite ꝯformis vite celestiuz corpoꝝ que dispō ī hūano tm̄ spū reperit̄: est igit̄ in sūma spūs sub gñata cōmixtiōe elntoꝝ v̄gēs in silitudinē suꝑcelestiū corpoꝝ. Et ꝓpterea iudicat̄ de spiritu ꝙ sit suba luminosa: ꝑꝑ qđ eniz dr̄ de visiuo spū ꝙ sit radiꝰ atqꝫ lux. Et exīde aīa gaudet ex ītuitu lucis ⁊ tristat̄ ī tenebris: qm̄ spūi q sedes ē aīe illđ ē ꝯforme: id aūt ꝯriuz.

¶ De ṗncipalibꝰ passiōibꝰ spūs cordialis ⁊ ṗmis causis ipsoꝝ. s. potētia ⁊ dispositione. Cap. 3m.

SApiens philosophoꝝ ⁊ medici eos seq̄ētes ꝯcorditer ponunt ꝙ gaudium ⁊ tristitia ⁊ ti-

mor ⁊ ira sunt ex passionibus spũs cordialis: ⁊ ꝙ que-
libet passionũ intẽdit̃ ⁊ remittit̃: nõ solũmõ ꝑꝑ agens:
sed etiã ꝑꝑ intẽsionẽ ⁊ remissionẽ dispõnis in suba pa
tientis. Assignãt ẽt sapiẽtes subtil'r dr̃iam inter poten-
tiã ⁊ dispõnẽ dicẽtes ꝙ potẽtia respicit vtrũqȝ ꝯrioꝝ
equal'r: dispõ vo nõ: q̃uis aũt gaudere ⁊ tristari pos-
sit ẽt hõ nihilominus aliqs est tm̃ ad letitiã disposit⁹:
aliquis vo ad tristitiã tm̃. Et simile iudicium est de ti-
more ⁊ ira ⁊ ceteris passionibus. Est igit̃ esse ⁊ rõ spi-
ritus gaudẽtis aut tristãtis in potentia aliud eẽ ab eẽ
⁊ rõne spũs dispositi ad alteꝝ predictoꝝ: videt̃ etiam
ꝙ dispõ sit perfectio potẽtie respectu alterius opposi
toꝝ. Ex quo pȝ ꝙ ⁊ si spũi ꝯueniat inquãtũ inest ei po
tentia tristari vel gaudere indifferẽter alterutrũ: non
tñ ei cõuenit ex parte ipsius dispõnis indifferenter al-
terutrũ. Rursus ẽt ex h̃ pȝ ꝙ potẽtia ad hec duo inse-
parabil'r inheret spũi ex gñatiõe ipsius. Dispositio vo
que ipȝ ad alteꝝ oppositoꝝ iclinat nõ isepabil'r ex ge
neratiõe iheret ei: ȝ accidẽ pt ex supuenietib⁹ causis.

¶ De gaudio ⁊ intrinsecis causis delectationis ⁊ tristi
tie ⁊ eorum diuersitate. Cap. 4m.

Gaudium est dlectatio q̃dã. oĩs aũt dlectatio
est apphẽsio aduẽtus ꝓprie perfectionis ab
aliq̃ vtute apphẽsiua: sicut in sensib⁹ apphen
sio dulcis ⁊ sapidi gustui ⁊ apphensio victo-
rie irascitiue virtuti ⁊ ꝑceptio alicuius vtilis ꝯtingent̃
estimatiue ⁊ opinatiue virtuti. oĩs aũt ꝑfectio seu etiã
delectatio est nãlis alicui virtuti: ⁊ ecõuerso: oĩs nãqȝ
perfectio nãlis alicui virtuti est dlectatio nãlis ei. For
sitan aũt ꝯtiget in aliqb⁹ virtutib⁹ ꝙ nõ oĩno dlectã-
tur nisi apud separationẽ dispõnis inãlis: ꝑꝑ qδ ẽt q-
dã opinant̃ ꝙ delectatio sit exitus a dispõne inãli. Fl
xo nãqȝ a dispõne vel habitu nãli non est delectatio.
hic aũt error incidit: qr qδ est ꝑ accñs accipit̃ vt ꝑ se.
in elẽchis eñ ostẽsuȝ est qm̃ hec est vna fallaciaꝝ. De
lectatio vo hmõi quãtũ ad ꝓpositũ spectat est qm̃ nul
lũ apphendẽs aliqd apphẽdit nisi apud alterationeȝ:
sicut in tactu pȝ. tangibilis enim q̃litas tãdiu delectat
q̃ȝdiu mẽbrũ tactiuũ ꝑmanet ꝯ̃rie qualitat̃ ⁊ patit̃ ab
alterãte qualitate. Qñ ḡ fuerit passuȝ ab ea sufficiẽter
efficit̃ qualitas cõpl'o mẽbri. Et ideo non delectat̃ ab
ea cũ oĩs delectatio cũ quadã alteratione ꝑsistat ⁊ ni-
hil alterat̃ a semetipso. Sil'r in ꝯ̃rio nõ ledit̃ qdã ethi-
cus calore q fortior est q̃ȝ sit in acute febricitantibus.
Acute tñ febricitãs ledit̃ calore q ẜm veritatẽ est cir-
ca illũ. Et hoc qr calor in ethica est collocat⁹ seu ha-
bituatus in mẽbris: ac si eẽt eoꝝ cõpl'o. in acuta vo fe
bre est q̃si volitãs supra ipsa ⁊ timet̃ a cõpl'one mem-
broꝝ. medici ẽt ꝓprio noĩe vocãt q̃litatẽ inherẽtẽ mẽ
bris sicut in ethica malã cõpl'õnẽ equaleȝ. Que aũt se
hȝ sicut in causone ꝓprie vocãt malã cõpl'õnẽ diuer-
sam. Jam igitur ex his relinquit̃ manifestum ꝙ cã ꝑꝑ
quã delectatio cessat postq̃ȝ habituate fuerint perfe-
ctiões sensibiles est priuatio apphẽsiõis itroit⁹ ipaꝝ:
⁊ ꝙ cã delectationis apud principiũ exit⁹ a dispõne i-
naturali est apphẽsio itroitus dispõnis nãlis. Sed ꝓ-
pterea ꝙ currit apphẽsio introitus dispõnis nãlis cũ
exitu a dispõne inaturali cõtingit vt sit delectatio cuȝ
exitu illo: ⁊ idcirco putat̃ qδ dcm̃ est: sed nõ est ita: sed
causa est introitus perfectionis sensu percepte ⁊ non
aliud: hec nãqȝ est causa delectationis ꝑ se. Causa vo
dispositionis ad delectationem est circa delectabiles
spiritus ẜm meliorem habitum in quãtitate ⁊ qualita-
te. s. vt nõ sit in substantia diminutus nec habitus siue
dispositio eius sit inaturalis in his que conueniunt ei.
Jn quãtitate qdem quoniam si spiritus fuerit multus
vehementior erit virtus ipsius. augmentũ eñ in quã-
titate prestat additamentũ virtuti in fortitudine: quẽ-
admodum est in radicibus scie naturalis declaratum.
Et exinde est ꝙ ꝓpter multitudineȝ suam durat am-
plius in abũdanti mensura in origie seu minera ipsi⁹.
Et diffusio eius abinde ad membra in dilatatiõe que
est apud gaudiuȝ ⁊ delectationem que fit ab abundã-
tiori mensura. Si eniȝ modicus fuerit qr cito dissoluit̃
natura conseruat eum apud originem suaȝ: nec dat ei
facultatem libere dilatãdi. Jn qualitate vo quoniam
si fuerit nobilissime cõplexionis ⁊ nobilissime substan-
tie. i. abũdantissime lucis: tũc est substãtie celesti simil-
limus. He ergo sunt cause dispõnis ad delectationẽ ⁊
gaudiũ: contrarie vo sunt cause dispõnis ad tristitiaȝ
⁊ dolorem. Cum enim scitur ꝙ he sunt cause delecta-
tionis in genere: ⁊ cõsequenter proculdubio scitur qr
eedem sunt cause gaudij qδ delectationis est species.
Spiritus ergo qui est in corde q̃ȝdo multus existit in
quãtitate ꝓpter materie multitudinẽ ex qua velociter
⁊ cõtinue generat̃: ⁊ est tẽperatus in complexione ⁊ in
substãtia luminosus splẽdẽs: tũc est ad gaudiũ dispo-
sitio fortis. Cum autẽ fuerit exigue quãtitatis sicut in
cõualescentibus ⁊ diuturnis morbis ⁊ senibus non tẽ
peratus cõpl'one sicut in morbis: ⁊ fuerit valde spisse
⁊ grosse substãtie sicut in mel'icis ⁊ senibus: ita ꝙ dele
ctari neqt ꝑꝑ grossitiẽ ⁊ spissitudinẽ eius: aut fuerit ni
mis tenuis sicut in cõualescentibus ⁊ mulierib⁹: ita vt
cũ dilatat̃ seruari nõ põt: aut fuerit tenebrosus sicut in
mel'icis: tunc est vehemens dispositio ad tristitiam.

¶ De causis exterioribus delectationis ⁊ tristitie ⁊ ea-
rum diuersitate. Cap. 5m.

Perfecte dispositũ ad effectũ aliquem est du-
plũ causarum illius effectus sicut sulphur ad
inflãmationẽ: ipsum enim adeo igne modico
inflãmat̃ ꝙ cum duplo eius lignũ inflãmari
nõ põt. Cũ ergo aĩa habuit spũȝ ꝑfecte dispositum ad
recipiẽdũ letificãtiũ causaꝝ ipressiones modica ex cã
ledat̃ ꝓpter qδ in bibẽtibus laudabile vinuȝ letitiam
multiplicat intãtũ aliqñ ꝙ putant̃ sine causa ridere cũ
tñ ita non sit. Eteni impossibile est ꝙ in aliqua re fiat
impressio sine aliquo impssore. Sȝ causa est qr vinum
quãdo bibit̃ moderate copiosuȝ generat spiritum mo
derate cõplexionis ⁊ substãtie ⁊ vehemẽtis luminis et
splẽdoris vnde ad letitiã valde disponitur. Et idcirco
valde letificat ob minimã causaꝝ sciscitãtiuȝ ⁊ recipit
impressiones ex causis vtilib⁹ in presenti fortius q̃ȝ ex
causis vtilib⁹ in futuro. Et ex causis ꝯuenientib⁹ dele
ctationi amplius q̃ȝ ex causis cõueniẽtibus honestati.

Et simil'r recipit tunc impressionez a causis que con-
gruunt potius ad generādum opinionem q̄z solidum
intellectum. Et huius qdez causa est: qꝛ virtus anime
suam in cerebro exercet actionē ⁊ exigit spiritum tēpe
rate humiditatis vt obediat motui cogitatiōis ⁊ exer
citio intellectus. Tunc autē est vehemētis humiditatꝫ
⁊ nimis motus ꝓpter mixtionē vapoꝝ ascendentiuz ⁊
inūdantium ibi īmoderate humectātiuz ipsuz: q̄zobrē
non obtēperat ītellectui nec motibus cogitatiōis .nisi
in rebus valde materialibꝰ ⁊ corporeis nō in rebꝰ sub-
tilibus valde ⁊ spūalibus: ⁊ cū in stabilitate al'r subti-
litate seu agitatione ipsius non obedit formationi seu
presentationi reꝝ spiritualiū sed formationi tm̄ valde
corporaliū rerum: vnde virtus seu ꝑfectio sui operis
apud cognitionē valde debilitatur ⁊ retrahitur ītelle
ctiua virtus ab eo tātuz quātū exigit aut ꝓcurat dispo
sitio eius donec ad temperamētuz eius complexio re-
ducat̄ ⁊ ipsius inundatio quietet̄: qꝛ eni virtus anime
que in corde est vehemētis existit dispositiōis ad gau
dium ⁊ non perueniunt ad eā letificantia vsitata inter
sensum ⁊ phantasiā: aut etiā cogitationē quibus opus
animatarū viriū roboratur ꝓpterea ꝙ diximus tūc cō
comitari spirituz que fortiora sunt in eo .s. excessus hu-
miditatis ⁊ inundatio: idcirco tunc sensus dn̄atur inte
riori spiritui ⁊ supra motū eius efficit̄ ītellectu poten-
tior. intellectus autē quando contra se illuz spiritū in-
uenit sic proteruū iuuatur sensu: ⁊ subijcit ipsum sicut
in geometricis ⁊ ceteris sciētijs fit. Quādo igit̄ res ta
liter se habet diminuit̄ in anima potatoris īpressio le-
tificātium honestoꝝ ⁊ ītelligibiliuz: ⁊ preualet impres-
sio letificātiū dulcium ⁊ delectabiliū sensibus ꝑ̄sentiū
maxime. Et qm̄ est dispositio fortis idcirco sufficit ad
letificandū debilissima causa sicut in pueris pꝫ ꝓpter
qꝺ putat̄ ꝙ sine causa letent̄ cum tamen sit impossibi-
le: quinimo causarum gaudij ⁊ tristitie quedā sunt for-
tes: quedā sunt debiles: quedā cognite siue manifeste:
quedam īcognite siue occulte. Earuz vͦo que īcognite
sunt siue occulte plures sunt assuete: ⁊ quāto eniz am-
plius assuete sunt tanto minus percipiūtur. De causis
autē gaudij ⁊ letitie fortibus ⁊ manifestis nō est neces
sariū facere mētionem. Alie vͦo sunt sicut intuitus celi
inter letificātes. cuius signum est: qꝛ contrarium tristi-
tiam causat .s. in tenebris permanere: aut sicut conuer-
sari cum cōsimilibus: cuius signum est ꝙ solitudo at-
tristat. De letificātibus similiter obtinere desideratuz
⁊ explere intētionem ꝭm exigētiam intēti sine impedi-
mento: ⁊ preponere facere quicq̄z placidū: ⁊ simil'r cō-
fidētia ⁊ memoria preteriti delectabilis ⁊ futuri ⁊ spes
⁊ meditatio in rebꝰ ambitiosis ⁊ mutua confabulatio
dilectoꝝ ⁊ euasio a tormēto ⁊ extraneitas reꝝ ⁊ admi
ratio ⁊ eleuatio mentis ⁊ obuiatio amicoꝝ ⁊ amicabi-
liū vicinoꝝ: quandoq̄z delusio ⁊ defraudatio ⁊ victo-
ria in minimis rebꝰ ⁊ multa cōsimilia: quoꝝ mentio fit
in libris rhetoruz ⁊ moraliū que in quaz oīa diuersifi-
cant̄ in gētibus ꝭm affectus ꝯsuetudines ⁊ etates: nec
aliqs ab eis repit̄ oīmode vacans. Nec ꝯtingit sil'r vt
cause cōiter letificātes in duplo plus aut amplius leti-
ficēt ceteris: nisi pro tāto qꝛ dispositio quando vehe-
mēter respicit alteꝝ oppositoꝝ nō patit̄ a causis alte-
rius: nisi fuerint valde fortes: patit̄ tamē a causis suis
⁊ si fuerint debiles. Et ꝓpter hanc cām in ebriosis du
rat letitia. Et in melāncholicis habētibꝰ spūs tenebro-
sos ꝑdurat tristitia leuius ex causis desolationis ⁊ tri-
stitie: sicut rememoratio distātis patrie nālis ⁊ remini
scentia multoꝝ nocumentoꝝ iādiu preteritoꝝ ⁊ odia
seu rācores ⁊ difficultas sanationis ⁊ onerosa conuer
satio ⁊ imaginatio terribiliū futuroꝝ ⁊ ꝓprie necessita
tis mortis a qua se auertit ītellectus ⁊ ītelligens discre
tio cū sit ineuitabile mori: ⁊ cogitatio sollicitātis medi
tationis in aliquo: ⁊ separatio ab occupatiōe placen-
ti ⁊ cogitatio distractionis ab ea ⁊ distractio a deside
rato seu a volito ⁊ multa alia cōsil'ia ⁊ aliqua que ne-
queunt cōprehēdi. Hec enim ⁊ cōsimilia ꝯtristant de
facili aīam dispositaz ad tristādū. Amplius in melan-
cholico fortitudo imaginationis contristātiū reꝝ fac̄
ei apparere ꝙ iā sit in actu res cuius si͞litudo aīe rep̄-
sentat̄: ⁊ idcirco in ꝯtinua perseuerat tristitia. Fortitu
do aūt imaginationis erat ꝓpter siccitatē spūs: q̄zuis
rectificet vel letificet motū eius: ⁊ ēt qꝛ ītellectꝰ a sen-
su ⁊ phātasia distrahit̄ ab actibꝰ rōnis ꝑꝑ corruptio-
nē cōpl'onis spūs qui ꝓprie mouet̄ ꝭm exigētiā dispo-
nentis cōpl'onis ⁊ qualitatis pessime ⁊ obscure.

¶ In quo ostendit̄ ꝙ vnaqueq̄z passio cordis dispo-
nitur ad generationem suiipsius. Cap. 6m.

NOn est aūt opinādū ꝙ oīs causa disponens
ad gaudiū vel tristitiā īmediate ꝯiūgat̄ sube
spūs sicut quātitas eius ⁊ qualitas: īmo alias
eē ꝯtigit causas a quātitate ⁊ qualitate spūs
vtpote aīe passiones que nihilominus disponūt ad al
teꝝ ꝑ̄dictoꝝ: q̄zuis h̄ faciant mediātibꝰ causis ītrinse-
cis ipsi spiritui .s. quātitate ⁊ q̄litate ipsiꝰ: h̄ est: qꝛ tēpe-
rant cōpl'onē ipsius: aut rectificāt spūz ⁊ multiplicant
quātitatē: ⁊ sic disponūt ad gaudiū: aut accidit eis cā
ꝯ̄ria: ⁊ sic ad tristitiā ꝯtrario mō disponūt: sunt ḡ cau-
se exteriores primarie ⁊ remote. Inherētes vͦo ad rō-
nē vnicā deducunt̄: ⁊ est qꝛ oīs actio ꝯ̄rium hn̄s si se-
pius iteret̄ reddit virtutē eius cuius est potētior ad ī-
primēdū effectū. oīs aūt fortificatio virtutis fit q̄dam
dispō ad effectū. h̄ aūt sufficiēter īductiōe manifestat̄.
Eteni corpus si pluries calefiat disponitur ad calefa-
ctionē velocē. sil'r si plures infrigidet̄ aut rarificet̄ aut
spisset̄ ⁊ in īteriorib' virtutibꝰ accidit illꝺ. Eteni ex fre
quenti actione ⁊ passiōe fortes habitus gn̄ant̄ in eis:
sic eni morales habitus acqrunt̄. huius aūt cā forsitan
est: qꝛ passio adueniēs rei frequenter efficit̄ ꝯueniens
sube eius. qꝺ aūt est alicui ꝯueniēs suo ꝯ̄rio disconue-
niēs est. Si ḡ sepius iteret̄ diminuit dispōnē ad illꝺ ꝯ̄-
riuz expellēdo id qꝺ est ꝯueniēs illi. Hec igit̄ est ꝺcla-
ratio supradicti ꝑ īductionē: manifestare vͦo illꝺ syll'o
ex per se notꝫ accepto ⁊ demōstratiua rōne valde ꝓli-
xum est. Sz ex ꝑ̄dictis eligit̄ ꝙ letādi frequētia dispo-
nit spūz ad letitiā ⁊ tristādi frequētia ad desolationez
⁊ tristitiā. Causa vͦo huius ꝭm nālem ꝑscrutationē est
qꝛ letādi frequētia duo ꝯsequunt̄. Et ꝑ̄mū .s. fortifica-

tio nālis virtutis. Scd̄m v̄o rectificatio al'r rarifica-
tio sp̄ūs quā in letitia ꝑpter dilatationē acq̄rit. ¶ Cō-
fortationē v̄o nālis virtutꝭ hec tria ꝯsequunt̄ quorum
q̄dlibet est cā letitie. Primū tēperamētū sp̄ūs. Scd̄m
v̄o multiplicatio ḡnationis ipsius supra illd̄ qd̄ ex eo
dissoluit̄. Tertiū est ꝯseruatio ipsius a dissol'one sup-
flua. Rarificationem sp̄ūs ꝯsequunt̄ duo. vz. dispō ad
motū ⁊ dilatationē pp subtilitatē sub̄e eius. Et scd̄m
est attractio nutrimēti ipsius pp motū dilatationis in
diuersaꝝ ptē motui nutrimēti. Ista aūt nā est iclinatio
nālis corporis ad euitādū vacuū. De nā enim est talis
motꝰ vt in ipso motu succedē faciat posteriora priori-
bus. Et fz hāc nām trahunt̄ aque valde distātes vsq̄
ad primos fluxus ipsaꝝ ⁊ vēti sil'r ⁊ cutis ēt a vētosis
⁊ aque iteꝝ in fistulis. Tristādi v̄o frequētia duo cōse
quunt̄. vz. debilitas nālis virtutis. Et scd̄m. s. ispissatio
sp̄ūs pp friditatē accidentē apud extinctionē caloris
nālis causatā a vehemēti coadunatiōe ⁊ coartatione
sp̄ūs. Ad hec v̄o duo sequunt̄ ꝯ̄ria eoꝝ que pauloan-
te iā diximus. Est igit̄ manifestū ꝙ letādi frequentia
disponit sp̄ūz ad letitiā ⁊ tristādi ad tristitiaz. Et ꝙ in
dispositꝭ ad letitiā ꝯtristātia nō iprimūt nisi fortia sint
letificātia tn̄ d̄bilia iprimūt. Et sil'r i tristitia fit ecōu̇so.

¶ De differentia debilitatis cordis seu pusillanimitatꝭ ⁊ tristitie ⁊ eorum contrarijs. Cap. 7m.

Debilitas cordis ⁊ tristitia quā q̄dā vocāt cō-
strictionem pectoris siue cordis sil'ia quādiu
sūt: ⁊ nihilominꝰ differūt. Et idē sil'r ē iudiciū
de ipoꝝ ꝯ̄rijs. s. fortitudie cordis ⁊ letitia quā
q̄dā appellāt dilatationē pectoris siue cordis. Latet
aūt d̄ria iter ista ꝑpterea q̄ ad alterutra cōiter conse-
quunt̄: putat̄ ēt de duobꝰ p̄mis ꝙ sint passiue disposi
tiōes: de alijs v̄o duobꝰ ꝙ sint actiue: attn̄ iter extre-
ma vtriusq̄ ꝯ̄rietatꝭ est d̄ria manifesta. Primo q̄dē q̄
nō sequunt̄ adinuicē. nō. n. oīs d̄bilis corde est tristis.
nec oīs tristis corde d̄bilis cordis ē p cōparatiōez ad
rē ꝯtristātez: sil'r iteꝝ nec oīs fortꝭ corde ē gaudēs nec
ēt eꝯ̄rio. Scd̄o v̄o qm̄ ipsoꝝ rōnes sūt differētes: d̄bi-
litas eni cordis ē dispō sumpta respectu terribiliū reꝝ
qm̄ ē in potētia tolerandi res illas. tristitia v̄o sumitur
respectu ꝯtristātiū rerū: qm̄ ē paucitas tolerātie ipsaꝝ
a corde ⁊ terribile nocitiuū qd̄ ē cordi: tristās v̄o noci
tiuū aīe ē. Tertio sil'r differūt q̄ꝫtū ad ꝯ̄tia q̄ sunt aīe.
nā d̄bilitas cordis mouet ad fugā. tristari v̄o seu cor-
dis strictura mouet ad resistētiā siue ad repellēdum ⁊
causat effectū eiꝰ qd̄ ē ꝯ̄riū fuge. s. iuadēdi. ṗterea d̄bi-
litas cordis tepescere facit motiuas v̄tutes. tristitia v̄o
excitat ⁊ mouet easdē. ⁊ sic in d̄bilitate cordis due sūt
passiōes. s. vna lesiōis ⁊ alia d̄siderij siue affectꝰ. in tri-
stitia v̄o vnica ē passio. s. nocumēti vel lesiōis: nec nāl'r
seq̄t̄ eā affectꝰ ad fugā: imo forsitan eligit̄ ip̄a fuga pp
aliq̄d accn̄s absq̄ appetitu iclināte ad recedendū. ⁊ si
dicat̄ appetitꝰ ē electio ⁊ nō nālis aut forsitan eliget̄ i-
uasio ⁊ repugnātia ⁊ nō fuga. Quarto iteꝝ differunt
q̄ꝫtū ad ꝯ̄tia q̄ corpis sūt. debilitatē nāq̄ cordis apd̄
obuiationē ꝓprij nociui seq̄t̄ remissio nālis caloris et
victoria frigoris. tristitiā v̄o apud obuiationez ꝓprij
obti vl' nociui iflāmatio nālis cal'itatꝭ. Quinto ēt d̄nt
penes causas dispositiuas. ad cordis nāq̄ debilitatē
nimia subtilitas sp̄ūs dispōnit ⁊ friditas cōpl'onis ipiꝰ:
ad tristitiā v̄o dēsitas sp̄ūs ⁊ caliditas sue cōpl'onis.

¶ Qualiter sanguis fm̄ sui diuersitatem causat differē-tes passiones cordis. Cap. 8m.

Sanguis abūdās ⁊ clarus ⁊ addite cal'itatꝭ ꝑ-
pter multitudinē sue iflāmatiōis ⁊ velocita-
tē sui motꝰ disponit ad irā. abūdans āt ⁊ cla-
rus ⁊ tēperatꝰ qm̄ ex eo ḡnat̄ copia clari spi-
ritꝰ ⁊ sub̄e laudabilis ⁊ tēperate cōpl'onis disponit ad
gaudiū. Sāguis āt subtilis ⁊ clarus ⁊ aq̄sus ⁊ frigidus
disponit ad timorē ⁊ cordis d̄bilitatē: ppea q̄ sp̄ūs ex
eo ḡnatus ē grauis motꝰ ad ex̄ ⁊ iflāmatiōis modice ꝑ-
pter friditatē ⁊ hūiditatē illiꝰ: ⁊ iō nō disponit ad leti-
tiā nec ad irā: ⁊ cū sit celeris resol'onis pp suā subtilita
tē: est ēt ḡnōnis exigue pp friditatē. Sāguis aūt gros-
sus ⁊ turbidus ⁊ addite cal'itatꝭ disponit ad tristitiaz ⁊
ad irā ēt pdurātē. Ad tristitiā q̄dē q̄ ḡnat̄ ex eo sp̄ūs
turbidus. ad irā v̄o q̄ velociter iflāmat̄ pp cal'itatem
suā. qd̄ āt efficit firmā irā ē spissitudo eiꝰ. Spissuz. n. q̄n
calefit tarde ifrigidat̄. ira v̄o causata ex sanguie chole
rico ⁊ subtili velociter excitat̄ ⁊ delet̄ pp itēsaz cal'ita-
tē sp̄ūs ex eo ḡnati ⁊ eiꝰ tenuitatē. si v̄o cū h̄ splēdidus
⁊ clarus fuerit sanguis est ēt letificās. Sāguis āt gros-
sus ⁊ addite cal'itatꝭ: nō tn̄ turbidus qd̄ raro ꝯtigit ef-
ficit hoīez nō tristē ꝫ audacē ⁊ fortꝭ cordis: ⁊ ē modice
ire: ppea q̄ letitia frāgit irā ⁊ tristitia disponit ad eaz.
Ira eni ē motꝰ ad expellēdū. letificātia v̄o d̄lectatiōi
ꝯueniētia sūt. In d̄lectatiōe v̄o fit q̄si motꝰ ad attrahē-
dū: idcirco in tali hoīe ex rebꝰ magnis causatur ira et
est vehemēs ꝑpter spissitudinē sp̄ūs eius: ⁊ pp ēt ean
dē cām est parui timoris. Sāguis aūt grossus ⁊ addi-
te friditatis ⁊ nō turbidus nec tristabilē nec iocūdum
efficit hoīez: nec ēt fortꝭ ire ꝫ est mediocriter timidus:
⁊ est ēt hebes ⁊ sincerus in oībꝰ rebꝰ pp sil'itudinez sui
sp̄ūs ad sanguinē eius. Sāguis āt grossus ⁊ addite fri-
giditatꝭ ⁊ turbidus facit hoīez d̄solabilē ⁊ tristabilez ⁊
ēt lēte ire nisi ex forti cā. Et eius ira minꝰ est firma q̄ꝫ
in calido ⁊ h̄ite ceteras ꝯditiones hm̄ōi al'r huic simi
les: firmior tn̄ est in eo q̄ꝫ in sanguie subtilis sub̄e pro-
inde est hō rācoris aut odij. Odiū eni est p̄seuerantia
forme nociui in imaginatiōe seu phātasia ⁊ p̄seuerātia
sil'r imaginationis affectꝰ ad vidictā sumendam ex eo.
Hoc autē est iō q̄ ira est quodāmō firma ⁊ motus ad
vindictā nō valde fortis. Et ꝙ ēt ira non est ꝯ̄ valde
fortē nec ꝯ̄ debilē valde. Sciēdū est eniz ꝙ ira q̄n ces-
sat velociter nō perdurat in imaginatione seu phāta-
sia forma nociui: sed cito delet̄: ⁊ iō nō causat ranco-
rē. Et sil'r q̄n est affectus ⁊ motus ad vidictam valde
fortꝭ: accidūt duo ꝓhibentia odiū seu rācorem: quorū
vnū est qm̄ aīa quādo totaliter ad vindictā trahitur ⁊
mouet̄ auertit̄ a ꝯsideratione ꝯditionū nociui ⁊ eoruz
que sequunt̄ ad ip̄m ab instātia formatiōis memorie.
De nā enim motiue virtutis est vt ab appḣēsis noci-
uis retrahat aīam ⁊ etiā ecōuerso. Sciēdū v̄o ꝙ quā-
do valde intēdit̄ affectus ad vindictā in aliquo ⁊ non

ingredit̄ ipsum timor peruenit ad hoc ex affectus istā-
tia vt efficiat̄ quesitū quasi apphēsuz ꝛ iā obtētuz apd
imaginationē ipsius. Cū eni ad vindictaz aliqs vtutis
motus intēdit̄ ꝛ vsus illud festinat valde repūtat illd
imaginatio quasi obtētum ꝛ iam existens. Cum vo in
imaginatione imprimit̄ forma quesiti siue desiderati:
sicut forma iā existentis ꝛ ad eaz peruenit forma eius
sicut forma rei ad quā terminat̄ motus cessat affectus
ab imaginatiōe ꝛ deletur in eo forma: ita q in memo
ria nō perdurat: ꝛ ideo nō fit rancor. nociuuz vo quā-
do est magnū sicut res aliqua magni timoris: tūc dspe
ratio de vindicta obtinēda ꝛ timor ꝓhibent fixionem
in anima forme desiderij ad vindictaz: proinde delet̄
representatio forme desiderij ꝛ forme nociui ab ima-
ginatione seu phātasia: quinimo representat̄ forma ti
moris existētis in anima: proinde etiaz ibi representat̄
forma desiderij ad fugam nō ad inuasionē: ꝛ ideo tūc
in anima nō ꝑdurat forma rācoris. ¶ De pueris aūt
ꝛ debilibus q facilis est possibilitas sumēdi vindictā
ab eis ꝛ modicū timet̄ representat̄ acsi iam fuisset acce
pta. Etenim nimia leuitas accipiēdi vindictā repsen-
tatur apud imaginationē quasi obtētuz ꝛ iam existēs:
imaginatio aūt mouet nō fm id qd est in re sed fm id
qd in ea representat̄: ꝛ ideo quando apud eam vindi-
candi leuitas presentat̄ quasi obtētum reputat̄ vindi-
catio ex debilibus sicut accepta: ꝛ idcirco incontinēti
cadit affectus ad eam ꝛ omnino deletur. Qr aūt ima-
ginatio moueat fm representata nō fm exigentiaz re-
rum manifestat̄ ex eo q homines mel abhorrēt quā-
do apud eos assimilatur euomite cholere. Silr cibos
laudabiles atq sapidos quādo colores eorum assimi
lant̄ coloribus horribilium corporꝝ ꝛ etiam forma for
mis: quāuis etiā talia non eē credant̄. Similr in ꝓpo-
sito quando quedā similitudo rei supradicte represen-
tatur: siue ꝓpter vehemētiaz motus desiderij: siue ꝓ-
pter leuitatem acquisitionis desiderati tāq esset obtē
tum afficit: acsi iam realiter esset ꝛ ideo non fit rācor.
Sic g ex ꝑdictis est manifestū q inter cōplones supi9
nominatas vltima est valde disposita ad rancorez.

¶ De differentibus modis letificandi ꝛ cōfortandi re
pertis in medicinis. Cap. 9m.

M Edicine letificātes. Letificāt quidem ꝑꝑ ali
quā supradictarꝝ causarꝝ: vtpote vel q nutri
endo restaurant spiritū sicut vinum: aut pre-
bent ei splēdorem ꝛ lumen sicut margarita ꝛ
sericū cū potētia abstergendi quā habēt: aut ꝯgregan
do ꝛ prohibendo celerē dissolutionem ipsius sicut em
blici ꝛ karabe: aut tēperādo cōplexionem siue cū cali-
ditate vt doronicū siue cum frigiditate vt cāphora et
aqua ros. aut cōfortando per delectabilem cōplexio-
nē ipsius sicut suauia aromatica: aut sequestrādo me-
lācholicū ꝛ turbidū humorē ab eis sicut buglossa ꝛ la
pis lazuli: ꝛ illud sepatiz vt dcm̄ est: aut cōiūctim sicut
si cōiungat̄ corallus ꝛ karabe ꝛ buglossa: quēadmo-
dū docebimus in cap. vltis huius libri: aut forte letifi
cant ꝑꝑ ꝓprietatē inataz sicut hyacitus. ꝓprietas aūt
quandoq coniungitur alicui predictarum causarꝝ si-
cut in musco ꝛ ambra: hec eni letificant cum ꝓprietate
que iūgit̄ aromaticitati refocillāti spūs. silr ēt succ9 ma
cianorꝝ: ipse eni letificat cū ꝓprietate: ꝛ qn spūs cōple-
xio est calida valde letificat simul qdez cuz ꝓprietate
ignota ꝛ cum aliqua causa ex cognitis. vz. cū frigidita-
te. doronicū silr qdem cū proprietate letificat. ꝛ quan-
do spūs cōplo frigida est letificat ēt cū ꝓprietate silr tē
perando cōplonē ꝑ calefactionē. ¶ Supradictarꝝ au
tem illa que ꝓprietati cōiungit̄ qnq est vlis qnq ꝑ-
ticularis. Illa g que vniulis est nullius eget repssione
in aliqua causa dbilitatis cordis aut tristitie qualis cā
est aromaticitas. Si vo particularis fuerit in aliqbus
eget repressione sicut frigiditas succi vel syrupi macia
norꝝ que inquā letificat in vna complexione ꝛ non in
alia. Cū ergo quis in frigida complexione vti ꝓposue
rit ad letificādum syrupo macianorꝝ frangere opz cuz
calefacientib9 ipsius frigiditatē. Erit aūt recti9 si fran
git̄ cuz calefaciēte qd etiā ex proprietate letificat sicut
si misceat̄ syrupo macianorꝝ aliquid musci vel ambre
quādo fm intentionē curationis ad letificationez ꝓpi
nat̄ frigidam complexionē hnti. Ad qualitates autez
conuenientes substātie naturali cuz appetitu inclinā-
tur virtutes: quarum ꝓpria sunt obiecta sicut sūt aro-
maticitas ꝛ dulcedo: hoc eni desiderant olfatiua ꝛ gu
statiua ꝛ nālis virtus etiā inclinat̄ naturaliter ad ipa.
Duarꝝ eniz medicinarꝝ equaliū in virtute dulcior qdē
ꝛ aromatica magis efficacioris est iuuamenti: ꝛ ꝑꝑea
virt9 attractiua mēbrorꝝ recipit fortius ꝛ spūs celerius
inde nutrit̄ si potentiā habuerit nutriēdi: ꝛ ab ea cele-
rius patitur inquātū est medicina: verūtamē subiectū
aromaticitatis est subiectiue substantia vaporosa siue
fumalis. subiectum aūt dulcedinis est spissa substantia
terrestris: ꝛ ideo aromatica magis cōgrua sunt nutri-
mēto spirituū: dulcia vo corporis nutrimēto. Proide
etiā in cordialibus nutrimētis potius exigit̄ aromati-
citas q dulcedo: qm̄ cor est minera generationis nu-
trimēti spirituū. Epar aūt q est minera generationis
nutrimēti corporis exigit in nutrimētis ipsius de aro-
maticitate minus: ꝛ de dulcedie plus q in corde. aro
maticitas autē exigit̄ in eis: idcirco q epar est minera
spiritus nālis nō quidem minera generatiōis ipsi9 apd
cōtemplatores veritatis: sed tm̄ minera receptionis ꝛ
sedes: apud tamen artificē medicine sic. Spiritus eniz
naturalis inclinatur ad aromaticitatez ꝛ confortatur
ꝛ refocillatur ab ea: ꝛ consequenter inde virtutes na-
turales proculdubio confortantur.

¶ De ꝓprietate qd sit ꝛ qtū differat a nālitate. C. 10m.

P Roprietas est in veritate nihil aliud q nā.
Nā vo est principiū motus ꝛ quietis in reb9
in qbus sunt per se cūctarūq opationū ꝑ se
ꝯuenientium eis ꝛ ꝓpriarꝝ: verūtamē differt
proprietas a natura sicut ꝓpriū a cōi. vulgaris autem
opinio est q differāt sicut opposita. verūtn̄ nō est sic:
sed veritas quidē est q in elemētis que componentia
sunt generabiliū ꝛ corruptibiliū corporꝝ. Primo cau-
santur quedā virtutes actiue: ꝓut existūt in statu sim-
plici, s. prout sunt ignis ꝛ aer ꝛ aqua ꝛ terra. Scdo vo
causantur

causant͡ alie in cõmixtis causata cõplexione mediante qua disponunt͡ ad receptionẽ earũ ſm quãcũq̈ dua-rum opinionũ. Quarũ quidem vna est q̃ in genera-tione formarum dispositiones introducunt͡. Alia vo ꝙ omnes formaꝝ dispositiones inherent materie vel hyle ex sui primordiali origine. Sed quãdo aliqua ex formis aduenit mãe ꝓhibet siue ligat aliarũ formarũ dispositiones. Cũ vo alia forma superuenit auferẽs exi-stentẽ cassando illaꝫ cassat dispositiones ꝓhibitionis ipsius alr̃ causandi illaꝫ causat dispõnes illius: ⁊ tunc hyle ad naturalẽ potẽtiã dispõnis regredit͡: sed qua-litercũq̈ sit hoc est verum ꝙ a forma huiusmodi pfe-ctius manat in cõposito virtus que nequit in simplici bus inueniri: ⁊ ꝙ dispõ ad receptionẽ illius cõpletur post cõmixtionẽ simpliciũ. verbi gratia. sicut est in ma gnete virtus attractiua ferri quã nulla elemẽtariũ vir tutuꝫ inuenit͡ habere. Sed exitus eius est a manatiõe diuina procedente in omnibus rebus ⁊ ꝓducente cũ-ctas virtutes de potentia in actũ siue cũ dispositione prima sicut in elemẽtis siue cum dispositione secunda que est cõplexio in cõpositis seu cõmixtis: ipsa eni dis-ponit ad receptionem predicte virtutis ⁊ nõ est ipsaꝝ virtus nec forma ipsius. ¶ Et eadẽ qdẽ est responsio ad questionẽ de ꝓꝑietate factã que est respõsio facta ad questionẽ de nã. Sicut. n. quando querit͡ ꝓpter qd cõburit ignis. nemo põt aliter dicere vel respondere q̈ propter caliditatẽ. ⁊ hoc quidem nihil aliud dicere est q̈ qꝛ hꝫ per naturam caliditatẽ cõbustiuã. Simili-ter si dicatur quare magnes attrahit ferrũ. non potest quidem aliter responderi q̈ ꝙ dicatur ꝙ naturalem hꝫ virtutem attractiuaꝫ ipsius. Ex quo patet qm̃ sicut sciens ꝙ ꝓpter caliditatem cõburit ignis est sciẽs ſm veritatẽ ⁊ nõ est ignorans. Similiter ⁊ qui scit ꝙ ma-gnes attrahit ferrum qꝛ virtutẽ habet cui⁹ natura est attrahere ferruꝫ sicut natura virtutis que nominatur caliditas est in igne cõburere: ꝓculdubio sciẽs est nõ ignorãs: sed cõbustiua qdem virtus nomẽ hꝫ appro-priatum: alia vo nõ. Et est etiam cõiter alia via quasi extranea nec opinãdũ est ꝙ rei pfecta notitia per hoc nomen habeat͡ adeo ꝙ sine ipso haberi nõ possit vllo mõ: quoniã notitia ipositi nominis nõ tollit ignorã-tiã quã iducit extraneitas rei. ¶ Predicta vo rñsione nõ sunt cõtenti vulgares: ideo qꝛ supponit͡ apud eos ꝙ omnis operatio ꝓcedens a corpore fiat a calidita-te vel friditate vel humiditate vel siccitate aut graue dine aut leuitate aut motu vel aliq̃ ex his que in sim-plicibus manifeste inueniunt͡. Cũ ergo actio nulli at-tribuitur predictorum nec est sensu manifesta ratio ꝓ-cessus eius ab illo corpore putant ꝙ omnia principia eius ignota sint cũ tamẽ nõ ita sit. Etenim intelligens bene scit qꝛ ꝓcedit vel a virtute naturali vel animali vel intellectiua vel accidẽtali. Cetera que dicunt͡ sup actione magnetis. s. ꝙ trahit cuꝫ caliditate sua vel fri-giditate vel anima vel cũ emissione corpoꝝ curuoruꝫ ad modũ hami vel cum similitudine quã natura eius hꝫ cum natura ferri vel cuꝫ vacuitate que est in ipso: oĩa inquã falsa sunt: quoꝝ falsitas cõsideranti verita-tem leuissime reuelat͡. magnes enim adipiscitur virtu-tem ferri attractiuã cũ complexione: sicut planta acq̃-rit cum cõplexione nutritiuã virtutem: nec ignorãtia de ista virtute quare potius in magnete q̈ in aliq̃ re alia ĩuenit͡ maior sit q̈ ignorãtia i aliis reb⁹. Hec eni ignorantia in duobus cõsistit. Quoꝝ primũ est igno-rantia factiuoꝝ. s. principioꝝ ꝓducentiũ hanc virtutẽ in esse. hec aũt ignorãtia nõ magis appropriatur huic virtuti q̈ cuilibet cognite nature. Scdm̃ vo est igno-rantia receptibilis. vꝫ. dubitare de causa propter quã ad receptioneꝫ virtutis huius disponit͡ plus q̈ aliqd aliter aliud corpus. Et hec similiter ignorantia nõ est magis ꝓpria huius virtutis q̈ aliarum naturaliũ re-ruꝫ: talis enim ignorantia est in nobis de coloribus ⁊ odoribus ⁊ virtutib⁹ anime ceterisq̈ simili⁹. De oĩ-bus enim his rebus scimus quoniam ad actũ essendi perueniunt a principiis actiuis quorũ causa deus est benedictus: ⁊ scitur etiam quoniã illud est propter ap propriationem materie causa dispositionis sequentis complexionẽ. Ponimus etiã ꝓportionem simplicium causare complexionem aliam: quã quideꝫ ꝓportionẽ simplicẽ huius cõmixtionis ignorabimus q̈ diu viue mus in hoc mũdo: vnde patet qm̃ ignorãtia causaruꝫ penitus hui⁹ virtutis in magnete nõ est mirabilior q̈ ignorantia causarũ disponẽtiũ res ad rube. aut citrini tatẽ aut corp⁹ aut aiam. Sed a rebus qdẽ ꝯsuetis ad-miratio cadit ⁊ negligit aĩa de ipsis inq̃rere: q̃ auteꝫ raro est excitat admirationẽ ⁊ iducit ad inquirendũ ⁊ ad speculandũ de causis eius. In sũma ergo proprie-tas est natura inuenta in cõmixtis corporib⁹ ꝓcedens in eis a supna ⁊ plenissima influentia vel ꝓpter dispo sitionẽ ꝓpriã vel ꝓpter dispõnẽ mãe passe que parti-cularẽ ⁊ ꝓpriã dispõnem acq̃rit. Sic loquendũ est ſm veritatẽ de ꝓprietate corporum cõmixtoꝝ. verũtamẽ ſm ꝯsuetã opinionẽ differt ꝓprietas a natura: qm̃ ꝓ-prietas dicit͡ virtus cõmixtis inuenta corporib⁹ a qua ꝓcedit in alio corpore actio insueta quãtũ ad manife-stam naturã. Dicit͡ vo natura virtus qua corpora sim plicia operant͡. de hoc igit͡ ad tãtũ se extẽdit cognitio vulgariũ ⁊ debiliter perscrutantiũ veritatẽ ꝙ si ignis esset res difficilis inuẽtionis ⁊ de longinquis partib⁹ afferretur admiraret͡ vtiq̈ vulgus de ꝓprietate eius amplius q̈ de ꝓprietate corpoꝝ ceteroꝝ: ⁊ inq̃reret attẽtius de causis ꝓprietatis ipsius q̈ de causis alia-rum ꝓprietatũ: qm̃ ipsius operationes valde mirabi-les sunt. Etenim pñtia eius extrahit visum de poten tia ad actum ⁊ tangi se ꝓhibet ⁊ ascendit sursuꝫ ⁊ ascẽ dere facit ea que vincere põt ⁊ generat͡ ex modico ip-sius in vna hora quãtitas magna ⁊ corrũpit omne il-lud cui obuiat ⁊ transmutat ad sui substãtiã: nec. n. mi-nuit͡ si accipiat͡ ex eo. Et hec quidẽ in veritate mirabi liora sunt q̈ tractus ferri a magnete vel q̈ cetere ꝓ-prietates. Sed quoniã ista vsitata sunt ⁊ quotidie ap-parentia cadit ab eis admiratio ⁊ sollicitudo perqui-rendi causam ipsorum. Actio vo magnetis quia rara est ⁊ insitata inducit admirationẽ ⁊ prouocat ad in-quirendum de causa ipsius.

¶ Incipit Tractatus Secūdus: Cuius ꝯtinet cap. 5.

¶ De nuō ⁊ notificatōe ṽtutū mediciaꝝ ī gñe. Ca. pᵐ.



Xpedit vt tractare volētes de ꝯditiōi-
bꝰ mediciaꝝ cordialiū memoremꝰ opa
cuiuslibet spēi ipsaꝝ: ante tū h̄ ꝯueniēs
est vt oium medicinaꝝ vl'r q̄litates ſm
ordinē nūeremꝰ diuidētes: q̄m q̄litatū
medicinarū q̄dā iherēt ipsis substātijs
medicinaruȝ ex se siue anteq̄ȝ patianꝛ a corpe siue nō.
Quedā ṽo eis attribuunꝛ ꝑ cōparationē ad effectuȝ
quē in corpe derelinquūt ⁊ in his q̄ in ipso reperiunꝛ.
Qualitates aūt que in ipsis substātijs mediciaꝝ rōne
sui attribuunꝛ sunt. ṽ.g. caliditas friditas siccitas hu-
miditas subtilitas ⁊ grossities ⁊ ꝯgelatio al'r coagula
tio viscositas liq̄ditas miutio sapor ⁊ odor. Dicitꝛ aūt
cal'a q̄ cuȝ passa fuerit a nāli virtute nr̄i corpis calefit
primo: deide calefacit postmodū corpꝰ nr̄m. Sil'r itel
ligēdū ē de frida ⁊ sicca ⁊ humida. Subtilis ṽo medi-
cina q̄ postq̄ȝ passa fuerit a p̄dicta ṽtute in corpe nr̄o
velociter in minimas ptes diuiditꝛ q̄ȝtuȝ est pol'e sicut
cinamomuȝ atq̄ȝ crocus. Grossa ṽo dꝛ q̄ huic ꝯ̄ria est
sicut cucurbita ⁊ gipsuȝ. Coagulatiua ṽo medicia est
que frigore coagulata calore dissoluitꝛ ⁊ liquefit atq̄ȝ
calore dissoluta frigore coagulatꝛ. Medicia ṽo liq̄da
est cuiꝰ ptes de facili recedūt a loco in quo ponunꝛ.
Uiscosa ṽo dꝛ que tolerat extēsionē absq̄ȝ īteercisiōe.
Cōminuibilis ṽo medicia est q̄ diuidi pōt in minimas
ptes a debili cā. Quid aūt sit sapor ⁊ odor iā notū est.
Qualitatū aūt que medicis attribuunꝛ respectu ipres-
sionis que in corpe vel ꝯueniētibꝰ ei relinq̄ꝛ: q̄dā acci
piunꝛ ab actiōibꝰ absolutis: q̄dā ṽo ab actionibꝰ rela
tis ad ptes corpis spāles. Prime ṽo sunt que signanꝛ
cū dꝛ medicia subtiliatiua aperitiua relaxatiua lauati-
ua īcisiua attractiua mordicatiua dissolutiua absteri-
ua ⁊ aspatiua rubificatiua vlceratiua pruritiua cōbu-
stiua corrosiua putrefactiua cauterizatiua maturati-
ua digestiua īflatiua frāgitiua vētositatꝭ igrossatiua i-
uiscatiua lenitiua lubrificatiua ꝯstrictiua expssiua op-
pilatiua repcussiua stupefactiua ꝯfortatiua īcuratiua
mortifera corruptiua seu venenosa tyriacalis. Alie ṽo
q̄litates sunt que signanꝛ cū dꝛ medicia laxatiua ꝓuo
catiua vrine aut sudoris īductiua vel nauseatiua vo-
mitiua retētiua sanguis aut vrine ꝯstipatiua cicatriza
tiua vlcerū gñatiua ⁊ mūdificatiua ipsoꝝ decoratiua
excorticatiua. Ad distinctā aūt cognitionē cuiuslibet
q̄litatū volumꝰ explicare cuiuscūq̄ȝ p̄dictoꝝ vocabu-
loꝝ ītētionē. ¶ Subtiliatiua ꝗ medicia ē illa q̄ subaȝ
humoris efficit tenue leuiter dissoluēdo cū tēpata ca-
liditate. ¶ Dissolutiua ṽo medicia ē illa q̄ pp excellē-
tiā sue caliditatis humorē diuidit sub forma vaporis
⁊ eiꝰ ptes exhit successiue a loco in quo īcluditꝛ donec
ꝯsumatꝛ. ¶ Abstersiua q̄deȝ est q̄ remouet a sup̄ficie
mēbroꝝ ⁊ orificijs poroꝝ coagulatas ⁊ viscosas hu-
miditates. ¶ Exaspatiua ṽo est q̄ mēbrū efficit ī sup-
ficie diūsaꝝ ptiū q̄ ad sitū: ⁊ exaspans q̄dē efficitꝛ ab-
stersiua q̄n trāsit sup mēbrū solide sube sic̄ cartilago ⁊
os: cuiꝰ q̄dē sup̄ficies nāliter ptes hȝ diuersas in situ:
ꝫ humiditas viscosa vl' lenis currēs sup ipȝ applanat
eā accn̄tal'r: vn̄ abstersiua trāsiēs sup eā reducit ipaȝ
ad nālē aspitatē. ¶ Apitiua est q̄ non tm̄ ab orificijs
meatuū: ꝫ a ꝯcauitatibꝰ ipoꝝ mouet māȝ ad ex intꝰ cō
tētā. ¶ Relaxatiua est q̄ subam mēbroꝝ habētiū spis
sos poros efficit leuiorē cal'itate ⁊ humiditate pp q̄ꝺ
expulsio sup̄fluitatū q̄ ꝯtinenꝛ in eis fit leuior. ¶ La-
uatiua ṽo est que abstergit ⁊ nō cū actiua virtute sed
cū passiua. s. hūiditate: ⁊ h̄ iō q2 currit sup orificia po-
roꝝ leniēs hūores viscosos ⁊ ꝯgelatos existētes ibidē
sua hūiditate lubrificatiua cōmiscēdo se illis q̄ȝobreȝ
remouet eos ab ide pp motū eiꝰ sup illoꝝ sup̄ficieſ sic̄
aq̄ ordei ⁊ aq̄ simplex cal'a q̄ si fuerit ibi virtꝰ abster-
siua erit ablutio fortis sic̄ est aq̄ saponis ⁊ saponarie.
¶ Incisiua āt ē medicia subtil' pfecte potēs penetra
re iter sup̄ficiē mēbri ⁊ sup̄ficiē viscosi humoris adhe-
rētꝭ ei dōec sepet ipȝ ab ea: ⁊ sil'r penetrare potēs iter
ptes hūoris dōec diuidat eas ⁊ a ꝯtiuitate remoueat
diminuens ꝯgeries ipsiꝰ hūoris absq̄ȝ subtilitate sube
atq̄ȝ ipm soluēdo ꝯsumit: ⁊ icisiuū q̄dē opponitꝛ adhe
rēti viscoso quēadmodū subtiliatiuū grosso opponitꝛ.
¶ Attractiua ṽo ē medicia hn̄s ṽtutē valde penetra
tiuā mouēs hūorē quē attigit ad sup̄ficiē aut cū ꝓpe-
tate aut cū calefactiōe. Calefactiōe q̄dē q2 dissoluit ⁊
ad locū dissolute hūiditatꝭ necitatꝭ vacui alia subseq̄ꝛ
vice p̄me. Iteꝝ etiā q2 rarificat pp q̄ꝺ attractio fit ad
replēdū vacuū ⁊ iterū ppea q2 cāt dolorē. Et ad mē-
brū q̄dē dolēs ꝯfluūt māe duplici de cā. Quarū p̄ma
ē: q2 dolor ṽtutē mēbri d̄bilitat ⁊ idcirco recipit sup-
fluitates q̄ ab alijs mēbris expellunꝛ ad ipȝ. Scd̄a ṽo
est q2 sp̄us nālis ꝓcedit ad ipȝ ad ipugnādū cāȝ noci-
uā quē seq̄ꝛ sang. multitudo. ¶ Mordicatiua ṽo me-
dicia est illa q̄ hȝ q̄litatē subtil'r penetrātē cāns icōti-
nuitate sol'onē multiplicē nuō tn̄ praue q̄ȝtitatis ēt ꝓ-
ping situs gñans dolorē. ¶ Rubificatiua ṽo est q̄ for
ti cal'itate mēbrū cui obuiat calefacit itātū vt ad ipm
fortiter trahat subtilē sanguinē ⁊ rubificātē superficiē
eiꝰ sic̄ synapis cū ficubꝰ ⁊ mētastro pp q̄ꝺ eiꝰ actio vicē
cauterij supplet. ¶ Ulceratiua ṽo ē q̄ hȝ potētiā ru-
bificādi adeo excellētē vt dissoluat hūiditatē ꝯtinua-
tiuā ptiū q̄bꝰ obuiat cātq̄ȝ vlcera vel vulnera ⁊ attra
hit ad ipȝ sup̄fluitates q̄ȝobrē vlcꝰ efficiūt q̄lis ē ana-
cardus. ¶ Pruritiua aūt est q̄ pōt acumine ⁊ cal'itate
sui vsq̄ȝ ad poros hūores mordicātes attrahē: nec tn̄
vlcerare pōt quēadmodū serapinū. ¶ Adustiua ṽo ē
q̄ facit euaporare humiditatē ab humoribꝰ relinquēs
cinereitatē ipsoꝝ in corpe sicut euforbiū ⁊ asa fetida.
¶ Corrosiua ṽo ē q̄ dissoluēdo ⁊ vlcerādo puenit ad
diminuēdū subaȝ carnis. ¶ Putrefactiua ṽo est que
ꝯtinuitatē mēbri corrūpit dissoluēdo nālē sp̄m atq̄ȝ
calorē ipiꝰ absq̄ȝ eo q̄ corrodat ipȝ aut cauterizet aut
cōburat sed relinq̄t in eo humiditatē in quā agit calor
ināl'is. ¶ Dispō aūt hūiditatis in quā agit calor ināl'is
putrefactio noiatꝛ. Tales aūt medicine sunt arsenicū ⁊
rutha syluestris. ¶ Cauterizatiua ṽo est que cutē cō-
burit tal'r vt eiꝰ cōsumat humiditatē: pp q̄ꝺ eius ptes

corrugant sicut in eo qd assat quobrē efficit suba cuius oppilās meatū hūoris fluētis. ¶ Maturatiua medicina est illa q̄ rectificat subam hūoris vtpote subtiliādo si fuerit grossus aut ecōtra pp qd ad expellēdū habilitat: et illud qdē facit qnq3 cū suba sua. nā si subtilis fuerit subtiliat nimis grossuz. si vo grossa qd nimis ē subtile igrossat: qnq3 vo facit illud cuz qlitate. nā si fuerit cal'a maturat per se: frigida vo per accidēs. etenī cal'a subtiliat qd est grossuz et nālr separat iter corpa et rez ex̄neā. frida vo qn est nimis subtilis pcurat subam mediocrē et nimie cal'itatis cōplexionez tēperat. Et oē qdē qd a calido liquefit a frido coagulat et ecōtra. Cuz g subtilitas hūoris cātur a caliditate ex̄nea: ita q caliditas nālis efficit pp illud ipotēs ad expellēdū ipm: fridū qdē tūc frāgit ex̄nei caloris acumen. ¶ Digestiua vo medicina est que trāsmutat cibū in hūores laudabiles qb9 corp9 nutrit et humores in subam corpis.
¶ Inflatiua vo medicina est in cui9 suba dnat grossa hūiditas ex̄nea tēpate cōmixta in q̄ cū egerit caliditas nālis gnat ide vētositas que nō dissoluit sicut sunt faseoli. ¶ Istarū vo medicinarū qdā cāsant inflationē in stōcho: qdā in venis. in qbus enī predicta humiditas fortius est cōmixta nō dissoluitur ide multa vētositas nisi apud separationē partiuz medicine: idcirco cātur in venis inflatio nō in stōcho. Tales aūt medicine sūt sicut zi3iber et eruca: et sunt medicie cgruētes ad excitādū libidinē. ¶ Frāgitiua vētositatis medicia cōplēs est cū cal'itate subtili et ignea defectū cal'itatis debilis que dissoluere neqt vētosam humiditatē in quā agit.
¶ Dissolutio aūt hui9 medicie qn puenit ad dissol'onē iflatiōis cātā in venis a cibis et medicis qle ē semē ruthe et agnicasti et h9 medicie nocent libidini. ¶ Ingrossatiua vo medicia ē c̄ria subtiliatiue. ¶ Inuiscatiua seu lenificatiua medicia ē illa q̄ sui viscositate extēdit supra supficiē mēbri diuersarū ptiū in situ. s. aspi sicut stōchi et mrīcū et trachee arterie quobrē cāt in eis supficiē ex̄neā atq3 leuē. ¶ Lubrificatiua aūt medicina est q̄ hūectat supficiē corpis in meatu retēti et liberat meatū ab eo qd retinet. Corp9 qdē retētū cū grauitate ppria et nāli mouet pp qd medicia efficit p accidēs mouēs ipm qles medicie sūt pruna et mucilagies.
¶ Cōpressiua vo medicia est sicca cāns in mēbro siccitatē et coadunationē ipsi9 ad seipm vn obturat trāsitus et meat9 et ex fortitudine cōpressiōis et coadunationis ptiū mēbri adiuicez cogunt hūiditates subtiles in ei9 ccauitatib9 pmanētes exprimi violēter ex motu ei9 opposito. ¶ Oppilatiua medicia est illa q̄ in meatib9 currēs resistit virtuti motoris et remanet apd quelibet cstrictiuā et replet vlc9 sic est lutū comestibile. ¶ Repercussiua vo medicia est frida q̄ adeo ifrigidat membrū q ipm ispissat et ei9 meat9 restrigit et fluēs ad ipm cgelat et ispissat extiguēdo cal'itatē ipsi9 quobrē retiet ipm et phibet ei9 motū et pprie si fuerit grosse sube sic oleū ro. ifrigidatū et mucilago psilij et csil'ia. ¶ Stupefactiua est medicia frida q̄ adeo ifridat mēbrū qd pp friditatē alterat subaz spūs penetrātis in ipz et exhibit a cōplexiōe sua q̄ recipit virtutē sensus et mot9 et pmutat et cōpl'onē ipsi9 mēbri vn āputat sensuz ei9. ¶ Cōfortatiua medicia est q̄ adeo tēpat cōpl'onē mēbri vt phibeat ipz recipe cōruptelā aut cū ppetate aut cū sua cōpl'one ita. s. q ifridat nimis cal'm et nimis fridū calefacit quēadmodū de ol'o ro. cōmemorat Gal'. ¶ Incrudatiua medicia est q̄ friditate sua phibet maturationē et digōnē sic aq frigida cū bibit in apate stōchi.
¶ Mortificatiua medicia est illa q̄ corrūpit cōpl'onē et subaz spūs cordis aut p formā ipsi9 specificā sic venenū: aut p excellētiā alicui9 qlitatis actiue sic opiū per friditatē et euforbiū p cal'itatē. ¶ Medicia aūt q̄ ppe appellat venenū est illa q̄ corrūpit cōpl'onē spūs p c̄rietatē sube spēi sue ad subam et spēm spūs sicut napellus. ¶ Medicina aūt tyriacalis et liberās a veneno est illa q̄ cōpl'onē spūs ab ipressiōe veneni reducit ad nālitatē et ab ipsa pseruat eā cū sua pprietate. ¶ Medicina aūt puocatiua vrie ac sudoris et medicia laxatiua et iterū sang. eductiua et retētiua ipsi9 et his csil'es māifestas qdē hñt itētiōes qpropter notificatiōe nō idigēt.

¶ In q̄ ondit q̄ sūt vtutes mediciarum q̄ ad cfortationē cordis et letificationē cferre pñt aliq mō. Cap. 2m.

¶ Cholera nigra seu melancholia naturalis est ipsa turbulentia seu fex hypostasiua sanguinis. Alie v̄o species cholere nigre a predicta sunt omnes innaturales.

70 ¶ Que proculdubio generantur ex cōmixtione et adustione aliorum humorum.

¶ Proculdubio spēs innālis multe gñantur ex cōmixtione nāli cū alijs humorib⁹: aut ex adustiōe chol'e nigre: aut flegmatis: aut chol'e rubee: aut sanguis. Et spēs qdē chol'e nigre īnālis note ⁊ manifeste sunt tres. s. illa que gñatur ex chol'a nigra nāli adustione: ⁊ hec qdē est fortior ⁊ magis pnitiosa. Secunda v̄o generatur ex adustione cholere rub. Sed tertia ex adustione flegmatis. Non tamen est longinquum ⁊ impossibile quin generetur alia species eius ex adustione sanguinis: nec etiam quin generentur q̄ʒplures species alie ex diuersa cōmixtione ipsarū adinuicē. Manifeste tamen ⁊ note spēs eius sunt p̄dicte.

¶ Rememoratio quarte ex reb⁹ nālib⁹ ⁊ sunt membra.

71 ¶ Principia ⁊ radices corporis sunt q̄tuor. alia ab eis sunt velut rami.

¶ Est aūt quarta ps sicut ipse dicit in qua referunt mēbra hoīs simplicia ⁊ cōposita: ⁊ sunt illa que gñalr colligunt libro hui⁹ artis qui de anathomia mēbrorū ītitulat: hic tñ non retulit ex eis nisi solū pn̄a radices. Hi nāqꝫ rithimi sunt velut īductiones in hac arte. Jngt ḡ ꝙ quatuor sunt radices membrorū corporis ⁊ alia ab ipsis ramificātur ab eisdem ⁊ famulantur eisdem.

72 ¶ Unum ex his est epar: ⁊ ipsum quidem preest cibo ⁊ nutrimento in corpore.

¶ Unū ex his quatuor est epar ⁊ ipm quidē preest nutrimēto. s. digerit sanguinē quo omnia corporis mēbra nutriunt: organa deputata nutrimēto corporis sunt os meri stōchus ⁊ intestina necnō splen epar kistis fellis ⁊ renes. Est aūt nota actio oris super cibū ⁊ nutrimentū corporis: sed actio meri est attractio et glucon al' ⁊ deglutitio ei⁹ qd̄ ab ore comedit ⁊ masticat ⁊ īpulsio ei⁹ ad stōchū. Et ob h̄ fuerūt in eo posita corpora q̄dā qb⁹ cōuenienter attractio ⁊ īpulsio exercet: ⁊ sunt illa que a medicis villi noīantur. Actio aūt stōchi super cibū est cōstrictio ⁊ digestio ipsius coadunādo se sup ipm efficitqꝫ inde chilum ad susceptionē actionis epatis: verūtñ operatio superiorū ⁊ graciliū itestinorū est gradualis ⁊ successiua receptio cibi egrediētis a stomacho. Fuere tñ ḃm Gal'. multa vt cib⁹ moraret in quolibet ex eis donec epar traxerit ab eis mediātib⁹ venis inter ipm ⁊ ipa intestina existentibus quicquid in chilo fuerit aptuʒ digeri ab ipso epate: ⁊ ꝙ superest fex dura grossa expellunt cōsequenter intestina vsqꝫ ad vltimū itestinū: ⁊ hoc postq̄ʒ epar accepit sibi necessariū: deīde aūt epar predictū succū ad se tractū digerit ⁊ in sanguinē ꝯuertit. Cōsequēter separat ab ipso sanguie turbulentiā ⁊ fecē hypostasiuā ⁊ eā ad splenē ipellit. hec aūt turbulētia est chol'a nigra seu mel'ia. Separat aūt ab eo partē eius spumosam fumosam quā ad kistim fellis impellit ⁊ destinat. h̄ aūt totū in cōcauitate epatis fit ea. s. parte qua chilum traxit ad se. Tūc aūt sepat ab eo ptē aquosam: ⁊ h̄ fit dū sanguis egreditur ab epate ⁊ trāsit ad alia mēbra corporis. aquositatē āt illaʒ ipellit ⁊ delegat ad ipsos renes q nutriunt ex eo ꝙ in ipo reperiūt sibi ꝯueniēs: deīde ipsi renes mittūt residuū aquositatis predicte ad vesicā ⁊ intelligit al' retinet ibidē donec ipsa egrediatur. Fuerūt aūt multa ⁊ plura intestina ne cib⁹ egrediat citi⁹ ab eis anteq̄ʒ epar attraxerit ab eo qd̄ dʒ: vñ fert ꝙ aīalia paucorū itestinorū ꝯtinue comedūt ⁊ egerūt ppter qd̄ cōgruit magis homini vt sint eius itestina multa. Hec est ḡ collectio ⁊ sūma actionum mēbrorū nutritionis in cibo ⁊ nutrimento corporis.

73 ¶ Cor alit corpus vita: ⁊ nisi ipsum esset corpus assimilaretur plante.

¶ Hec est via ⁊ opio medicorū. Nā ipsi opinant tres eē v̄tutes principales. s. nālem cui⁹ sitū ponūt in epate: ⁊ vitalē quā ferūt in corde situari: ⁊ vim rōnatiuā ⁊ sensitiuā ⁊ ḃm locū motiuam quā ponūt eē in cerebro: ⁊ hec fuit itētio Hip. Platonis ⁊ Gal'. que sigdē intētio est falsa ⁊ erronea in duob⁹. ¶ Primū est qm̄ clarū ⁊ patefactū est nō eē nisi vnā virtutē agētē in nutrimento corporis que q̄ʒdiu existit ⁊ pseuerat viuit aīal: ⁊ qñ auferT ab eo morit. Jn hac aūt virtute cōicant plāte cuʒ aīalib⁹: ⁊ ob hoc plāta dicitur iterdum viuēs: nō tñ dicitur aīal. virtus autē qua al' excedit plātas est virtus sensitiua: si igit sic est cōstat ꝙ animal dicit aīal rōne virtutis sensitiue ⁊ maxime sensitiue vnite ⁊ reperte in oībus animalibus qualis est tactiua. Et pculdubio medici opinati sunt virtutē vitalē eē aliam a sensitiua ⁊ nutritiua: ⁊ ꝙ situs eius sit in corde. Et hoc qm̄ motus pulsus existit spāliter in corde super cetera mēbra corporis: hic tamē motus est cōpositus ex dilatatione ⁊ cōstrictione seu attractiōe: ergo virtus ista est attractiua ⁊ expulsiua. Scimus aūt ꝙ virtus attrahens ⁊ expellēs sunt de numero virtutū nālium in nutrimēto corporis agētium ⁊ deseruientiū. Jn hoc autē omnes medici ꝯueniunt. Si igit sic est virtus pulsatiua in corde existēs est naturalis ⁊ nutritiua: nō aūt solum vitalis. ¶ Secūdus autē error est quoniā ipsi posuerūt virtutē sensitiuā ⁊ nālem in nutrimēto corporis agētē in diuersis mēbris: cum tñ pculdubio sint simul in vno ⁊ eodeʒ mēbro. s. in corde ḃm ꝙ dixerunt in h̄ phi ⁊ testimoniū inducunt nālium: nō tamē hic est locus inducē super hoc demōstratiōes: verūtñ dicimus ꝙ illud est pbabili⁹ et magis cōsonū veritati: ⁊ est hoc qm̄ certū est ꝙ nō reperit sensus nisi in mēbro qd̄ nutrit: al's si reperiret in mēbro nō nutrito eēt aīal nō nutritū ⁊ absqꝫ nutrimētū. qd̄ tñ falsum est ⁊ ipossibile. Si igit sic est ḡ mēbrū in quo sit⁹ huius v̄tutis nutritiue ē: est principale: sequit ēt necio ꝙ hēat pricipatū sup illō in quo est sit⁹ v̄tutis sensitiue. Notū ē aūt ex anathomia mēbrorū ꝙ cor est fons caloris nālis in corpe exñtis: ⁊ ꝙ ab isto distribuatur ⁊ multiplicet p cetera mēbra corpis. Est aūt notuʒ in scia nāli ꝙ calor nālis p̄dictus est subiectū aīe: ex quo necessario seqtur ꝙ ⁊ aīa nutritiua sit in illo mēbro in quo est calor predictus.

74 ¶ Abinde est calor qui est corpori sicut elementū quo transire facit ab ipso abzar.

¶ Calor existens in corde est radix caloris nālis corporis quem transire facit ad totū corpus per venas que vene a vena abzar dicta ramificāt: que qdē vena imediate ab ipso pullulat ⁊ egreditur: ⁊ pp hoc illō mēbrū vltimo īfundatur al's īfirmat ī morte. cor aūt existit in corpore velut clibanus ⁊ calor nālis sic incēdiū in clibano ⁊ aīa est sicut clibanarius: ⁊ queadmodū cliba-

narius stat ⁊ ꝓpe moratur incēdiū qui regat ipꝫ sicut decet: sic etiā decet ꝙ aīa agēs in calore exn̄te in corde sit ⁊ existit ēt in corde. nā ē gn̄ans ibidē. Ex quo pꝫ ꝙ ꝟtus regitiua ipsi⁹ corporis in vita ipsi⁹ sit in corde: ⁊ hoc qm̄ ipm cor est in corpore sicͭ clibanus vt diximꝰ: ⁊ calor in eo sicut incendiuꝫ ⁊ in clibano et aīa sicut clibanarius. si plures aūt ⁊ diuerse virtutes in multis ⁊ diuersis mēbris existerēt eēt vnū aīal multa animalia.

75 ¶ Ecce ꝙ cerebrū cū neruis ⁊ filo nuche custodit ⁊ preseruat ignē ⁊ calorē cordis ab īflāmatione.

¶ Juuamētū cerebri qđ ipse retulit: h̄ est fm viā ⁊ opi. Arist. nō aūt fm opinionē Gal. ⁊ opinatus est Arist. ꝙ principiū sensus ⁊ motus sit in corde ⁊ ꝙ cerebrū sit organū deseruiēs ⁊ equando calorē eius: hoc est ꝙ frigiditas cerebri hꝫ eq̄re ⁊ tēperare calorē cordis intātum ꝙ virtus sensitiua possit attingere sensata sua. Ipsa enī attigit ⁊ ꝑcipit ea cū calore tēperato. Si enī esset vehemētis caliditatis minime rē calidā attigē seu ꝑcipe posset. Nullū enī ens iudicat ⁊ ꝑcipit sibi sil'e: sed poti⁹ sibi diuersum. Hoc aūt totū est de dubijs nālibus de quibus medic⁹ paꝝ curat: veꝝ dn̄i nārum nitūtur ad ꝑscrutādū ꝟba ista. Est autem notū ꝙ cerebrum est principium sensus ⁊ motus ex actiōe ipi⁹ siue sit principiū primū: sicut. Gal. itellexit: seu 2ᵐ post cor sicut intellexit Arist. Est ēt notū ꝙ a cerebro ⁊ nucha oriuntur nerui sensitiui ⁊ motiui. nucha aūt est corpus egrediens a parte capitis posterioris incedens per ossa spine dorsi perforata vsqꝫ ad extremitatē ipsius dorsi. Egrediūtur aūt a iunctura quorūlibet duoꝝ ossium foratoꝝ duo nerui ex q̄bus vnus īcedit a dextris ⁊ alius a sinistris excepto osse vltimo ꝑforato a quo solus neruus egredit. Sūt aūt p̄dicta ossa. xxiiij. nūero: ex illis aūt venit mot⁹ ad man⁹ ⁊ pedes. Ab iteriori enī ꝑte cerebri egrediuntur 7. paria neruoꝝ: ⁊ sunt illa que p̄bēt sensum ⁊ motū oī ei qđ iterius existit: necnō ēt pectori ⁊ organis anhelit⁹ ⁊ sermonis.

76 ¶ Et ex eis est motus iūcturarum: sed testiculi sunt membra al's organa generationis.

¶ Ex neruis q̄dē est motus iūcturaꝝ. Nā motus ex trib⁹ corporib⁹ in summa ꝑficitur. s. ex neruis ⁊ lacertis ad quos hi ꝓueniunt ⁊ attigūt ⁊ chorda egrediente a lacerto ⁊ colligata cū extremitate mēbri moti per ipsaꝫ. Primū aūt qđ moueri ꝑcipit est lacert⁹ ⁊ est corpus ex pāniculis ⁊ carne ⁊ neruis cōpositū ⁊ dilatat ⁊ cōstrigit post cui⁹ cōstrictionē seq̄tur tēsio ⁊ corrugatio chorde egrediētis ab extremitate ipsi⁹ ⁊ ꝯiūcte extremitati mēbri moti ꝑ ipsaꝫ ⁊ trahit mēbrū ꝟsus ꝑtē in qua lacertus tēsus existit. ⁊ si tēdat lacert⁹ existēs ab alia parte mēbri declinabit mēbrū versus partē illā. Si ꝟo spasmētur ⁊ tēdātur ambo lacerti mouētes mēbrum ex duob⁹ laterib⁹ eius diuersis ⁊ cōtrarijs stabit illud mēbrū erectū ⁊ tēsum: cuius exēplum est quoniam cū spasmatur lacertus mouēs brachium qui existit a ꝑte intrinseca ipsi⁹ ⁊ cōstringit: tunc brachiū trahit versus corp⁹. Cū aūt spasmatur lacertus extrinsecus elōgat brachiū a corpore: sed cū spasmātur predicti duo lacerti existētes ex duob⁹ ei⁹ laterib⁹ cōtrarijs remanet mēbrum erectum ⁊ tēsum. Est aūt notum ꝙ omnis motus in corpore repertus existit in lacerto. existit tñ in lacerto motus cum venit ad ipsum spūs animalis per neruum: aut ad ipm delegatur: ⁊ ideo aufert motus lacerti cū inciditur neruus veniens ad ipꝫ: ⁊ sunt fm opinionē Gal. 529. lacerti in numero. Cū autē dicit ꝙ testiculi sunt organa generationis: hoc quidem dixit fm viā ⁊ opinionem Gal. qui ratus est principiuꝫ generationis siue generatiue virtutis in hoc membro eē. verum fm Arist. cor est principium eius ⁊ mēbruꝫ predictum: est etiam organum deseruiēs ei in hoc: ⁊ īducit suꝑ hoc probationē ex boue castrato ꝙ ipse vidit statiꝫ postq̄ꝫ fuit castratus eū coire cū quadam vacca ⁊ eam impregnauit.

77 ¶ Ex generatione eoꝝ species ꝯseruant in quoruꝫ terminatione fieret terminatio ⁊ abscisio.

¶ Finis ⁊ iuuamētū ex hoc mēbro in totum est gn̄atio q̄b⁹ ꝑ eā spēs conseruentur: ipsum enim nequit facere cōtinuam ꝑmanentiam seu existentiam in hoc homine q̄r destrueretur spēs. Posuit ergo eā in specie quibus fit ex eo cōtinua permanentia in mā passibili. intellexit autē cū dixit in quorum terminatione fieret abscisio: ꝙ nisi fuisset generatio iā essent spēs terminate ⁊ abscise: ⁊ ꝙ cū ꝟtute generatiua conseruentur.

78 ¶ Caro pinguedo ⁊ species glādularum sunt tāq̄ꝫ famulantes predictis.

¶ Caro pinguedo ⁊ spēs glādularū fuerūt in corpore posita tāq̄ꝫ famulātes p̄dictis mēbris. s. principalib⁹ ⁊ capitalib⁹. hoc eniꝫ de eis intellexit ⁊ fuit qđdā iuuamētum carnis ꝓprie fm Gal. ad hoc ꝙ eēt ipsa velut scutum ⁊ tegimen mēbroꝝ principaliū: ⁊ similiter est de pinguedine sciēdum. Uerum carnes glandulose sunt ad hoc vt sint emūctoria superfluitatū ex eis: tamen sunt quedā cooperātes ad generationē humiditatuꝫ sicut caro glādularum in ore existētiū que cōferūt ad gn̄ationem saliue: ⁊ exn̄tium in māmillis ad gn̄ationē lactis: ⁊ exn̄tiuꝫ in testiculis ad gn̄ationē spermatis. Arist. tñ intellexit ꝙ caro sit organum sensus tact⁹: ⁊ hoc qm̄ est mēbrū p̄mū oīum aīali cōiunctum.

79 ¶ Ossa ⁊ pāniculi ⁊ ligamenta sunt velut colūne ⁊ fulcimenta corporis.

¶ Pāniculi ⁊ tunice velāt ⁊ existūt suꝑ mēbra corꝑis. ligamētis aūt colligant ⁊ nectunt q̄dā ex mēbris corꝑis cū q̄busdā. In ossib⁹ aūt fuit ītētio ꝙ eēnt colūne ⁊ pilaria corꝑis: sed in pāniculis ⁊ ligamētis fuit ītētio vt corp⁹ ꝓtegerēt ⁊ ꝯseruarēt. Cōseruāt enī ligamēta ꝯiūctionē membroꝝ ⁊ pāniculi ⁊ tunice tegūt ⁊ ꝯseruāt mēbra sua sicͭ facit pāniculus ⁊ tunica cordis cerebri epatis ⁊ alioꝝ ab eis pāniculos ⁊ tunicas hn̄tium.

80 ¶ Ungues aūt fuerūt in extremitatib⁹ ꝓp auxiliuꝫ: sed pili fuerūt ꝓpter superfluitates vel ornatum.

¶ Juuamētū tñ vnguiū in digitis est ad iuuādū eos ita vt cū capiāt aliq̄d ꝙ capiāt illud firmiter: sunt enī sustētamētū carnis in extremitatib⁹ digitorū exn̄tis intātū vt reꝫ quā capiūt possint bñ ꝯstringere ⁊ fortiter tenē. Juuamētū ēt toti⁹ manus fuit ad capiēdū capiēda: eius enī figura est ꝯueniēs ad capiēdū ⁊ faciendū oē organū cuiuscūqꝫ officij ⁊ artis: ⁊ ideo dr̄ esse organuꝫ intellectui deputatuꝫ: ⁊ ideo ēt cuius manus est subtilis sensus significat bonitatē ītellectus eius. Et cū dixit ꝙ pili fuerunt ꝓp superfluitatem ⁊ ornamētū intellexit pilum eē in corpore propter vnū ex duob⁹. s. ad tollendū superfluitatē illius mēbri: cuius est pilus ne ledat ipsum sicut pilus ascellarum ⁊ pectoris: aut ꝓpter ornatum sicut pilus palpebre et superciliorꝫ: et potest eē etiā vt cū hoc intēdat protectio mēbri illi⁹ sicut capilli capitis in q̄b⁹ q̄dē suꝑfluitates sicce cerebri cōsumuntur.

81 ¶ Hec omnia sunt famulantia cum perficiāt staturam ⁊ figuram per radices.

¶ Hec oīa mēbra fuerūt ꝯiūcta vt ꝑficerent ex eis stat⁹ et figura: et ob h̄ fuerūt per ꝯn̄s famulantia radicib⁹ membrorū.

¶ Rememoratio de spiritib⁹. et p̄ de nālī et postea de vitali.

82 ¶ Spiritus naturalis efficitur ex fumo seu vapore laudabili puro ⁊ mundo.

¶ Spiritus diuiditur in tres species ex quibus est vna spēs naturalis: ⁊ est ille qui est ex vapore puro mundo generatus. s. ex substantia vaporosa. Est autē situs ei⁹ spiritus fm Gal. in epate. transit q̄dem ab inde ad reliquum corpus: sed fm Arist. ipse existit in corde. Reprobat autem sermonē Gal. experiētia sensibilis: quoniam non manifestatur in epate: neqꝫ etiaꝫ in venis in eo ramificatis sicut manifestus est in corde.

83 ¶ Qz autem ex eo iam purificatū existit in corde est illud per quod manet vita ⁊ existit.

¶ Spiritus in corde efficit postq̄ꝫ iam fuerit eius sub̄a in epate mūdificata ⁊ depurata: quo siq̄dē exn̄te ꝑmanet vita ⁊ existit. Et ipso remoto accidit ⁊ mors. In eo enī existit vita: hūc autē spūꝫ vocauit Gal. vitalē. Et iā diximꝰ ꝙ vita stat ꝑ ꝟtutē nutritiuā quā Gal. nālē vocat. Si ḡ remoto spū exn̄te in corde aufert vita. i. spūs vitalis sequitur ꝙ spūs nālis est in corde.

84 ¶ Sꝫ generatio eius qđ ex eo fert in cerebro ⁊ ei⁹ myringa fit vendo al'r voluendo.

¶ Diuiditur ēt spēs spūs in spēm. s. aīalis in cerebro exn̄tis: cuius q̄dē substātia tādiu in cerebro digeritur donec ibidē ipe generetur: ⁊ hoc est qđ intellexit cū dixit. sed fit gn̄atio vendo al'r voluēdo. eius qđ ⁊c. intellexit etiaꝫ ꝙ fiat in littera cerebro sb̄ myringa subtili inuoluente ipsum.

85 ¶ Insunt huic spiritui imaginatio ratio seu intellectus ⁊ memoria cū complentur ⁊ perficiūtur ipsius species in ventriculis cerebri.

¶ Hic spūs cuius generatio fit in cerebro est ille cuius spūs ꝑficiunt tres ventriculi cerebri digerendo ⁊ coquendo ipsum donec fiant ex eo tres spēs. Sunt enī tres vētriculi. ⁊ spūs generatus in anteriori vētriculo ex eis est subiectū imaginatiōis. q̄ autē est in medio est subiectū rōnis. simil'r ille qui est in posteriori ventriculo est subiectum memorie ⁊ reminiscentie.

86 ¶ In quolibet ex spiritibus est virtus ꝓpria ab illa que est in alio.

¶ In quolibet ex tribus spiritib⁹ supra dictis est ꝟt⁹ ꝓpria que in nullo alioꝝ existit. Nā in spiritu nāli ē aīa nālis ⁊ ī vitali vitalis

talis in aĩali aĩalis.ſ.ſenſitiua imagĩatiua rõnatiua ⁊ memoria. Sunt aũt ꝓculdubio duo ſpũs in corde ⁊ cerebro exiſtentes ex quibus vnus ⁊ idem defert multa in actu ſicut vnum pomum defert ⁊ habet multa.ſ.colorem odorem ⁊ ſaporem.

¶ Rememoratio ſexte ex reb⁹ nãlib⁹ ⁊ ſunt virtutes.

87 ¶ Septem virtutes numerantur in natura ſm diuerſitatem earum in forma ⁊ ſpecie.

¶ Septem ſunt virtutes naturales ſm diuerſitatem actionum ⁊ effectuum ipſarum in forma ⁊ ſpecie.

88 ¶ Ex his eſt virtus ĩmutatiua ſpermatis preter ꝙ depingat ipſum.

¶ Intellexit ꝙ ſit quedã virtus mouẽs ⁊ ĩmutãs ſperma ⁊ ſanguinẽ menſtruũ in matrice donec ex eis fiat corpus vnũ preter tñ ꝙ ipm informet vel figuret: diſponit nihilominus ipm ad ſuſceptionẽ forme ⁊ figure ꝯueniẽtis: qđ qdẽ intellexit cum dixit. preter ꝙ ipſum depingat.i.preter ꝙ ipſum informet ⁊ figuret.

89 ¶ Ex his etiã eſt virtus que aliqua forma ⁊ figura informat corpora: necnõ quãtitate ⁊ numero.

¶ Scđa ex virtutib⁹ naturalib⁹ eſt plaſmatiua ⁊ eſt illa que corpus informat ⁊ que prebet quãtitatẽ ⁊ numerum ſicut manus cui prebet ꝓpriam formam ⁊ quãtitatẽ numero digitoꝝ.

90 ¶ Eſt etiam virtus attractiua digeſtiua retentiua ⁊ expulſiua.

¶ Quia retulerat ſpẽs virtutis generatiue.i.actiones que fiunt in generato: nũc retulit ſpẽs virtutis agẽtis in cibo ⁊ nutrimento corpis. Inquit ĝ ꝙ huius ſpẽs ſunt quatuor.ſ.attractiua cibi ⁊ digeſtiua ei⁹.i.que digerit attractũ cibũ ⁊ q̃ ẽt retinet ipm donec digeraƭ ⁊ ei⁹ ſupfluitas expellaƭ. Qđ ſiqdẽ notuȝ ⁊ manifeſtũ eſt in ſtõcho ⁊ matrice: pȝ.n.ꝙ in ſtõcho eſt virt⁹ q̃ attrahiƭ cib⁹ ⁊ qua retinet ipm donec ſit digeſtus ⁊ que ꝯſequenter ĩpellit ipm: ⁊ hoc idẽ eſt neceſſariũ eſſe in quolibet ex mẽbris. Naȝ digeſtio nõ perficiƭ ſine his quatuor virtutibus.

91 ¶ Eſt etiam ex his virtus vniens membris ꝙ ſimilatur corpori ex nutrimento.

¶ Hec q̃nta virt⁹ eſt qua vnit nutrimentũ mẽbris ⁊ que ſimilat ipm eiſdẽ. ex debilitate aũt huius virtutis ſimilatiue gñatur albaras ⁊ morphea: tũc.n. vniƭ nutrimẽtũ mẽbris ꝑter ꝙ aſſimileƭ eis: vñ in baras bñ fit nutrimẽti vnitio: ſȝ nõ ipſi⁹ aſſimilatio ⁊ idẽ ꝯuenit in eo quo oſſa fracta ꝯiungãƭ ⁊ ſolidãƭ cũ nequaquã aſſimileƭ eis. Et in ſũma virt⁹ nãlis.i. vegetatiua diuidiƭ in tres.ſ.gñatiuã nutritiuã ⁊ augmẽtatiuã. Generatiua diuidiƭ in duas.ſ.ĩ mutatiuã ⁊ plaſmatiuã. Et nutritiua in q̄nq; q̃rũ rememorationẽ fecim⁹ hic. Alij tñ a Gal. addiderũt ꝑdictꝪ q̄ntã virtuteȝ ſequeſtratiuã ⁊ ẽ illa q̃ ſepat ſupfluitatẽ a cibo ⁊ nutrimẽto.

92 ¶ Due ſunt ſpecies virtutis vitalis: ⁊ actiõis eius: lȝ ex eis ſint due partes: ex qb⁹ eſt vna qua fit actio pulſus per dilatationem ⁊ conſtrictionem venaruȝ pulſatilium.

¶ Due ſunt ſpẽs virtutis vitalis ex qbus vna eſt que facit pulſum per dilatationẽ ⁊ ꝯſtrictionẽ venarum pulſatilium.

93 ¶ Soror autem eius eſt illa qua aguntur actiones cuiuſq; agibilis ſicut eſt amare ⁊ habere aliqđ odio ⁊ depreſſio anime ⁊ eius exaltatio.

¶ Hec eſt ſcđa ex virtutib⁹ vitalib⁹ ⁊ eſt illa que dr̃ iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſcibilis: ſeu excitatiua ⁊ deſideratiua que amore vel odio excitaƭ: ⁊ eſt cã q̃re homo agat aliqđ in oĩ negocio.i. q̃re qđ fugiat aut ꝓſequaƭ. Eſt enĩ hec virt⁹ cã eoꝝ que aguntƭ: qm̃ cã q̃re aliqđ fugiaƭ eſt odiũ ⁊ diſplicẽtia: vñ eſt ac ſi diceret ꝙ hui⁹ virtutis agẽtis rõne amoris vel odij in reb⁹ dilectis vel odio habitis eſt cã q̃re aganƭ actiões in alijs ab hoĩe. Hec aũt virtus eſt alia nutritiua aut ẽ regitiua: vñ ſi nomẽ virtutis vitalis ĩponereƭ ſolũ huic v̓tuti eẽt: tũc qdẽ virt⁹ vitalis ȝᵃ gñatiua ⁊ vegetatiua: ⁊ hec qdẽ ſũt q̃ Plato inuit eẽ ĩter vitales: pulſatiua tñ nõ eſt hui⁹ gñis: ĩmo ſub ẽ generis virtutis agentis in nutrimẽto.

94 ¶ Nouem ſunt virtutes que ab anima numeranƭ: ex quibus ſunt quinq; ſub ſenſitiua viſiua auditiua olfatiua guſtatiua ⁊ tactiua vniuerſalis.

¶ Uirtutes aĩales ſunt ille que in cerebro collocantur ⁊ ſunt nouem ex quibus ſunt quinque ſenſitiue quas ipſe hic nominauit ex quibus tactiua in tota carne verſaliter exiſtit.

95 ¶ Eſt etiã virtus ad neruos perueniens ex qua ſeu per quã mouet quis artus ⁊ iuncturas ſuas.

¶ Sexta ex virtutib⁹ ꝑdictis eſt virtus que vnitur neruis qua quilibet homo mouetur ⁊ mouet localiter membra ſua. iaȝ aũt prediximus modum motus ſui ⁊ qui ſunt nerui illi.

96 ¶ Ex eis etiam eſt virtus qua imaginantur res ſicut videntur.

¶ Septima ex ꝑdictis virtutib⁹ eſt virt⁹ q̃ ĩprimunƭ res in imaginatione. ſic enĩ imaginanƭ res ſicut videnƭ. hec aũt eſt virtus imaginatiua que in anteriori ꝑte cerebri exiſtit ſic̃ ſup̃ dixim⁹.

97 ¶ Eſt autem adhuc ex eis virtus in qua eſt ratio: ⁊ etiam in qua eſt memoria.

¶ Alie ſunt virtutes ex predictis ex quibus vna eſt ratiocinatiua exiſtens in medio cerebri. Secunda eſt rememoratiua que in vltima ⁊ poſteriori parte capitis exiſtit.

98 ¶ Omnes operationes virtutum numerantur ſm ipſas virtutes quarum ſunt operationes.

¶ Numerus operationũ virtutũ eſt qualis ipſarũmet virtutuȝ quarũ ſunt operationes. differũt enĩ ⁊ numeranƭ operationes in ſpecie eo ꝙ ſunt operationes virtutũ ſpecie differentium.

99 ¶ Hec aũt oꝑatio diciƭ equiuoce de qbus dicitur ſicut de attractione digeſtione ⁊ retentione.

¶ Operatio eſt nomen quod dicitur ⁊ predicatur equiuoce de eis de quibus dicitur ⁊ predicatur. nomen autem equiuocũ eſt vnum ⁊ idem ⁊ ea de quibus dicitur ſunt diuerſa.

100 ¶ Et ſicut de tranſitu ſm penetrationem cibi ⁊ appetitus. nã attractio eſt operatio ſimplex vnius virtutis ſolius. appetit⁹ vero cibi exiſtit ex duab⁹ duobus operationibus ſimul compoſitis.ſ. ex operatione ſentiendi ⁊ attrahendi. operatio autem ſentiendi ⁊ impellendi efficit tranſitum ⁊ penetrationeȝ cibi. hec enim opera ex ꝑdictis ambobus efficiuntur.

¶ Quia dixerat ꝙ operatio eſt nomẽ equiuocũ ⁊ de qbus predicaƭ: notificat nũc que ſunt ille operationes de qbus hoc nomẽ equiuoce ꝑdicaƭ ⁊ inuit ꝙ ſunt operationes ſimplices ⁊ cõpoſite: operatio aũt cõpoſita eſt alia a ſimplici ⁊ nihilomin⁹ ambe dicunƭ operationes. Deinde poſuit tria exẽpla operationis ſimplicis dicẽs ſicut attractione digeſtione ⁊ retẽtione. Deinde cõſequenter ſubiũgit duas operationes cõpoſitas dicẽs ⁊ ſicut de tranſitu ſeu penetratiõe cibi ⁊ ei⁹ appetitu. Et q2 poſuerat ꝑdicta exẽpla oꝑationũ ſimpliciũ ⁊ cõpoſitarũ: notificauit ꝯſequẽter que ex eis ſit ſimplex ⁊ que cõpoſita. vnde inq̄t ꝙ actio aſs attractio eſt oꝑatio ſimplex ⁊ vnius ſolius virtutis ⁊c̃. Sic intelligendũ de digõne ⁊ retẽtione. Cõſequẽter declarauit q̃liter quelibet ex ambab⁹ oꝑõnib⁹ ſequẽtib⁹.ſ. trãſitus cibi ⁊ eius appetitus cõponaƭ ex duab⁹ oꝑõnib⁹. nã actio appetẽdi cibũ cõponiƭ ex actione ſentiẽdi ⁊ attrahẽdi. ponũt enĩ medici os ſtõchi mẽbrũ appetit⁹ ⁊ deſiderij cibi a quo mẽbra corporis trahũt cibũ ⁊ nutrimentũ cũ ab eis diminuiƭ ⁊ ꝯſumiƭ: tũc ẽt mẽbrũ inanitũ ſentit per ſe ſui inanitionẽ ſiue nutrimẽti ⁊ cibi ꝓuationẽ: ⁊ tũc appetit ⁊ deſiderat cibũ ⁊ talis appetit⁹ diciƭ ꝓprie fames: ꝓpter qđ dicit ꝙ hec operatio eſt ex duob⁹ cõpoſita.ſ. ex attractiõe cibi ⁊ nutrimẽti quã mẽbra faciũt trahẽtia ipm ad ſeipa: ⁊ ex ſenſu qdẽ inde percipit os ſtõchi ⁊ ablatio ei⁹ qđ ab eo trahitur. Aſſerit etiã tranſitũ ⁊ penetrationẽ cibi eſſe cõpoſitaȝ ex duabus operationibus.ſ. ex operatione ſentiendi ⁊ impellendi. Nam cum cibus ⁊ nutrimentũ ĩpellitur per canales ⁊ meatus membroꝝ: tunc eſt membrũ percipiens illud qđ ſic tranſit per ipm ⁊ impellit ad aliud. Cuius exemplũ eſt egeſtio trãſiens ab vno inteſtino ad aliud donec tãdem ad aliud expellaƭ: qđ qdeȝ ex ſenſu fit ĩteſtinoꝝ impellentiũ ipm a primo ad ſcđm vſq; ad vltimum: ⁊ ſic ꝯtingit in egreſſu ventoſitatis ⁊ cuiuſlibet egredientis ſurſum aut deorſum ſicut in diaria lienteria ⁊ vomitu.

101 ¶ Rememoratio ſex rerum neceſſariarum ex quibus prima eſt aer.

¶ Quoniã perfecit relationẽ rerũ nãliũ ĩtrinſecarũ ſeu ĩtra corpus exiſtẽtiũ: incipit nunc declarare alias corpori extrinſecas.

102 ¶ Sol habet iudicia ſuper aerem que ſiquidem in ſunt temporib⁹ anni manifeſtanƭ ex ĩpreſſionib⁹. clymata etiam habent ſuper hec iudicia.

¶ Sol ĩmutat aerẽ in caliditate friditate ſiccitate ⁊ humiditate: qđ qdẽ ex tẽporibus anni pȝ ⁊ expoſitione ſolis in determinatis partibus circuli quas arabes auanne vocãt.i. manſiones. Eius enĩ actio ⁊ tranſmutatio notificaƭ ꝓprie ſm manſionẽ in qua ſol exiſtit. nã ex ꝓpinq̄tate ⁊ lõgitudine ſolis ad nos ⁊ eius

media diſtātia efficiunꝶ.iiij.āni tpa.ſ.eſtas:ver:hyems:⁊ autū/nus.diuerſitas.n.in īpreſſionibꝰ in aere ꝯtingēs ex ſitu ſolis in diuerſis māſionibꝰ eſt nō ꝯueniēter arabibꝰ.hec aūt.ſ.diuerſi/tas īpreſſionū in aere ex partibꝰ circuli rōne diuerſitatis exiſtē tis īter ipſaꝫ ⁊ ptes in multitudine ⁊ paucitate ſtellarū aut ma gnitudine aut pꝩitate eaꝝ aut velocitate aut tarditate motꝰ ip ſaꝝ.ſ.ſtellaꝝ fixaꝝ. Jnde enī notificaꝶ actio ſolis cū ipſe mutaꝶ ab vno loco in aliū locū ex pdictis. Diuerſitas ēt trāſmutatiōis in clymatibꝰ eſt manifeſta:cuius cā eſt ꝓpinquitas ⁊ elōgatio ſolis. Cauſa vͦ ꝓpingtatis ⁊ elōgationis predicte eſt circulus obliquus:vnde regio ſuꝑ quoꝝ capita tranſit ſol eſt neceſſario calidior regionibꝰ alioꝝ ⁊ magis appropinquātes regioni eorū ſuper quoꝝ capita trāſit ſol ſunt calidiores ⁊ magis diſtātes ex regionibꝰ eoꝝ ſuper quoꝝ capita nō trāſit ſol ſicut frigidiores.

103 ❡ Aer etiam alteratur ⁊ immutaꝶ ratione alicuius aſtri orientis vel occidentis.

❡ Jn ſtellis ēt eſt actio qua īmutatur ad caliditatem ex aſcen/ſu ⁊ ad frigiditatem ex earum deſcenſu vel occaſu.

104 ❡ Cum etiam ſol appropinquat inflammatis ſtel/lis incendit ⁊ inflammat aerem.

❡ Aer inflāmaꝶ cuꝫ ſol appropinquat alicui ex ſtellis que inflā/mare dicuntur ⁊ ſunt ille que generant inflāmationē aeris cuꝫ perſeuerauerint aliquibus diebus ⁊ vocantur comete.nam ex calore ſolis ꝯiuncto cū calore predictarū ſtellarū inflāmaꝶ aer.

105 ❡ Hoc ſiquidem verum eſt intantum etiaꝫ ꝙ cum inflāmata elōganꝶ aliquo modo a ſole videnꝶ aereꝫ aliquantulum infrigidare.

❡ Hoc eſt neceſſariū verū ꝙ cū calor inflāmatꝰ elongaꝶ ab ipſo ſole aut extinguiꝶ aut videmus euꝫ aerē aliqua infrigidatione infrigidari.qꝺ aūt ſol operaꝶ cū predictis inflāmatis idē ope/ratur cuꝫ ſtellis erraticis aut ex fixis:vnde eſt poſſibile ꝙ per inflāmatas intellexit aliqua ex ſtellis fixis.

106 ❡ Si etiam ſtelle que dicūtur infortunate fuerint in exaltatione ſua ſignificabunt ſuper corruptioneꝫ aīatorū. Si vͦ que fortunate dicunꝶ fuerint ibidem ſignificabunt ſalutem eorūdem omnimodā.

❡ Hoc eſt ſꝫm opiōnē dominoꝝ expertoꝝ in iudicijs aſtroꝝ. Et ſꝫm ꝙ ipſi intendunt ꝙ gdaꝫ ex planetis ſunt:quoꝝ effectus vt plurimū ſunt defectꝰ vel deſtructio ⁊ corruptio:⁊ ſunt illi quos ipſi vocant infortunatos ⁊ ꝙ gdā ex eis ſunt quoꝝ effectus vt plurimū ſunt ꝑfectus ⁊ adeptio ſiue adoptatio. Opinanꝶ etiaꝫ ꝙ quilibet ex ipſis hꝫ ꝓpria loca in orbe in gbus ipſoꝝ actio ro boreꝶ aut debiliteꝶ. Loca aūt eoꝝ in gbus actio fortificaꝶ gra/duaꝶ apud eos:⁊ impoſuerunt ꝓpria nōia pdictis gradibꝰ que ſunt exaltatio domus triplicitas ⁊ alia ab his. Ferunt ēt ꝙ cuꝫ īfortunate ſunt in locis que dicunꝶ exaltationes eoꝝ ꝙ tūc au/geꝶ ⁊ roboreꝶ eoꝝ oꝑatio. Et ſi ſic eſt tūc ſignificabūt ſuꝑ deſtru ctionē corpoꝝ. Et ſimiliter cū fortunate ſunt in pdictis locis ſi/gnificabūt ſuꝑ ſalutē eorūdē. Hoc enī totū eſt ꝯtra illud qꝺ de/claratū eſt in phīa nāli. Nam oēs aſtroꝝ actiones ſunt laudabi les:qm̄ eſſe oīum hoꝝ interioꝝ eſt ligatū cū motu ⁊ ſitu eoꝝ in ꝑtibꝰ diuerſis ſphere. Diuerſitas ēt quorūdā cuꝫ gbuſdā ex eis ꝯtingit rōne elongationis ⁊ propinquitatis eoꝝ adinuicē.

107 ❡ Tāto frigidior eſt villa ꝗ̄to altius ſuꝑ montes exiſtit:cōplexio vͦ ville exiſtentꝭ ī valle indicaꝶ cal'a.

❡ Hoc gdē eſt manifeſtū.ſ.ꝙ ville in mōtibꝰ exiſtētes frīde ſūt: ⁊ exiſtētes in valle ſunt cal'e.huiꝰ aūt cā eſt ꝓpingtas mōtiū ad regionē in q̄ fit gnō nubiū:necnō ⁊ qꝛ mōtes oībus q̄tuor vētis exponunꝶ:⁊ iō nō fiunt habitatiōes in regionibꝰ calidis rōne la titudinis ꝓpinq̄ ſoli niſi in mōtibꝰ eaꝝ aut ꝓpe eos:in regioni/bus vͦ frigidis rōne diſtātie latitudinis ſunt mōtes ꝯtinue ni/uoſi ⁊ per ꝯſequēs inhabitabiles quatuor anguloꝝ orbis.

108 ❡ Si vͦ montes fuerint a parte meridiei ⁊ clauda tur montibus iudicetur infrigidari a ſeptētrione.

❡ Si fuerint mōtes a ꝑte meridiei ꝓtegētes villā a vēto auſtra li:erit gdē illa villa frigida rōne exſufflatiōis venti ſeptētriona lis facte ſuꝑ eā. Vētus enī ſeptētrionalis frigidus eſt ⁊ ſiccus.

109 ❡ Villa edificata a parte meridiei iudicaꝶ calida rōne exſufflatiōis illiꝰ vēti meridionalis ſuper eam.

❡ Villa a ꝑte meridiei iudicaꝶ eē cal'a rōne īſufflatiōis vēti me/ridionalis facte ſuꝑ eā q vētꝰ meridionalis calidus ē ⁊ hūidus.

110 ❡ Sed ſi ſit ex parte occidentis hēbit aer eius groſ ſitiem.ſi vͦ ex parte orientis habebit ſubtilitatem.

❡ Cū aliquis locus eſt expoſitus ⁊ diſcoopertus ventoꝝ exſuf/flationibꝰ ⁊ inſufflat ſuper eū ventus occidentalis:efficieꝶ gdē aer eius groſſus.i.frigidus ⁊ humidus. Si vͦ inſufflat ſuper eū ventus orientalis:erit aer eius ſubtilis.i.calidis ⁊ ſiccus:⁊ hoc eſt qm̄ ventus orientalis eſt calidus ⁊ ſiccus ſicut occidentalis frigidus ⁊ humidus:⁊ hoc tn̄ per reſolutionē al'r per reſpectuꝫ ad mediū clymatis cuiuſlibet:qꝺ qm̄ in pluribꝰ locoꝝ ventꝰ fri/gidus ⁊ humidus eſt cā pluuiarū in eis ꝯtingentiuꝫ ⁊ calidus ⁊ ſiccus clarificat aerē ipſoꝝ. Hoc tamen variaꝶ in multis locis terre:vtpote apud nos in inſula handaluſie:in cuiꝰ medietate.ſ. orientali pluit ex vento occidētali ⁊ clarificatur eius aer ex vē to orientali. Sed in alia eius medietate occidentali pluit ex vē to orientali ⁊ clarificatur aer ex vento occidentali.

111 ❡ Maria habent contrarium iudiciuꝫ in hoc ſicut ſapientes retulerunt.

❡ Judiciū mariū ad terra eſt ꝯ̄riū iudiciū montiū ad eādē:⁊ hoc iō qm̄ maria equāt ⁊ tēpant māꝫ vētoꝝ:vn̄ ſi ipſa fuerint a ꝑte meridiei alicuius terre equabūt vētū meridionalē minuētqꝫ ⁊ remittēt calorē eiꝰ:⁊ ſimiliter cū erunt a ꝑte oppōnis equabūt occidētale ⁊ remittēt eius frigiditatē. Cuius rō eſt:qm̄ aque nō ſic patiunꝶ neqꝫ alteranꝶ in caliditate ⁊ frigiditate a ſole ſicut aer:⁊ iō eſt ꝙ ipſe tꝑe frigido ſunt calidiores aere ⁊ tꝑe calido frigidiores:hoc quideꝫ eſt quod de aquis maris intelligo.

112 ❡ Venti enim generant in aere illud qꝺ generant in eo manſiones al's impreſſiones.

❡ Jntellexit ꝙ venti in aere generāt diuerſitatē cōplexionis ſic ⁊ manſiones.intellexit aūt per huius māſiones poſitionē ſolis ⁊ lune in manſionibus quas arabes amone vocant. Jam auteꝫ pdiximus qualiter fiunt ex eis īmutationes aeris.

113 ❡ Eſt gdē in meridionali caliditas ⁊ humiditas ꝓ ꝗ̄to generat ſuper calefactioneꝫ ⁊ putrefactionem.

❡ Vētus meridionalis gn̄at in aere caliditatē ⁊ humiditatem:⁊ iō gn̄aꝶ ex flatu eiꝰ putrefactio:exceſſus.n.caliditatꝭ ⁊ hūiditatꝭ eſt cā gnōnis putrefactiōis:⁊ iō qui intendit ꝓhibere putrefa/ctionē rerū infrigidet ⁊ deſiccet eas:⁊ ſic nō putrefiet ſubito.

114 ❡ Frigiditas ⁊ ſiccitas inſunt ſeptētrionali ⁊ ideo generatur inde tuſſis.

❡ Ventus ſeptētrionalis neceſſitat in aere frigiditatē ⁊ ſiccita/tem:⁊ ideo ledit organa anhelitus generaturqꝫ ex eo tuſſis qꝺ ex ſiccitate organoꝝ anhelitus contingit:necnō ex ꝯſeruatione eius qua humiditatem cerebri exprimit.

115 ❡ Calor ⁊ ſubtilitas inſunt orientali ⁊ frigiditas et groſſities occidentali.

❡ Hoc eſt manifeſtum ꝙ vētus oriētalis eſt calidus ⁊ ſiccus ⁊ occidētalis frigidus ⁊ humidus ⁊ hmōi:variatur tamē hic ſꝫm diuerſitatem ex terra ⁊ aqua eis contingentem.

116 ❡ Omnis angulus terre mollis:cuius cirūferen/tie ſunt diſcooperte montibꝰ:⁊ habens fontes aque dulcis eſt ſiquidem complexionis humide.

❡ Omnis inſula cuiꝰ terra mollis eſt nō petroſa reſudās aqs et cuiꝰ circūferētie ſunt diſcooꝑte mōtibꝰ eſt hūide cōplexionis.

117 ❡ Generaꝶ aūt ſiccitas in aere appropinquāte ali/cui ville:cuius terra vel locus ſaxoſus eſt ⁊ ſalſus.

❡ Villa habens aerem ſiccum eſt cuiꝰ locus eſt ſaxoſus vel adu ſtus ⁊ ſalſus.verum regio ſaxoſa neceſſitat cuꝫ frigiditate ⁊ ſic/citate:ſed ſalſa cum ſiccitate caliditatem.

118 ❡ Domus valde patula ⁊ oībus ventis diſcooper ta eſt in hyeme valde frigida eſtate vͦ calida.

❡ Domus cuius ianue ſunt patule quatuor angulis orbis ⁊ diſ/cooperte quatuor ventis efficitur in hyeme valde frigida ⁊ in eſtate valde calida ⁊ maxime ſi fuerit alta.talis enī domus nō protegitur a caumate ⁊ frigore.

119 ❡ Ex domo auteꝫ depreſſa ⁊ ſubterranea habetur iudicium contrarium.

❡ Habitatio quidē ſubterranea hꝫ ꝯtrariā cū domo pdicta diſ/poſitioneꝫ:⁊ hoc eſt ꝙ tēpore hyemali eſt calida ⁊ eſtiuo frīda. diſpoſitio enim eius ꝙ eſt infra terraꝫ in predictis duobꝰ tēpo/ribꝰ eſt:cā huius hoc eſt ꝙ calefiat tunc in parte hyemali ⁊ in/frigideꝶ tēpore eſtiuo cuius ratio data eſt in naturalibus.

120 ❡ Calor ineſt pāno facto ex ſerico ⁊ coto:⁊ frigus in raſculo.i.panno plano non lanuginoſo ſeu velle/roſo ⁊ lineo.

¶ Pāni ex serico ⁊ coto sunt calidi per respectū ad corpꝰ hoīs. Frigiditas aūt pānoꝝ rasoꝝ ꝯtigit rōne ꝑuitatꝭ boree existētis in eis. Uilli eni ⁊ pānoꝝ pili sunt causa calefactionis eo ꝙ bene vniantur corpori ⁊ adhereāt: cōplexio tamen lini est tēperata.

121 ¶ In compositis ex pilo ⁊ lana inest cum caliditate aliquantulum siccitatis.

¶ Pannus ex pilo ⁊ lana factus ⁊ cōpositus hꝫ cū caliditate siccitatem: ⁊ hoc ideo qm̄ sunt ex superfluitate animalium.

122 ¶ Judicatur caliditas super complexionē cuiuslibet floris ⁊ cuiuslibet aromatici exceptis. v. scilꝫ myrta salice nenufare rosis ⁊ violis que quidem sunt frigida: cum etiam aromatica.

¶ Hoc qdē est sicut ipse dicit ꝙ omne aromaticū est calide cōplexionis in hoc qm̄ est fumosum vaporosum: huius aūt vaporis sunt qdam calida ⁊ sicca: aut calida ⁊ humida exceptis istis quoꝝ rememoratione fecit in hoc loco. Rō aūt huiꝰ est qm̄ odoris nō ꝓueniūt ab omnibus partibus predictoꝝ odorabiliū: sed solū ab eoꝝ partibus calidis que siquidem sumi pauce in comparatione ad partes eoꝝ frigidas: ⁊ aromaticum quidē est nomen cōmune omni flori bonum odorem habenti.

123 ¶ Laudabilior ⁊ vtilior ex coloribus visui ē niger aut viridis. albus autem ⁊ citrinus necnō oē splendidum ledit ⁊ disgregat lucem oculorum.

¶ Utilior ex colorībꝰ visui est viridis aut niger. viridis qdeꝫ ꝫm veritatē ꝯfert ei: q̄ꝛ ꝫm veritatē medius est īter albū ⁊ nigrū. albus aūt ꝓculdubio mouet fortiter visuꝫ: cuiꝰ cām explicuit. G. eo ꝙ ipse disgregat visuꝫ ⁊ mediū. actio aūt coloris nigri ē huic ꝯ̄ria ꝯgregans visuꝫ. Si igit̄ sic est qōlibet hoꝝ extremoꝝ ledet visuꝫ ⁊ mediū inter ea ꝯueniet ei verū est ꝙ color niger parum mouet visuꝫ ⁊ oculū pro tāto inquātū huius minime ledit ip̄m.

¶ Scd̄a ex rebus nō naturalibus. s. cibus ⁊ potus.

124 ¶ Scito ꝙ vera cibi actio est augere augenda et restaurare omne deperditum ex dissolutione corporis ⁊ ad pristinum statum deducere.

¶ Scito necessitateꝫ cibi fuisse ꝓpter duo. Unū est qm̄ ipose est aīalia a principio sue gn̄onis genita esse cū suo augmēto nāli. s. ꝙ iudicat̄ ei ꝯuenire per naturā īquātū est tale aut tale aīal ꝓ quāto fuit ei cibꝰ necessarius inquātū auget̄ eo corpꝰ eiꝰ donec veniret ad quātitatē ei debitā per nām ⁊ cesset augmētū eius. Scd̄m est ꝙ spūs ⁊ corpora aīaliū dissoluūtur ex calore aeris ꝯtinētis: ⁊ ideo fuit ei cibꝰ ꝯueniēs ⁊ necessarius ad cōmutāduꝫ aliqd ab eis loco eius qd̄ fuit ab eis dissolutū ⁊ in sūma: q̄ꝛ aīal viuit per calorē igneū qui est lator aīe ⁊ ignis inquantuꝫ huius semper cōburit: aliqn̄ eni extingueretur in aīali ignis: ideo fuit ꝯtinuo necessarius cibus corporibus aīaliuꝫ. Et ideo est ꝙ corpora pueroꝝ egent eo amplius ceteris ꝓpter multitudinē caloris in eis existentis: vnde ipsa ꝯsumunt necessario aut plurimi nutrimentū plus sicut inquit Hippo. ⁊ post ipsos pueros iuuenes: ⁊ post ipsos senes. Qui ꝟo minus ceteris egēt cibo sunt seniores decrepiti: ⁊ hoc q̄ꝛ ignis eorum est paruus parua re indigens ad hoc ꝙ ipse viuat ⁊ eo foueatur.

125 ¶ Est aūt ex eo eligendus ille qui in sanguinē laudabiliorem conuertitur ⁊ transmutatur.

¶ Electꝰ. ex cibis est ille q in laudabilē sanguinē magis ꝙ̄ in aliquem ex alijs tribus humoribus conuertitur ⁊ transmutatur.

126 ¶ Leuis aūt ⁊ subtilis est ex eo panis tritici ⁊ carnes pullorum galline ⁊ sicut bliti ex oleribus. hi eniꝫ conueniunt patientibus.

¶ Cibus laudabilis chimi ⁊ tn̄ subtilis substantie est sicut panis factus ⁊ cōpositus ex lacticinio ⁊ simila frumēti ⁊ carnes paruoꝝ pulloꝝ ⁊ galline ⁊ ex oleribꝰ sicut sola bliti: ⁊ videt̄ ꝙ totuꝫ qd̄ dicit de cibis istis referat̄ ad id qd̄ subiūgit cū dicit. Hi eni ꝯueniūt patiētibꝰ. Et sciēdū ꝙ panis ex simila tritici dicta arabice darmat posita est apud Gal. citioris digōnis ceteris ⁊ tardioris egressionis ⁊ descēsus. ꝓbat aūt ip̄m esse cite digōnis ex magna mūdificatione ⁊ separatione ipsius a furfure qd̄ qdem oīno est indigestibile: ⁊ hoc qdē est cā tardi descensus ipsiꝰ. nā furfur ꝓ̄bet pani velocitatē egressus: ⁊ hoc opinati sunt posteriores medici ꝙ panis ex simila frumēti cōpositꝰ difficilis ⁊ tarde digōnis sit. Melior aūt ex oībus panibus est ille qui sic ꝓ̄paratur vt similis spongie efficiatur equaliter ⁊ tēperate fermētatus ⁊ in clibano ꝯueniēter decoctus ⁊ post sic coctū in clibano est ille qui ꝓijcit̄ in parietibꝰ vasis calidi. Et saraceni qdem approbant panē coctū inter duas cazolas sup̱ igne ꝯuenienter situatas: ponūtq̄ꝫ ipsuꝫ in eodē gradu cū pane cocto in clibano.

127 ¶ Grossi autē ex vsualibus sunt sicut simila ⁊ sicut muto delectabilis duorum annorum.

¶ Ex cibis laudabilioris chimi ⁊ cū hoc grosse substātie sunt sicut panis simile ⁊ sicut muto duoꝝ ānoꝝ. Hi qdē chimi ꝯgruūt sanis ⁊ laborantibꝰ: sed primi quiescentibus ⁊ conualescentibus.

128 ¶ Piscis notus habitans in rupibus est cibus congruis vexato ab exercitio ⁊ labore.

¶ Piscis petrosus habitans in rupibus est ille q natat in aquis sup̱ montes rupes ⁊ trāseūtibꝰ ex fluētibꝰ. Ex his aūt sunt tres spēs. s. marinus fluuialis ⁊ habitās ambabꝰ aquis simul. Est aūt melior ex eis ꝫm Gal. marinus ⁊ post illuꝫ qui simul in ambabꝰ aquis viuit ⁊ post illū qui viuit in aquis dulcibus. Cuius rō est: qm̄ humiditas excedit ⁊ dominat̄ in piscibꝰ. Uerū oēs illi q nutriunt̄ in aquis salsis sunt minoris humiditatis: ꝯ̄riū est de illis qui in aquis dulcibꝰ nutriunt̄: sed qui viuūt in ambabus aqs simul sunt medij īter eos. Ex marinis aūt sunt tres spēs. s. mollis viscosus petrosus ⁊ montuosus ⁊ ille qui in littore maris. melior aūt ex eis petrosus mōtuosus rōne motꝰ maris ⁊ subtilitatis aquarū īter rupē ⁊ mōtes existētiū. est aūt post ip̄m mollis viscosus. deteriores aūt īter oēs pisces sunt habitātes in littoribus maris: ⁊ hoc q̄ꝛ nutriunt̄ ex fecibus ⁊ superfluitatibꝰ ibidem existentibus: ⁊ maxime qui ex eis nutriuntur in littoribus existentibus maris iuxta magnas ciuitates. idem etiā sciēduꝫ de habitantibus in fluminibus. Alauda aūt ⁊ mugil sunt ex melioribus piscibus viuentibus in ambabꝰ aquis simul apud nos. Uerum sardina est piscis mollis viscosus.

129 ¶ Ex eis etiā sunt subtilis malitie sicut synapis cepe ⁊ allium. hi autem generant cholerā rubeā vnde ⁊ quādoq̄ꝫ sumunt̄ in via medicine.

¶ Ex cibis autē est tertia spēs. s. qui sunt inlaudabilis ⁊ subtilis chimi velut synapis alliū ⁊ cepe. Hi enim cibi vrunt sanguineꝫ ⁊ generant choleram rubeam vnde interdum sumuntur in via ⁊ rōne ⁊ medicine soluꝫ: ⁊ hoc q̄ꝛ ipsi magis vincunt ⁊ agunt in corpus ꝙ̄ corpus deuincat eos.

130 ¶ Ex eis sunt etiā generātes melancholiaꝫ ex qua in quibusdaꝫ corporibꝰ morbi generant̄ velut hirci antiqui boues panis furfureus ⁊ caseus.

¶ Ex cibis inest quarta spēs ⁊ sunt illi qui generāt melācholiaꝫ sicut carnes hircoꝝ antiquoꝝ ⁊ boum antiquoruꝫ ⁊ in summa oēs qui grossi sunt ⁊ terrestres: ex eis tn̄ sunt calidi ⁊ sicci sicut caseus aridus ⁊ antiquus ⁊ quidaꝫ sunt frigidi ⁊ sicci sicut bos antiquus. Corpora aūt in quibus generatur morbꝰ ex eis cibis: sunt corpora in quibus humor melancholicus a principio ⁊ radice nature ⁊ complexione eorum dominatur.

131 ¶ Rursus quidam ex his causant ⁊ efficiunt humorem flegmaticum sicut grossi ⁊ genera lactis.

¶ Hi etiam cibi sunt grossitie sua frigidi ⁊ humidi.

132 ¶ Aque delectabiles ⁊ fluuiales ꝯseruāt humiditatē radicalē ⁊ causant egressum fecuꝫ ⁊ superfluitatum digeruntq̄ꝫ ⁊ deducunt cibum per venas.

¶ Actio qdē aquarū delectabiliū in corporibꝰ est ꝯseruatio humiditatis radicalis in eis existētis ⁊ facilis egressus fecū ⁊ sup̱fluitatū ab eis ⁊ faciunt ēt transire ⁊ penetrare cibū per venas ⁊ ob hoc q̄ꝛ subtiliāt ⁊ liquidū reddūt ip̄m. Inest ēt ei aliō iuuamentū ab eis: ⁊ est qm̄ digestio fit per eas. Nā nisi ipse eēnt torrefieret cibꝰ ⁊ vreret̄. Et inde est ꝙ aīalia adoptāt ⁊ desiderant aquas cuꝫ sit digestio cibi. Qd̄ aūt dicit̄ hic. s. ꝙ aque fluuiales sint meliores fontinis: est quidē ꝫm opinionem medicoꝝ takarquin: fontine tn̄ ꝫm opinionē Hippo. ⁊ Gal. sunt meliores ⁊ ex eis maxime orientales ⁊ super arenā incedentes. Cuius qdē ꝓbatio est ex hoc qm̄ aque fluuiales colligunt̄ ⁊ cōmiscent̄ cum pluribus aquis incedētes super terrā diuersarū cōplexionum.

133 ¶ Melior est ex aquis pluuialis munda quoniam nihil admiscetur ei quod inferat eis nocumentum.

¶ In hoc autem conuenerunt omnes medici qm̄ non admiscetur aquis huiusmodi sicut ipsi dixerūt aliqua terra nociua. Est tamen dubitatio ⁊ controuersia inter eos de bonitate aliarum post predictas in gradu existentium. Nam quidā asserunt fontinas esse meliores: quidam autem fluuiales.

134 ¶ Ex eis autem sunt egredientes a naturali dispositione earum quarum propria actio est ꝫm complexionem eius quod admiscetur eis.

¶ Quedā sunt species aquarū egrediētes nām aque simplicis ⁊ vere.i.ꝙ nō sunt delectabiles sicut aqua simplex quarū ꝓpria actio ꝯsequitur illud qđ fuit eis admixtū. Si autem sint amare erūt calide ⁊ sicce rōne cōmixtionis partis terre vste cū eisdē. Si vero fuerit salse cōmiscebit eis terra salsa. Si aūt sint calide erunt eis cōmixte terre sulphuree. Ferunt etiā ꝙ quedā aque fuerunt reperte acetose. Ferunt etiā ꝙ in partibꝰ granate sunt quedam aque necantes animalia que bibunt ex eis.

135 ¶ Omne quod bibitur ex ceruisijs lacte ⁊ vino nutrit corpus.

¶ Ex oībꝰ potibꝰ corpꝰ nutrientibus sunt.s.ceruisia vinum ⁊ lac.

136 ¶ Potus conuertens corpus ad sui naturaꝫ est sicut oxymel ex sui iuuamento.

¶ Proculdubio intentio sua in hoc loco fuit ad referēdū genera ciboꝝ ⁊ potuū diuersas opōnes in corpore hoīs efficientiuꝫ.nō aūt fuit intentio eius ad referendū eos inquātū ꝯseruāt sanitatem vel tollunt egritudinē vnde est ac si diceret. Potꝰ sunt sicut aque ⁊ alij ab ea: ⁊ aq̄ sunt aut delectabiles aut nō delectabiles: ⁊ ex delectabilibꝰ opōnibꝰ sunt tales ⁊ tales: ⁊ silr̄ delectabiliuꝫ operationes sunt tales ⁊ tales: ⁊ earū spēs sunt tales ⁊ tales.

¶ Tertia ex rebus nō naturalibus.

137 ¶ Somnus est quies virtutum animaliuꝫ motiuarum ⁊ sensitiuarum.

¶ Somnꝰ est reuocatio seu regressus virtutū aīaliū ex apparētia corporis ad eiꝰ iterius: ⁊ hō qm̄ eaꝝ actiones sunt mouē ⁊ sentire que vigilātia noīat. hoc aūt ꝯtingit cū ꝓdicte virtutes existunt in manifesto corporis cū eoꝝ opōnes sequunt eas: somnꝰ vero est earū quies. Nā tūc quiescūt ab opōnibꝰ suis ⁊ redeūtes ad suā originē que est cor augent seu ꝯfortant ibidē. Cū aūt somni est tā digestio cibi q̄ꝫ labor. Nā cū digerit cibus gn̄at ex eo spūs in corde ⁊ in cerebro vapor frigidus ⁊ humidus. De natura aūt frigiditatis est ꝯstringere ⁊ cōprimere seu in ꝓfundum ipellere: vnde reuocat tūc calor nālis ad suā originē ex friditate occurrēte ⁊ obuiāte ei: ad cuius regressuꝫ ꝯtingit etiā regressus ⁊ reuocatio sensuū. nā ipsi ferunt super ipm̄. Labor autē est cā somni qꝛ ipse dispargit ⁊ dissoluit calorē naturalē ⁊ per ꝯn̄s infrigidat ipm̄: quocirca in sua colligit origine quatenus ibidē ꝯfortetur ⁊ calefiat vitans ⁊ fugiens laborē donec ad suā cōplexionem primā redierit aut prope eam: ⁊ tunc excitatur animal sicut excitatur postq̄ꝫ est completa cibi digestio.

138 ¶ Ipse eniꝫ calefacit corporis interiora: ex quo fit cibi digestio laudabilis ⁊ melior.

¶ Ipse.n.calefacit sicut causat quidē regressum caloris in manifesto corporis existētis.ad eius interius vniūtur tunc duo calores simul.s.intrinsecus ⁊ extrinsecus. ꝓ tāto subdit ꝙ inde efficiatur melior cibi digestio. Nā virtus digestiua efficit tunc opꝰ suū cū ꝓdictis duobꝰ caloribꝰ: videlicet cū calore spūali ⁊ ꝓprio eius ⁊ cū calore virtutū animaliū sensitiuarū: que quidē tēpore vigilie suas operationes exercebant.

139 ¶ Si autem somnus multum prolongatur replebitur caput humoribus.

¶ Huius quidē cā est qm̄ cū talis existit itra corpꝰ plus debito auget ⁊ multiplicat fumosus vapor ⁊ eleuat plīm ex eo ad cerebrū ⁊ sic replet caput vapore ꝓdicto: qꝛ etiā iā fuit cibꝰ digestꝰ per somnū ꝓfundū: exercet tunc calor operationē suā humiditatibus corporis: vnde componitur tūc vapor ex primo ⁊ ascēdente ab illis humiditatibꝰ ad caput pro tāto replet caput illis humiditatibꝰ que humectant ipm̄ sm̄ modū predictū.

140 ¶ Ipse enī humectat corpora ⁊ relaxat extiguitq̄ꝫ calorem viuificantem ipsa.

¶ Humectatio qdē quā facit somnꝰ ideo est qm̄ vigilia exiccat corpora rōne eiꝰ qđ.s.dissoluit ab eis per motū ⁊ sensuꝫ: ⁊ iō est ꝙ cū qescūt sensus in somno ꝙ auget humiditas sup virtutes eoꝝ necnō etiā humiditas membrorum. Intelligit aūt ex dicto suo cū dicit extinguitq̄ꝫ calorē ⁊c̄. ꝙ multꝰ somnus extinguit calorē quo virtutes viuūt ⁊ existunt: ⁊ hoc qm̄ de nā. quietis est ⁊ coopertionis extinguere calorē. Ignis.n.extinguit ⁊ suffocatur cū multū ⁊ perfecte tegit ⁊ cooperit. Cōtingūt aūt ambo predicta calori elr̄ari alr̄ naturali tempore somni.s.quies ⁊ suffocatio ex membris absq̄ꝫ respiratione sufficiēti ꝓpter qđ contingit ei tunc extinctio sicut igni extrinseco. Naꝫ insufflatio venti ignē incendit ⁊ inflāmat: vnde est hec via in causis respirationis.

141 ¶ Temperata vigilia excitat valde sensus ⁊ disponit vires ad exercēdū operationes suas: ⁊ cum hoc mundificat corpus a fecibus ⁊ superfluitatibus.

¶ Vigilia mediocris ⁊ tēperata.s.nō excedens aut diminuta est illa qua sensus incitant. Nā tunc ipsi exercēt operationes suas sollicite ⁊ attente: ipsa enim disponit vim motiuā ad exercendū operationes suas fortes ⁊ cū vtilitate: mūdificat ēt corpꝰ a superfluitatibus.i.expellit eas ⁊ educit exterius: de natura enī vigilie est corpus euacuare: nam motus euacuat ⁊ cōsumit.

142 ¶ Ex longa aūt vigilia contingit expergefactio ⁊ insomnietas generans anxietatē ⁊ angustiaꝫ anime. Ipsa etiā dissoluit spiritus ⁊ corpora fedat ⁊ corrūpit splendorem ⁊ claritateꝫ corporis ⁊ colorem eius ⁊ profundat oculos nocetq̄ꝫ digestioni ⁊ mentē tollit ⁊ disturbat ⁊ corpus infrigidat.

¶ Ex longa vigilia ꝯtingit morbus insomnietatis generātis angustiā ⁊ laboreꝫ anime. ipsa enim euacuat corpus ⁊ magnificat dissolutionē eius: ⁊ ideo dicit ꝙ ipsa dissoluit corpora ⁊ spiritꝰ eoꝝ: ⁊ eoꝝ colores ⁊ splendorem fedat ⁊ corrūpit. nam ex corruptione caloris naturalis imutat color corporis ⁊ splendor eius alteratur: ob hoc etiaꝫ causat submersionē oculoꝝ ⁊ profundationem corruptionē digestionis mentis ablationē corporis infrigidationem sicut dixit in textu.

¶ Quarta ex rebus nō naturalibus.

143 ¶ Ex exercitijs decet ꝙ fiat tēperatū moderatuꝫ ⁊ equale: nā equat ⁊ tēperat corpora ⁊ efficit egressum superfluitatum ⁊ humiditatum.

¶ Ex exercitijs est equale ⁊ inequale. Est aūt equale eligendum. Est ergo illud faciendū ⁊ eo vtēdū: qm̄ ipm̄ equat corpꝰ ⁊ expellit feces ⁊ humiditates sup̄fluas ab eodē. equat aūt corpora seu temperiē corpoꝝ efficit eo ꝙ calorē nālem ꝯfortat. Sed expulsio quā facit humoꝝ ⁊ superfluitatū cōtingit ex motu ⁊ ex predicta confortatione caloris naturalis quam sicut dictum est hꝫ efficere: ad confortationem enim caloris radicalis sequitur cōfortatio virtutis expulsiue ⁊ aliarum ab ea.

144 ¶ Disponit etiam corpus ad hoc vt nutriatur et disponit parum ad hoc vt augeatur.

¶ Exercitiū equale ⁊ tēperatū disponit corpus ad hoc vt nutriatur ⁊ ad hoc vt sup̄fluitates educant neq̄ꝫ nō ad hō vt elr̄aris inflāmet. Tēpus aūt ꝯueniēs ad exercendū ipm̄ est postq̄ꝫ est cōpleta vltima digestio. Sunt aūt tres digestiōes.s.vna que fit in stomacho: alia que fit in epate: tertia que fit in ipsis membris. Et tēpus qdē ad exercitādū ꝯueniens est cū est cōpleta vltima digestio. Nā cū fit ante cōplementū huius digestionis: ipm̄ qdē est ex ceteris rebus nocibilibꝰ: ⁊ hoc qꝛ facit tunc egredi ⁊ trāsire cibum indigestū ⁊ in summa corrumpit ipsum. Nam digestio nō perficitur nisi cuꝫ quiete. cibi aūt digestio est membroꝝ ex eo nutritoꝝ generatio. Intelligit aūt cum dicit. Et disponit paruū ad hoc vt augeat qđ exercitiū iuuat virtutem augmētatiuam tam in membris paruis q̄ꝫ etate augmenti.

145 ¶ Immoderatū aūt ex eo ꝓprie dicit labor q qdē spiritū eūat ⁊ educit lassat corpꝰ ⁊ emacerat pingues ⁊ carnosos ⁊ inflāmat calorē extraneū ⁊ ducit ēt humiditates a corpe ⁊ debilitat neruos ex violētia doloꝝ ⁊ facit corpus senescere ante etatē senectutis.

¶ Exercitiuꝫ imoderatū dicit labor qđ quidē spiritus euacuat ⁊ calorē extraneū in corde accēdit ⁊ inflāmat qui calor elr̄ari seu radicali grauius existit: euacuat enim pre multitudine motꝰ sui humiditatē a corpore ⁊ ex magna dissolutiōe debilitat neruos: facitq̄ꝫ senescere corpus ante etatem senectutis ratione eiꝰ qđ ex membris radicalibus dissoluitur.

146 ¶ Ultimata quies est icōueniēs neq̄ꝫ est iuuamētum in vltimitate eius: imo ipsa replet corpus humiditatibꝰ sicut ⁊ glandulis ⁊ nodis neq̄ꝫ disponit corpus ad aliquem cibum.

¶ Illaudabilis est imoderata quies ⁊ omissio motus est illaudabilis: nam excessus cuiuslibet rei est inutilis. de nā aūt quietis est replere corpus humiditatibꝰ rōne parue ⁊ diminute eūonis facte cū eo: ⁊ ꝓinde ēt nō disponit corpꝰ ex ea ad susceptionem nutrimēti eo.s.ꝙ nō egrediant tunc superfluitates a corpore.

¶ Quinta ex rebus nō naturalibus.

¶ He quidem facies note sunt medicis: facies. s. mortuoꝝ: quarum teste Hippocrate nasus tenuis est ⁊ acutus ⁊ oculi ꝓfundati ⁊ timpora plana ⁊ tensa: ⁊ aures īuerse ⁊ sunt in colore similes mortuo: que quidē facies si circūscripta vigiliarū istātia

⁊ euacuatione sensibili appareāt in principio morbi necessario habebunt malitiā significare. Nam significāt subitū casum virtutis ⁊ priuationē seu ꝯsumptionē hūidi radicalis ⁊ extinctioneȝ caloris nālis: ⁊ hꝯ rōne violētie morbi: nō tñ signāt malitiam in morbis chronicis sicut facit in acutis. pñt eteñ he facies rōne lōgi tēporis morbi apparere. agēs enī debile efficit transmutationē magnā in tēpore lōgo: ⁊ ecōtrario agēs forte efficit īmutationē magnā in tēpore breui. Cū ergo in tēpore breui videbimus. s. in primis diebus morbi hec accidentia significabūt quidem morbi malitiam ⁊ virtutis debilitatem.

437 ¶ Et iam rubor vel nigredo oculoꝝ aut eoꝝ eminentia vel principiū fuscedinis ipsoꝝ.

¶ Hec oīa significāt dominiū ⁊ excessum humoris in cerebro.

438 ¶ Aut etiam si quieuerint vel si fuerint infrigidati aut palpebrarum tortura.

¶ Intellexit ꝙ aut oculus quiescat a motu suo nāli aut ꝙ cesset ⁊ tollat̄ sensus visus: aut ꝙ eoꝝ nālis calor extinguat̄ ⁊ in frigidet̄: ⁊ hoc qdē totū significat mortificationē virtutis motiue.

439 ¶ Aut si fuerit nasus acutus cum obliqua fronte ex latere labij contracto vel marcido.

¶ Acumen quidē nasi accidit ex priuatione sanguinis ⁊ humiditatis corporis. Nā cum accidit illō corpori rubet primo nasus lꝫ sit ex mēbris corporis exterius eminentibus ⁊ frigide nature distantibus valde ad hoc ꝙ possit ad ea sanguis attingere: ⁊ obliquitas quidem ⁊ contractio labij significāt super dominiuȝ ariditatis ⁊ consumptionem humidi scilicet radicalis.

440 ¶ Frigiditas quidem extremoꝝ patientis cū vlcere ⁊ nigredine lingue laboriosa ⁊ similia cruciātia sunt quideȝ illaudabilia in febre vrente.

¶ Cum quidē vniant̄ contraria in eodē significabūt super ipsi⁹ corruptionē: pro tāto cū in febre valde vrente reperiet̄ frigiditas extremitatū significabit super illaudabilē malitiā: ⁊ nigredo quidem lingue significat sup dominium vstionis in corpore.

441 ¶ Ex his etiam viridis rubor vnguium ⁊ viror in corpore cum vestigio nigredinis.

¶ Tales qdē vngues ⁊ macule corpis similes vestigijs vlceruȝ ꝯtingūt rōne mortificatiōis nālis caloris in corpore ⁊ adustionis humoꝝ. Apparēt aūt ꝑdicte macule similes vestigijs vlcerū ⁊ ꝯtusionibus in illis locis determinate ex debilitate locoꝝ ꝑdictoꝝ. Interdū tñ signāt nigredo extremoꝝ super crisim per quā euadit ⁊ liberat̄ patiens: cadunt tamē vngues. hoc aūt ꝯtingit cum apparet hoc accidens post morbi digestionem.

442 ¶ Ex his etiam est icteritia si ante septimam diē apparet cum macie hypocūdriorum.

¶ Illaudabile qdē signū ē. Si icteritia añ digōnē appeat. Et pores expti fuerūt ipaȝ eē sine digōne si ante septimā diē appeat. Posteriores ꝟo opinati sunt ꝙ si eueniat ante septimā dieȝ in regionib⁹ tñ calidis pōt nihilominus esse bonū signū ⁊ laudabile. Addidit ēt ꝙ appeat cū macie hypocūdrioꝝ: qm̄ macies illi⁹ loci significat excessum ⁊ dominium vstionis ⁊ siccitatis renū.

443 ¶ Et si frigiditas sit in manifesto ⁊ superficie corporis ⁊ calor fuerit ⁊ sit īterius: ⁊ presertim si adhuc sit ⁊ remanserit super mēbra principalia.

¶ Hec qdē signa sunt illaudabilia: qm̄ significant ꝙ intra corp⁹ sit apostema attrahēs ad se calorē ⁊ saniē adeo ꝙ inde infrigidetur manifeste superficies corporis addidit etiaȝ ⁊ maxime si adhuc remāserit sup mēbra principalia: hoc est si calor remanserit ad hec in manifesto corporis sup illud qđ est directo mēbroꝝ ꝑncipaliū: nā hoc significat apostema esse in mēbris illis.

444 ¶ Et tumor quidē vultus cū tumore extremitatū ante duo septenaria est qdē terribilis. nā hui⁹ patiētis materia velox est ⁊ cita. vnde non videt̄ ꝙ ad terminum duorum septenarioruȝ valeat peruenire.

¶ Tumor qdē faciei ⁊ extremoꝝ in acutis febrib⁹ ante. 14. dieȝ signāt ꝙ patiēs nō perueniet ad terminū ꝑdicte diei ante q̄ꝫ labetur in hydropisiȝ: ⁊ hydropisis qdē mortalis est in hoc loco.

445 ¶ Aut si quiescat ⁊ cesset febris absq̄ꝫ crisi aut si eius fortificatio palam augeat̄ in diebus paribus.

¶ Intellexit ꝙ erit signū illaudabile cū cessabit febris acuta subito sine crisi. hꝯ enī signāt ꝙ ꝯsequēter redibit ⁊ patientē īterficiet. Nā talis quies signāt fatigationeȝ nāe ⁊ īpotentiā ad resistēdū morbo. Est aūt malū ꝙ febris augeat̄ in dieb⁹ parib⁹: aut qꝛ nō accidet crisis in talib⁹ febrib⁹ nisi in dieb⁹ parib⁹: qđ qdē malū est ⁊ illaudabile: qꝛ febris nota que emitriteus dicit̄ augetur ⁊ fortificat̄ in dieb⁹ parib⁹: ⁊ hec qdeȝ febris periculosa est. hoc autem probabilius videtur esse de intentione ipsius.

¶ Signa ab exeuntibus a corpore.

446 ¶ Ex his quideȝ est fex nigra vel viridis fetida: pinguis rubea: ⁊ sicut aq̄ butyrosa ⁊ alba. He nāq̄ꝫ male sunt ⁊ illaudabiles.

¶ Malitia qdē egestiōis nigra ē qm̄ signāt dñiuȝ melie: ⁊ maxīe si talis appeat a ꝑn° morbi. Et viridis appropinq̄t qdeȝ ei. Sed fetida signāt sup magnā ⁊ fortē corruptionē. Unctuosa ꝟo significat sup dissolōnē adipis renū ex forti violētia renū effecta. Uerū rubea attestat̄ sup dñiuȝ cholē rubee q̄ valde vrit̄. Et aq̄sa qdē signāt sup ꝑuationē virtutis īmutatiue digestiue. Spumosa aūt ⁊ butyrosa signāt sup fortē calorē aut sup fortē motū virtutis ingetate vexate queādmoduȝ ꝯtingit in spuma maris rōne multitudinis fluctuationū motuū ei⁹. Et alba qdeȝ signāt super debilitatē epatis. Hoc aūt totū verendum est in acutis.

447 ¶ Necnō etiaȝ si appareat diuersoꝝ coloꝝ: hoc nāq̄ꝫ mortem aut crisim futuram significat.

¶ Siquidē talis sit per viam crisis significabit super fortitudinem nature que in acutis talis appareat: significabit quidem super multitudinem ⁊ dominium humorum in corpore.

448 ¶ Et si cum casu appetitus egestio sit cholerica cum qua egrediatur frustum sanguinis congelatum primo ⁊ consequenter frustum carnis.

¶ Quādo cū casu appetitus est egestio cholerica ⁊ cum ea egreditur sanguis ⁊ carnis frustum significat quidē malū. Est nanq̄ꝫ signum illaudabile casus appetitus cū fluxu sanguinis.

449 ¶ Et etiā si post egressum cholere appareat sanguis absq̄ꝫ punctione ⁊ stimulatione.

¶ Intellexit ꝭm opinionē meam ꝙ cum egreditur sanguis post expetentē egressum cholere rubee ꝓcedente punctione ⁊ mordicatione aliqua egressum sanguinis ꝙ hoc significat egressum sanguinis per secessum ⁊ post talē ꝯsumptionē cholere citrine.

450 ¶ Et si post extenuationem ⁊ macerationem corporis appareat ⁊ egrediatur fex nigra.

¶ Si fex patientis egrediatur nigerrima post consumptionem ⁊ emacerationem corporis sui ⁊ etiam morbi longitudinē: hoc quidem est signum malum ⁊ illaudabile.

451 ¶ Et cum constipabitur venter in febre vrente et vexabitur cerebrum.

¶ Intellexit hoc ꝭm opiōnē meā ꝙ cū in febre vrente ꝯstipabit̄ venter significabitur ascensus morbi ad caput siue cerebrum.

452 ¶ Si etiam egrediatur ventositas cum sono inuerecundo preter solitum erit malum.

¶ Intellexit ꝙ siquis verecūdus bōbizet alijs audientibus preter solitum ꝙ hoc erit malum signuȝ. Nam significat aut super corruptionem rationis aut super violentiam doloris.

453 ¶ Et vrina qdē nigra tenuis ⁊ pauca signāt patiētis interitū: estq̄ꝫ timēdū vtplurimū ⁊ periculosuȝ cū accidit ꝑmixtio rōnis ⁊ ītellectus cū tenuitate vrine.

¶ Cum vrine tenuitas iungitur nigredini: significat quidē super dominium frigiditatis ⁊ extinctionē naturalis caloris. Qꝛ aūt quis loquatur absq̄ꝫ ratione cū vrine tenuitate: significat ascensum cholere rubee ad cerebrum ⁊ ipsius apostemationē.

454 ¶ Ex his etiam sunt vomitus ⁊ fluxus cū nigredine ⁊ fetor ex putrefactione contingens.

¶ Fluxus qdē sanguis nigerrimi ex naso signāt sup vstionē sanguinis ex violētia febris ꝯtingētē: ⁊ vomit⁹ niger sup dñiuȝ cholere vste seu melie in corpore: ⁊ fetor sup fortē putrefactionē.

455 ¶ Frequens etiam tussis cum modico sputo est signum malum ⁊ illaudabile.

¶ Cū in ptisi minuit̄ sputū cū frequētia tussis suffocat̄ patiens.

456 ¶ Sputū etiā diuersoꝝ coloꝝ in pleuresi cū tussi laboriosa ⁊ difficili significat mortis ꝓpinquitatem.

¶ In apostemate lateris extat sputū diuersoꝝ coloꝝ cū difficultate ⁊ tussi valida: erit quidem mors patiētis valida.

457 ¶ Et sudor solitus capitis ad quē seu ad cui⁹ euacuationē nō subsequit̄ quies est malus.

❡Sudor ꝓprie in fronte ⁊ prora capitis est qdē signū mortale. Nā qdē significat super fortē pugnā. Omnis enī sudor quē non subsequit̄ alleuiatio patiētis est ex signis malis ⁊ illaudabilibꝰ.

❡Rememoratio signoꝝ laudabiliū ꝓnosticoꝝ

458 ❡Si facies eoꝝ appareāt quales fuerit tēpore sanitatis: eoꝝ qdē cura ⁊ certa euasio erit manifesta.

❡Palā quidē est ⁊ manifestū ꝙ he facies sunt manifesta ꝯtrarie faciebus similibꝰ faciebꝰ mortuoꝝ: cū igit̄ facies ille significant super mortē: iō significabūt iste salutē ⁊ patiētis euasionē.

459 ❡Ex his etiam est vniformitas ⁊ equalitas caloris circūscripta macie hypocundriorum.

❡Hoc aūt iō ꝯtingit qm̄ vniformitas caloris sup totū corpꝰ significat sup laudabilē dispōnē corporis intrinsecā ex ꝑuatione apostematū. Addit tn̄ cū vniformitate ⁊ eq̄litate caloris in corpore ꝙ nō fuerint hypocundria macra: ⁊ hoc ideo qm̄ talis est dispositio ethicoꝝ ⁊ est ac si diceret ꝙ calor reperit̄ vniformis per totū corpus eoꝝ cum macie hypocūdrioꝝ ipsoꝝ.

460 ❡Icteritia si post septimā diē manifesta ⁊ ꝑfecta rōcinatio absq̄ malitia ⁊ vigor motꝰ ⁊ sensuū oium: ꝯcomitāte facilitate ⁊ leuitate sui corporis: ⁊ solitus decubitꝰ ⁊ somni aduentꝰ in nocte vtplurimū sine somno diurno cū vigore patiētis post somnū. Ois etiā somnus tollēs dolorē ⁊ ꝑturbationē seu ꝑmixtionez rōnis ⁊ mitigans egritudinem est laudabilis.

❡Hec qdē signa oia sunt ꝯria signis malis ⁊ illaudabilibꝰ quoꝝ resolutionē ꝑmisimus: ⁊ cāe istoꝝ ēt sunt ꝯtrarie causis illoꝝ ꝓ tāto: nō opꝫ nec est necesse iterare cōmentuꝫ in istis. Intellexit aūt cū dixit ꝯcomitāte quoq̄ leuitate sui corporis ꝙ cū patiēs tolerat bene morbū suū est signū bonū ⁊ laudabile: sicut in potētia tolerandi ipsum est malum signum ⁊ illaudabile.

461 ❡Cerebꝝ qdē patit̄ ex q̄busdā mēbris cōpatiētibus secū in passiōe. vñ si tūc euaserit a ꝑmixtione ꝯtinua euadet qdē patiēs laudabiliter ab hoc morbo.

❡Cū mēbra q̄bꝰ cōpatit̄ cerebrū in passiōe patiunt̄ sicut pectꝰ ⁊ diaphragma circūscripta ꝑmixtione ꝯtinua rōnis sigñat̄ ꝙ cerebrū imune sit ⁊ liberū ab apostemate. Alia aūt ꝑmixtio interpollata fit potius rōne cōpensationis ⁊ colligantie: nō aūt rōne ꝓprie passionis ipsiusmet cerebri ꝯtingentis ex apostemate in eodē existēte vbi est quidem cōtinua permixtio rationis.

462 ❡Et si cū apostemate capitis assit sternutatio ex signis erit super sanitatem significantibus.

❡Hoc quidem est signum laudabile cum in statu morbi contingit. In principio ꝟo significat vtplurimum nature vexationē.

463 ❡Omnis fluxus sanguinis etiam ab aure in morbis capitis est curatiuus corporis.

❡Et hoc ideo contingit quoniam ex fluxu sanguinis narium vel aurium dissoluitur apostema.

464 ❡Anhelitus manifestus nō frequēs aut tardus est laudabilis nec ē verēdus si nō fuerit ītercisus separatꝰ aut orthomiosus cogens erigere patientem.

❡Cū accidit ī mēbris frequēs anhelitꝰ ē qdē signū malū. nā significat excessuꝫ caloris in corde. Tardus q̄q̄ anhelitꝰ ꝑmixtionē sigñat rōnis. Intercisus sepatꝰ sigñat dissolōnē virtutꝭ ⁊ duritiē organi anhelitꝰ ꝯtingētis rōne apātis aut in mēbris ꝑncipalibꝰ existētis aut excessuꝫ siccitatꝭ ī organis anhelitꝰ existētis. Uerū anhelitꝰ faciēs patiētē erigere sigñat pulmonis apostema. Cuꝫ ergo anhelitus īmunis sit ab his omnibus signū est laudabile.

465 ❡Et simil'r est laudabile cū pulsus est virtuosus fortꝭ sine āgustia: nec ē anhelitꝰ vrēs nec iflāmatiuꝰ.

❡Angustia qdē pulsus significat super debilitatē virtutis: cum enim nō possint extendere in latum multo minus in ꝓfundū. Et anhelitus quidem vrens significat super inflāmationeꝫ cordis.

466 ❡Ex his ēt sunt bonitas appetitus ⁊ digōnis cū eq̄litate ⁊ laudabili sub̄a fecū ⁊ colore medio in citrinitate circūscripta nigredie earū vstiua ⁊ viriditate.

❡Hec quidē oia sciuntur ex eo qꝺ ꝑmisimus de signis malis.

467 ❡Aut exitus etiā humoris cum lumbricis in die cretica. hoc quidē est signū vite. hoc enim cōtingente aufertur morbus cum fuerit ex illo humore.

❡Hoc qdē est signū laudabile qm̄ sigñat viꝫ ⁊ fortitudinē virtutis expulsiue nālis. Cū aūt dixit ꝙ aufert̄ morbꝰ hoc ꝯtigēte ⁊c. ītellexit ꝙ egressus lumbricoꝝ in die cretica sit signū bonū per se ⁊ ꝑsertim cū fuerit morbꝰ ex illo humore egrediēte cū eis: ac si diceret ꝙ egredit̄ cum eis humor qui est cā effectiua morbi. Nā interdū accidit in crisibꝰ laudabilibꝰ ꝙ humor qui est causa morbi egrediat̄ in crisi ⁊ accidit interdū in crisibꝰ illaudabilibꝰ ꝙ euacuetur humor qui nequaq̄ est cā morbi: ⁊ talis quidē crisis auget ⁊ magnificat morbuꝫ: nec reperit patiens post ipsam alleuiationē: sed potius aggrauationē ecōtrario. s. qꝺ eius accidit ex crisi contingente ab euacuatione humoris ꝓprij morbi.

468 ❡Egrediente cholera rubea aufert̄ surditas tolliturq̄ inde nocumentum in morbo cerebri.

❡Galenꝰ qdē exposuit hec īter dicta Hippo. in lib. afoꝝ. vbi dic. Qꝛ si fluxꝰ vētris ex chol'a rubea accidit patiēti surditatē tolletur eiꝰ surditas. Et Gal'. qdē opinatꝰ est h̄ eē verū cū talis surditas ꝯtigit ex apāte in cerebro ꝯtingēte. Nō. n. est cā eiꝰ cholera rubea in nō ꝯtingēte ex apāte cerebri: ⁊ ob hec inquit hoc Bensene: ꝙ ꝯtingente surditate in acutis aduenīēte fluxu vētris de cholera rubea tolletur surditas ⁊ morbus capitis dissoluetur.

469 ❡Sanguis etiā hemorroidaꝝ curat morbū splenis. hoc etiam est laudabile in melancholia.

❡Fluxus sanguinis hemorroidarum curat a morbo splenis et melancholia quoniam sanguis hemorroidarum est niger: melancholia quidem est ipsa cholera nigra.

470 ❡Et fluxus quidem aque ⁊ humoris flegmatici est cura morbi in hydropisi.

❡Intellexit quidem ꝙ cum accidit fluxus aque citrine in vterina ⁊ humoris flegmatici in carnosa: ⁊ ꝙ causa aliter ꝙ est cura duarum predictaruꝫ specierum hydropisis.

471 ❡Egressus quoq̄ cholere citrine in obthalmia festinat curam eius.

❡Intellexit ꝙ fluxus cholere rubee curet obthalmiā celeriter ex eadem cholera contingentem.

472 ❡Ex his qdē signis ē vt videas vrinā similē ī colore pomo citrio cū hypostasi alba ī fundo residēte.

❡Hoc etiā est notuꝫ ex eo qꝺ dictum fuit in capitulo de vrina. talis nanq̄ color eius est naturalis ⁊ talis hypostasis similiter est naturalis cum sit alba ⁊ residens in fundo vasis.

473 ❡Et si ēt videas sudorē īfirmi eq̄lē ī febre ꝯtiua.

❡Intellexit ꝙ si sudor sit qualis ac si diceret ꝙ sit equalis per totum corpus: ⁊ hoc quidem est bonum signum in febre continua. Hec autem febris est ex sanguine.

474 ❡Et tumorem exterius apparentem in squinantia: hoc enim bonum ⁊ laudabile est.

❡Hoc qdē bonū ⁊ laudabile ē sic dicit: tumorē ēt exteriꝰ in squinātia apparētē: est bonū ⁊ laudabile signuꝫ. In q̄ ꝟo nihilominꝰ apparet exteriꝰ cū violētia accidētiū mortalis est: talis enī est deterior ex spēbꝰ eiꝰ. ⁊ ꝑsertim si pre sui magnitudine ex ea apparente interius ⁊ exterius videat̄. extrinsece aūt seu exterius sunt tres spēs q̄bꝰ laudabilior est illa: cuius ip̄e fecit mētionē.

475 ❡Tumor quidem testiculorum in tussi chronica est cura corporis.

❡Intellexit ꝙ cum in tussi chronica generatur tumor testiculorum ꝙ sit cura eius: hoc est cum materia faciēs tussim transfertur ⁊ destinatur ad locum predictum.

476 ❡Et sil'r apostema pedis ī morbis pl'monis nec nō apostema gñatū in iūctura cruris ⁊ in inguinibꝰ.

❡Intellexit ꝙ per diuersitatem materie ad aliam partē fiat curatio apostematū pulmonis: ⁊ intelligit ꝫm opinionem meam per apostema pedis podagraꝫ. Et apostema quidē in iunctura cruris est apostema qꝺ gñat̄ in carne existēte in radice cruris.

477 ❡Et pustule narium aut labiorūꝫ in tertiana est signum salutis pronosticum.

❡Hoc intellexit in tertiana simplici ⁊ vera: ⁊ est illa que non transit septem periodos seu circuitus.

478 ❡Et varices quidem in nate sunt cura alopicie nec non eius qꝺ est in ventre ⁊ splene.

❡Uarices sunt morbi in tibijs accñtes cū vene in eis existētes replent̄ ⁊ igrossant̄ intātū ꝙ egrediant̄ māifeste a sua dispōne nāli: humor quoq̄ quo tūc replent̄ vene ille melicus est: ꝓ tāto ex euulsiōe ⁊ trāslatiōe illiꝰ hūoris ad eas ꝯtigit curatio morbi

splenis

splenis ⁊ etiã apatuʒ in vẽtre generatoꝝ que dubailet dicunť.s. scrophule al's glãdule. veꝝ ꝙ hic sit cura alopicie: hoc qdẽ nequaq̃ est eo ꝙ oĩs mã ex qua fit alopicia sit melica: nec etiã ex humore flegmatico. Nam alopicia põt ex oĩbus humorib᷒ generari. Hic aũt canon est vnus ex aforismis Hipp. ⁊ opinatus est Gal'. in expõne eius ꝙ posuit alopiciã pro lepra: nõ tñ cõstat apud Gal'. illo tempore nec est verificatum isto tempore.

479 ¶ Et oxyremia quidem in lienteria intestini ꝯtingit ex retentione cibi.

¶ Intellexit ꝙ si ꝓcedẽte lienteria ꝯtingit eructuatio acida ꝙ sit bonũ signũ ⁊ laudabile. Hoc nãq̃ signãt in h̄ morbo retẽtionẽ partis cibi in stõcho. ⁊ hoc iõ. nã in hoc morbo egreditur cibus ĩdigestus a stõcho ⁊ intestinis rõne humoris lenitiui ibidẽ existẽtis: aut rõne vlceꝝ exñtiuʒ in eisdẽ. vnde cũ retineať cib᷒ in stõcho donec acescat est signũ laudabile. qꝺ qdẽ veꝝ est velut dicit Gal'. si de nouo contigerit que prius nõ fuerit. Naʒ hec est de accidẽtibus potẽtib᷒ contingere in principio morbi.

480 ¶ Et febre cõtingente in spasmo vel epilepsia fit eorum cura.

¶ Sicui accidat spasmus ex repletione ꝯtingãt febres ꝯsequenter erit qdẽ hec cura ei᷒ ab ipso spasmo: qm̃ febris dissoluit humorẽ spasmũ facientẽ cũ ꝯrietate complexionis eius ad cõplõnẽ humoris faciẽtis spasmũ: febris eniʒ calida est ⁊ sicca ⁊ humor faciẽs spasmũ fridus ⁊ humidus: ⁊ sic est de ipsa epilia.

481 ¶ Si patienti singultum contingat sternutatio est cura eidem.

¶ Hic singult᷒ ẽ humoralis seu ex repletiõe: ⁊ h̄ iõ: qm̃ sternutatio expellit humorẽ illũ q est cã singultus a suba stõchi: iuuatq̃ seu excitat nãm ad expulsionẽ ipsi᷒. Singultus enim est debilis mot᷒ nãe in expellẽdo superfluitatẽ nociuam in stomacho existẽtẽ. Singultus ꝟo cuius causa est siccitas nõ recipit curam.

¶ Rememoratio canonũ qb᷒ vtẽdũ ẽ ĩ iudicio ꝓnosticãdi.

482 ¶ Decet quidem vt cum volueris iudicare patiẽtem ꝙ vtaris proportione.

¶ Cũ ḡ volueris iudicare ꝑ hec signa vtaris ꝓportione iuridica neq̃ facias sñiam aliquam absolute prius q̃ scias species illorum signorum ⁊ differentias eorum in significatione.

483 ¶ Nam ex signis sunt quoꝝ virtus vera est ⁊ certa. Ex eis sunt que per alia falsificantur.

¶ Dicamus ergo primo ꝙ ex signis sunt quedam valde vera: et hec qdem spẽs signorum est cũ quibus non appent alia eis cõtraria in corpore. Ex his quedam sunt cũ quibus apparent alia eis contraria in corpore: quare est dubium in pronosticando.

484 ¶ Justa autem significatio sumitur ĩter membra ex eis que apparent in capite.

¶ Signa qdem iuste super mortem significantia ⁊ eius contrariũ sũt signa in capite apparẽtia quoꝝ relationẽ iã fecimus.

485 ¶ Si ergo videas aliquam significationem iuste significantem in corpore et aliam sibi contrariaʒ sic significantem.

¶ Si aũt videas aliqꝺ signum iuste testificans sup̱ euasionẽ vel perditionem alicuius: ⁊ videas cum eo aliquod signum ei contrarium in corpore: noli tunc prorumpere in iudicium.

486 ¶ Contingit etiam ꝙ apparens super contrariũ corporis non sint nisi testimonia debilia.

¶ Cõtingit aũt cõtrarietas signoꝝ ⁊ testimonioꝝ in vno ⁊ eodẽ corpore: ita ꝙ quedã ex eis significẽt bonũ: ⁊ quedam malũ cuʒ erũt testimonia debilia sup̱ bonum vel malũ significantia.

487 ¶ Omne signum non habens contrarium significat ratione super curam ⁊ euasionem.

¶ Intellexit ꝙ omne signum laudabile cum quo nõ apparet cõtrarium inquantum est ei contrarium illud quidem ⁊ sibi similia significant ratione super euasionem eorum.

488 ¶ Et omne signuʒ pronosticationis predictis cõtrarium significat mortem ⁊ perditionem.

¶ Intellexit qdeʒ ꝰm opinionẽ meã ꝙ oĩa signa mala signis bonis ꝯria: quoꝝ contrarietas talis est ꝙ non possunt vniri sil' in eodẽ corpore: sunt qdem signa iuxta mortem significantia.

489 ¶ Cum autem apparebunt tibi signa contraria ⁊ debilia: sequitur quidem ad hoc dubiũ: vnde sta tũc ⁊ proroga iudicium.

¶ Cũ ḡ colligenť apud signa cõtraria debilia hoc est ꝙ vniãtur in eodẽ corpore: ⁊ ꝙ sint equata in significatione sua: ita ꝙ non possit qs cogẽ sup̱ signãtionẽ nec rõne multitudĩs neq̃ rõne fortitudĩs eoꝝ: posset eni vnũ ex istis signis forti᷒ eẽ aliys qꝺ qdeʒ eẽt signũ apud medicũ euasiõis patiẽtis aut mořť ei᷒: h̄ qdẽ est solũ dubiũ nõ aliud ab isto: ꝓ tãto decet medicũ tũc continuare curam quã habebit ⁊ consequitur forsitan inde spem.

490 ¶ Cuʒ ergo erunt equata in dispositionibus suis sta: sed iudica a predominante: cum erunt contingẽtia in equalitate sua supple.

¶ Hoc qdẽ est notũ. Jnqt eni ꝙ cũ ꝯria erũt ista noli iudiciũ referre. Cũ ꝟo vna ex spẽb᷒ ꝯriys coget ĩferre iudiciũ ex cogẽte ⁊ dñante iudica. Docet aũt h̄ eẽ qꝺ dicit apud medicũ in ꝓdictis signis hñtibus gradus ⁊ dñiuʒ in fortitudine ⁊ debilitate h̄ est in significatione sic. s. ꝙ cum exempli gr̃a apparebit aliquod signũ cuius significatio super sanitatem sit in gradu tertio: ⁊ apparebunt ei duo signa: quoꝝ significatio est super ꝑditioneʒ in gradu primo: tũc iudicare habebit per signũ de quo est intẽtio: tñ nõ erũt ꝓdicta signa equalia in gradu: ⁊ tunc ferendũ iudiciũ ꝰm numeꝝ ipsoꝝ sicut facit iudex in alteratione testiuʒ ⁊ se dementientiũ: ⁊ sicut faciunt sapiẽtes astrorum in virtutib᷒ astroꝝ contrariorum ex contrarietate locorum ipsorum.

¶ Et in hoc explicit Prima pars Canticorũ Auicẽne: ⁊ est pars theorice scientie medicine.

¶ Incipit Scꝺa pars canticoꝝ ⁊ est ꝑs practice p̱ria.



Ostq̃ ordinaui in ꝑte theorice medicine qꝺ seriatim audiuistis: ⁊ hoc ꝼʒ ꝙ in mea mẽte preordinaueram: incipiã qdẽ nunc in practica ipsius. Jaʒ auteʒ retuli in principio huius libri illud ꝓpter qꝺ est necessariũ illud cuius relationeʒ faciam in hoc capitulo. Oꝑationis autẽ practice sunt duo modi. Quoꝝ vnus manualiter exercetur. Alter ꝟo medicinis ⁊ cõueniẽti regimine in cibis. Est autẽ nõ modicũ qꝺ per illud regimẽ exerceť. Hoc aũt regimẽ in duas partes diuidiť. Quaꝝ vna ꝯseruatiua sanitatis dĩ. Et altera egritudinis curatiua: ⁊ hoc ꝑ vitã meã imperfectionẽ medicine cõtinetur.

POstq̃ iã ꝑfeci intẽtionẽ meã in ꝑte huius artis theorice: ĩcipiã nũc idẽ in ꝑte ipsi᷒ practica ⁊ actiua. Et iaʒ qdẽ dixi in his que sũt ꝓmissa ꝙ hec ꝑs diuidať in illꝺ qꝺ manualiter exerceť ⁊ in illꝺ qꝺ fit medicis ⁊ cibis. Et hec scꝺa ꝑs in duas spẽs diuidiť. Quaꝝ primã sanitatis ꝯseruatiuã appellaui in qua. s. doceť ꝙ cuʒ cibis ⁊ aliys ab eis sanitas ꝯserueť. Et secũdam egritudinis curatiuaʒ in qua. s. ostẽditur qualiter tollať egritudo ⁊ quibus ingenys reducať sanitas cũ medicinis. Jpse aũt incohoabit velut dixit a sanitať cõseruatiua: pro quãto inquit ipse benchene ꝙ pars cõseruatiua sanitatis cũ cibis ⁊ medicinis est prima pars practice.

2 ¶ Et conseruatiua quidem sanitatis dicitur ꝰm veritatem de habente eam perfecte ⁊ absolute: necnõ etiaʒ de eo cuius sanitas est imperfecta: ⁊ huius qdẽ sunt ꝰm opinionem due species. Vna est in eo cuius debilitas permixta est per totam suam subam in oĩbus ꝑtibus suis sicut in sene ꝯualescẽte ⁊ paruulo in quibus. s. debilitas est per totũ mixta: ⁊ in eo in quo apparet aliquod signum pretendens metuʒ ꝙ appareat in eo lapsus in aliquem morbum.

¶ Speculatiua ꝯsideratio in prin° hui᷒ capl'i diuidiť in duas ꝑtes. Quaꝝ ꝓma est in qua ꝯsiderať cõseruatio sanitatis ꝑfecte ⁊ absolute. Scꝺa ꝟo est in qua fit speculatio de ꝯseruatiõe sanitatis ĩperfecte. Et hec qdẽ diuidiť in duas ꝑtes. Quaꝝ ꝓma est in qua ꝯsiderať ꝯseruatio sanitatis ĩperfecte in toto corꝑe: ⁊ in omni tꝑe: qꝺ ĩtellexit cũ dixit: in eo cui᷒ debilitas ꝑmixta est ꝑ totã subam suaʒ ⁊ in oĩbus partibus suis: ⁊ talis est sanitas senũ ꝯualescentiũ ⁊ pueroꝝ etiã eius qui paratus est labi in aliquã egritudinẽ qualis est ille in cuius corpore apparet aliquid ex signis significãtibus super lapsum ⁊ casuʒ ei᷒ in aliquã egritudinẽ: ⁊ talis ꝟo est ille qui non ex causa extrinseca: sed ex hu-

more ꝯquerit de dolore ⁊ labore. Scđa ꝟo est in qua cōsiderat cōseruatio sanitatis imperfecte eius qui fuit eger in qbusdam ex mēbris suis ⁊ non in alijs aut in quodā ex quatuor anni tēporibus ⁊ non in alijs vel in aliqua etate ⁊ nō in alijs. Et hoc quidem sunt quorum relationem facturus est in hoc capitulo.

3 ¶ Alia est in eo in quo apparet morbꝰ in aliqua ex partibus solū sui corporis: puta in cute eius: aut carne vel ossibus eius. Et sicut etiam est in habēte stomachum debilem frigidum egrū naturaliter: necnō etiam in habente lesionem ab vtero ⁊ matrice sicut in habente sextū digitum: aut tumorem gibbum.

¶ Hi qdē sunt de specie eoꝝ quoꝝ quedā mēbra sunt egra q̄daꝫ sana. Ex his ēt sunt quoꝝ sunt egra ex malitia cōtingente eis in matrice. Ex his sunt quoꝝ mēbra sunt talia a re extrinseca cuꝫ debilitate: tamē in membris illis vniuersaliter existente.

4 ¶ Et in eo in quo appet in aliq̄ etate ⁊ in aliquo ex tēporibꝰ anni ⁊ nō in alijs sicut humidus in cōplōne est debilis in pueritia: ⁊ postq̄ꝫ auctus fuerit ē sanus ⁊ fortis. Et siccus per cōplōnē destruet viribus in autūno preter ꝙ in vere debilis efficiatur.

¶ Infirmi qdē penes etatē sunt velut ille cuiꝰ cōplexio est valde humida cui q̄ꝫdiu existit in pueritia accidūt morbi ex humiditate. Sꝫ cū ad etatē siccitatis puenerit sanꝰ efficit. Ueꝝ egritudies penes q̄tuor tēpora sūt sicut hn̄s velut cōplōnē siccā: in autūno quidem egrotat ⁊ in hyeme sanus existit.

¶ Regimen corporis perfecte sani: ⁊ primo quantum ad aerem eius in generali.

5 ¶ Cōseruatio qdē sanitatis est qđdā genus generale duas cōprehēdēs spēs ex opōnibꝰ medicine ex qbus est vna vt cū intēdet ad ꝯseruationeꝫ cōplōnis alicuius ꝙ ordinetur ⁊ cibus ⁊ dieta similis. Sed cū intēderet trāslatio corporis eius a sua cōplōne fiat huius eo qđ ꝯ̄rietur cōplexioni antedicte. Ueꝝ regimen sani simpliciter ⁊ absolute est ꝙ attendat ad cōseruandū ipsius laudabilem dispositionem.

¶ He sunt due spēs ꝯseruationis sanitatis in generali: quarum vna est ꝯseruatio sanitatis ꝑfecte: ⁊ alia est ꝯseruatio sanitatis impfecte ⁊ ineq̄lis. In hac aūt cōplōne ineq̄li exercet opus duplex: vno mō ad ꝯseruādū sanitatē in dispōne in qua est regendo illū cuius est cōseruatio cū sibi sil̄ibus: sicut exēpli grā. Si itēdat ad ꝯseruationē hn̄tis cōplōnem calidā: erit qdē cōseruatio eius cū calidis: ⁊ hoc idē intelligit cū dicit: vt cuꝫ intēdet ad ꝯseruationē alicuius ⁊c̄. Sed cū intenderet translatio eiꝰ a cōplexione sua ⁊ reductio ipsius ad tēperiē ⁊ mediū: hoc qdē fieret cū ꝯ̄rijs: puta cū frigidis cōplexione calida existēte: ⁊ cū calidis in cōplōne frigida: ⁊ hoc est qđ dicit. Sed cū intenderetur trāslatio a sua cōplōne fiat hec ⁊c̄. Corpus ꝟo tēperatū ⁊ equale in cōplōne ꝯseruat cū tēperatis. qđ quidē intellexit cū dixit: veꝝ regimē sani simpliciter ⁊c̄. i. cū regimine absoluto: tale aūt absolutū tēperatū est ⁊ eq̄le ⁊c̄. Et qđ dixit. s. cū volumꝰ ꝯseruare cōplōnē egrediētē ab equalitate docet ꝙ regamus eā cū sibi sil̄ibus. Est quidē dictū Gal̄. seu ꝙ sequit ex dictis eius: ⁊ h̄ tam̄ dictū est dubiū ⁊ merito ꝭm opinionē meā: ⁊ hoc ideo: qm̄ si habēs cōplōnē calidā regatur cum calidis labet qdem in morbos calidos sicut patet: ⁊ est testis ipse sensus. Si igitur sic est ꝯseruatio quidem habentis cōplexionē calidaꝫ in sanitate sua erit cū calidis in cōplōne: minus tamen calidus q̄ꝫ sit ipsum.

6 ¶ Et moret seu faciat residētiā suā in aliq̄ ex ciuitatibꝰ quarti climatꝫ: que. s. ꝑfectū aerē habeāt ⁊ vaporē: ⁊ habeāt speculaꝫ versus beremū ⁊ syluā: ⁊ inspiciat ēt versus partē oriētalē: q2 ipsa est subtilior.

¶ Decet qdē vt hn̄s cōplōnē eq̄lē ⁊ tēperatā habitet in quarto climate. Addidit nihilominus ꝙ ciuitas quā inhabitabit ꝺbeat eē ꝑfecti aeris in bonitate: ⁊ hoc qm̄ regiones distātes a mari sunt calide ⁊ sicce. Nā enim maris significat rōne humiditatis eq̄litatē ciuitatis cal̄e vel fride. Intelligit aūt cū dixit ꝙ habeat ꝑfectū aerē ꝙ sit imunis a corruptiōe. Addidit ēt ꝙ hēat speculā ꝟsus heremum ⁊c̄. ⁊ hoc supra tpe hyemali ⁊ frigido. Qꝫ aūt quartū clima minime tēperatū ⁊ eq̄le sit: pꝫ ex vnione ⁊ ꝯiunctione syluarum in eisdē. Hoc aūt iam asseruit ēt Gal̄. ⁊ h̄ qm̄ cōplō eq̄lis ⁊ tēperata que est signū equalis ⁊ tēperati climatis: nō repērit in q̄rto climate nisi raro valde. Et addidit ꝙ sit orientalis: qm̄ pars illa ⁊ aer eius est subtilior sicut dixit.

7 ¶ Tēpore ꝟo estiuo declinet ad mōtes sitq̄ꝫ habitationis locus aptus a parte septētrionali.

¶ Hoc ēt notū ē ⁊ h̄ rōne friditatis montiū ⁊ septētrionalis.

8 ¶ In noctibꝰ quoq̄ꝫ habitet ⁊ q̄escat ⁊ supioribꝰ locis ⁊ sedibꝰ. In die ꝟo descēdat ad inferiores.

¶ Edificiū quoq̄ꝫ domoꝝ subterraneaꝝ in quarto climate significat ipm̄ fortis ⁊ magne caliditatis: pro tanto in hac terra nostra. i. saracenoꝝ in insula Hispanie que in hac die est in q̄nto climate nō fiunt huiusmodi fouee seu camere subterranee.

9 ¶ Caueat etiam ⁊ vitet pānos laneos ⁊ de bombice: ⁊ condescendat ad subtiles lineos.

¶ Hoc qdē totū seruet tpe estiuo rōne caliditatis pāni lanei et bombacini: ⁊ ēt rōne eq̄litatis ⁊ tēperiei ipsius. s. lini.

10 ¶ Utat ēt aromaticis fridis sic̄ ex oleo rosaceo.

¶ Predicto qdeꝫ tempore est vtendū aromaticis frigidis: puta myrra ⁊ oleis frigidis sicut oleo rosaceo ⁊ huiusmodi talibus.

11 ¶ Protegatq̄ꝫ oculos suos a puluere fumo vapore turbido ⁊ corrupto ⁊ a radio solis hora meridiei et feruoris: necnon ab occursu fortis caliditatis: nec ēt attente inspiciat figuras exiles ⁊ subtiliter intrincatas: nec litteram minutam ⁊ subtilem.

¶ Hoc ēt est totū per se notū ⁊ manifestū quare non expono.

¶ Regimen comestionis vel cibi in generali.

12 ¶ Debeat autem ad minus q̄libet comedere semel inter diem ⁊ noctē ad plus bis: ⁊ mediū autē inter h̄ est si comedatur ter in duobus diebus.

¶ Magis qdē tēperatus modus comedendi est vt q̄s comedat ter in duobus diebus: ⁊ hoc qm̄ quidā opinati sunt ꝙ actꝰ digestionis perficit in tertia digōne. s. in. 18. horis ꝓ tāto cū fiat tertia comestio in duobus diebus perficiet digestio in mēbris isto tpe vel ꝓpe: ⁊ hoc qm̄ spatiū. 18. horarum erit īter duas comestiones: ⁊ sic digestio perficietur tunc vel ꝓpe illud: tunc ꝯstat ꝙ laudabilior modus reficiendi est cum reficietur quis iā perfecta digestione cibi preassumpti.

13 ¶ Prolōget ēt tp̄s refectiōis vt fiat cibi bona digestio. fiāt ēt parue bucelle vt bene digerantur.

¶ Tp̄s quoq̄ꝫ masticatiōis ē ꝓlōgādū donec cibꝰ in ore bn̄ cōteratur. Sūt ēt bucelle parue fiēde. Nā hec iuuāt ad digestionē.

14 ¶ Nam omne aliud qđ contūdere non poteris: erit apud te digestionis difficilis.

¶ Melius quidem est ꝙ sit bucella ꝑue quantitatis q̄ꝫ si pre magnitudine sua esset difficilis contritionis ⁊ fractionis a dentibus. Nam omne tale est difficilis digestionis.

15 ¶ Attēdat ēt vt oē ꝑter nāꝫ ⁊ illaudabile curet cuꝫ ꝯ̄rio eiꝰ ꝯueniēti ꝭm cōplōnē ⁊ malitiā ipsius.

¶ Attendatur in assumptione eius qđ oꝫ remouere ⁊ expellere nocumentuꝫ oium eoꝝ que volueris ex cibis malis assumptis ad malitiā eoꝝ ⁊ ad contrarium ipsius malitie: vnde si fuerit cibus grossus rectificetur cum subtilibus: ⁊ si inflatiuus cū dissoluentibus ventositatem: ⁊ si frigidus cum calefacientibus.

16 ¶ Sunt autem q̄ꝫplures cōplexiones inequales cū malitia cibi rectificabiles.

¶ Interdū repiunt quedā cōplōnes illaudabiles ⁊ ineq̄les qbus cibi mali ⁊ illaudabiles congruunt: vnde non decet ꝙ tales cibi habentibus huiusmodi complexiones prohibeantur cum conueniant eis ratione similitudinis inter vtrosq̄ꝫ existentis.

17 ¶ Utat ergo eis hō ꝭm vsum ⁊ ꝯsuetudinē suā: nec sunt appetitus: nec delectatio cibi omittendi.

¶ Cōsuetudo aūt nāe assimilat ⁊ est acsi diceret ꝙ ꝯsuetudo necessario sit obseruāda: q̄ꝫuis ēt eēt praua ⁊ illaudabilis. dcm̄ āt eius nec sunt appetitꝰ ⁊ delectatio ⁊c̄. est vnū de ꝑceptis huius artis per se: vnde intelligit ꝙ attendendū est in cibis: vt cū hoc ꝙ erūt boni ⁊ laudabiles in se reqrit ēt ꝙ appetant: ⁊ iō dixerūt ꝙ duoꝝ cibarioꝝ ille qui minoris est iuuamēti magis tn̄ delectabilis melior est minꝰ delectabili ⁊ si sit maioris iuuamēti.

18 ¶ Ois nāq̄ꝫ ꝯsuetudo subito ⁊ sine gradatiōe ablata nocet ⁊ offendit illum cuius est.

¶ Precipit hic ne ꝯsuetudo subito auferatur: ⁊ hoc quoniā cō-

suetudo

ſuetudo iam eſt conuerſa in diſpoſitionem naturalem.

¶ De ordine ciborum ⁊ rectificatione eorum.

19 ¶ Eſt autem humidū ⁊ lubricū ſtiptico ꝓponēduʒ. Eſtqʒ ſapor dulcis acetoſo vniēdus. Et ſiccū cū humido rectificādū. Et frigidū cū calido ⁊ econtrario. Et ſi timeať defedatio oleaginoſi vel ei⁹ qđ eſt male digeſtionis rōne pinguedis: addať ſal eis aut aliquid acutum. nā hec iuuant ad ſubtiliandum.

¶ Qđ preponatur humidum liqdū ſtiptico eſt canon ⁊ ꝑceptum in regimine ⁊ ordine ⁊ cibi: ⁊ hoc eſt qm̄ ad conſeruationē ſanitatis exigetur ꝙ mēſuretur cibus in qualitate quātitate tpe ⁊ ordine: ⁊ ꝙ cib⁹ ſit laudabilis ⁊ laudabiliter miniſtratus cū ꝑdictis quatuor cōditionibus. Qđ vero addidit huic eſt ſumptum a ꝯtrario: ita. ſ. ꝙ vnū ꝯ̄riū cuʒ ſibi ꝯ̄rio ⁊ ad temperiem reducať: notū eni ꝙ nociuū ⁊ illaudabile ē cū ſibi ꝯ̄rio rectificādū: vñ eſt ac ſi diceret ꝙ ex hoc ſiccū cū humido rectificeť ⁊ frigidū cum calido ⁊ ecōuerſo: ⁊ pingue vnctuoſum cū ſalſo. ſ. ⁊ acuto.

¶ Hora refectionis.

20 ¶ Poſt exercitiuʒ quoqʒ eſt refectio facienda ⁊ ipʒ poſtq̄ʒ exiuerit fex ab eo.

¶ Hoc iđ eſt qm̄ exercitiū poſt digōnē factā expellit ſuꝑfluitates a corpore ⁊ calorē depurat nālē: vñ exercitiū factū poſt cibū efficit ipʒ acidū: ipmq̄ʒ facit aduenire ad mēbra indigeſtū.

21 ¶ Eſt auteʒ querēdus locus tranquillus ⁊ frigidus ⁊ a vento euentatus ad laudabilem refrigerationeʒ faciendaʒ: necnō etiā tēpus ⁊ hora frigida: vnde decet hominem eſſe attentum in hoc regimine.

¶ Hoc qdē ꝑceptū eſt vt eligať. ſ. tp̄s frigidum ⁊ loca frigida tēpore eſtiuo cuʒ quis voluerit comedere: ⁊ hoc qm̄ calor extraneus calorē nālem debilitat: ſicut ⁊ ſol ignē cuʒ ſibi exponiť: qui tamen accendiť ⁊ ꝯfortatur cum ad vmbram ponitur.

¶ Regimen cibi in qualitate ⁊ quantitate.

22 ¶ Tempore quidem eſtiuo eſt cibi quātitas minuēda. Eſtqʒ tunc ad ſubtiliter nutrientia declinanduʒ. vnde vitande ſunt tunc carnes groſſe ⁊ vtenduʒ eſt oleribus ⁊ lactis ſpeciebus.

¶ Hoc qdē fit rōne debilitatis caliditatis nālis ꝯtingentis corporibus ex dñio calidi extranei ſuꝑ corpore tēpore eſtiuo.

23 ¶ Et piſcibus recentibus hedo ⁊ agno mediocris etatis et pullis gallinaceis ⁊ gallinis carnib⁹ quoqʒ columbarum ⁊ coturnicum.

¶ He qdē carnes ſunt laudabiles apud eos de quaruʒ bonitate ꝯcordati ſunt ꝑterq̄ʒ de carnib⁹ agni: ⁊ nihilominus poſſibile vt agni regionū calidaꝝ ⁊ ſiccaꝝ ſint magis tēperati agnis regionū frigidaꝝ humidaꝝ: ſicut in hac mea regione ꝯtīgit: cucullate ⁊ coturnices nō ſunt in hac noſtra inſula andaluſie.

24 ¶ Sunt etiam ex conferētibus tunc ex coriandro ⁊ agreſta compoſita ⁊ ſatabeg ⁊ ceribat.

¶ Hec quidem fercula cum coriādro ⁊ aceto ⁊ vua acerba cōpoſita ſunt apud eos tempore eſtiuo laudabilia.

¶ Regimen potus aque.

25 ¶ Si quis ergo velit a morbis euadere: diuidat regimen ſuum in tria: quorum vnum tribuatur anime ⁊ aliud cibo ⁊ aliud potu vel aque.

¶ Cū quis voluerit egritudines euitare diuidat regimē ſuuʒ in tria: quoꝝ vnum anime tribuat ⁊ aliud cibo ⁊ aliud potui. ħ qđ dixit de anima repiť in ſuauib⁹ ⁊ laudabilibus relationibus.

26 ¶ Et paruʒ qdem aque frigide ſatiat ⁊ ſitim ſedat: ad hoc tamen non ſufficeret multum tepide.

¶ Hoc qdē ꝑceptū inducit ad vtēdū aqua frigida: qm̄ paruʒ ex ea ſitim ſedat: qđ minime facit multū ex tepida: lʒ hoc ſit verū in climatib⁹ calidis: ꝯgruit nihilominus vſus aque tepide ī regionib⁹ fridis: ⁊ ꝑcipue tpe hyemali: ⁊ ꝓ tāto greci timēt valde potū aque frigide in regione ſua rōne ꝯſuetudinis ipſoꝝ.

27 ¶ Non eſt autem aque potus frigide nimiū frequētandus eo ꝙ neruis obſit.

¶ Ex hoc dicto videtur ꝙ cōceſſerit interdum potum aque nimium qđ quidem ſi vnquā fecit tempore eſtiuo calido.

28 ¶ Non eſt etiam offerendus potus aque niuis niſi pingui ſanguineo multe carnis.

¶ Hoc quidē notū eſt. nam ſi macer extenuatus hñs modicum ſanguinē bibat aquā niuis nō eſt ſecurus quin accidat ei inde ſtupor ⁊ dormitatio mēbroꝝ. Retulit enim Gal. ꝙ accidit cuidā patienti poſt potum aque niuis adeo nocumentū in gutture ſuo ꝙ nihil glutire potuit: ⁊ tādem mortuus eſt inde.

29 ¶ Eſt etiam vitandus potus aque in menſa niſi ratione adherentie ⁊ tardi deſcenſus bucelle.

¶ Cauendum quidē eſt ne bibatur in menſa aqua niſi ad ꝓcurādum tranſitum bucelle cum deſcenſus eius tardatur.

30 ¶ Non eſt etiā ſumenda aqua cū cibo nec in egreſſu a balneo.

¶ Cauſa qdem eſt qm̄ cū ſumiť aqua ſuper cibū prius q̄ʒ ſtomachus calefecerit ip̄m īfrigidat ip̄m ⁊ incrudat. eſt aūt cā quare ſupernatet cib⁹ ſumptus in ſtōcho: ⁊ quare ēt non adhereat et vniatur eidem qđ egerat ip̄m ſicut exigitur. actio nāqʒ ſtomachi ſuper ſumptū cibū fit ꝯterendo ⁊ coquendo ſimul: vñ ſicut quādo īfundiť ſimul ⁊ in magna quātitate aqua in olla tardať cibi decoctio in eadē: ſic qdē ꝯtingit inde ipſi ſtomacho. Aqua aūt ſumpta ſuꝑ balneū nocet valde rōne ꝯ̄rietatis exn̄tis tunc in mēbris: ꝯ̄rium enim fortificať tunc in occurſu ſui cōtrarij vt inquiunt: ⁊ ob hoc nō eſt ſecuꝝ quin infrigidatur infrigidatiōe incurabili ⁊ prohibentiū īmediata poſt egreſſuʒ eoꝝ a balneo: vnde eſt acſi diceret ꝙ contingeret eis hydropiſis.

31 ¶ Nec etiam poſt forte exercitium ⁊ coituʒ: hoc enī eſt malum ⁊ illaudabile.

¶ Cauſa huius dicti eſt dicta in aſſumptione eius poſt balneum auctum. maius eſt nocumentuʒ potus eius in coitu eo ꝙ debilis fit calor naturalis in corpore eius qui vſus eſt coitu ⁊ calor īnaturalis auctus ⁊ fortificatus.

32 ¶ Si tñ qs ex modica tolerādi potētia ſitiʒ vrgeatur: ſumat ex ea parū tm̄. ſ. ꝙ declinatio ⁊ impulſio cibi ad īferius ſtōchi cōpleať: quatenus ibidē digeratur. Sumať tñ ex aquis illa que ſitim ſedet ⁊ ſatiet: aut ex vino qđ ⁊ quātū congruat ⁊ ſufficiat.

¶ Hoc quidē cuius relationē fecit hic de vino ē veꝝ poſtq̄ʒ deſcēdit cibus ab ore ſtomachi ad eius inferius. ſ. ad fundum.

33 ¶ Et ſi ſūpta aq̄ ad ſatietatē aut vino ſufficiēti accidat ſitis: viteť pot⁹ eorū qm̄ talis ſitis eſt mendoſa.

¶ Hoc qdē eſt ꝑceptū vt expellať ſitis mēdoſa. nā ſi ſumpta aq̄ vel vino ad ſatietatē gñeť ſitis in eodē: ſitis qdē illa erit mēdoſa: ꝓ tāto docet vt tūc tolleť omnis potus donec ceſſet ſitis illa.

¶ Regimen vini.

34 ¶ Non eſt curāduʒ de aſſumptione multi vini: debetqʒ ſufficere modicū cū eſt in vſu: nec eſt ꝯtinuandus oī die potus vini: nec eſt bibēdus in ieiuno: nec etiā poſt ſumptionē cibi ſubtilis vel acuti: eſtqʒ oī tēpore vite niſi ſemel in mēſe ebrietas euitanda.

¶ Hec qdē ꝑcepta facta in potu vini ſunt apud medicos manifeſta ex qb⁹ ē vnū ne bibať ex eo mltū: neqʒ ēt oī die: ſʒ ſolū vno die ⁊ alio non: ⁊ ꝑcipue tpe calido: vt inqt Diaſco. ⁊ cū ħ ēt congruit vt die qua bibeť aq̄ ſit aq̄ ſola: ⁊ ꝙ potus vini ſit vinū limphatū. pot⁹ āt vini nociuus ē in ieiuno eo ꝙ vinū hʒ potētiā ꝑcutiēdi neruos ⁊ nocēdi eiſdē. Vitať aūt ſuꝑ cibū ſubtilē: qm̄ cōuertiť tūc cū eo in cholˀaʒ: ⁊ ſilr ꝯtingit ſi ſumať cuʒ cibo acuto. Cātificatio aūt ⁊ ꝓhibitio ebrietatis eſt ꝓculdubio ſine reſiſtētia ⁊ ꝯ̄dictione. Aſcenſus aūt ebrietatis ſemel in mēſe eſt erroneus: qm̄ lʒ vinū (teſte Galeno) ſit ex magꝭ ꝯueniētib⁹ calori naturali: ⁊ ſit reſpectu ei⁹ in gradu in quo oleū eſt ad lumē ⁊ ignē: tñ ſicut multū ⁊ ſuꝑfluū oleū extīguit lumē: ſic ēt multuʒ vinum extīguit calorē nālē: pro tāto ſi ⁊ ip̄m ſit ex magis ꝯueniētibus calori nāli: ip̄m nihilomin⁹ ē ex nocētib⁹ magis calori aīali et ſenſibili ⁊ organis ei⁹. ſ. cerebro ⁊ neruis: ⁊ ob hoc aq̄ mellis eſt vtilior vino eis qui nāliter habēt neruos debiles. Priores autē non conceſſerūt eum iuuenibus ratione fortis caloris ipſoruʒ: conceſſerunt tamē paꝝ ex eo ſenibus ⁊ decrepitis.

35 ¶ Et bibat vinum aromaticū adiūcta ſibi acetoſitate mali granati aut ſucco cydonioꝝ ⁊ cucumeris: ille cui accidit ex potu vini dolor capitis ſuꝑcalefactio ⁊ ebrietas: bibatqʒ ipſum cū aqua mixtum.

¶ Hec enī ꝑcepta data ſunt eis qui ex vini potib⁹ īcurrūt dolo-

rez capitis fortē a qb⁹ accidit ebrietas ex eodē. hec.n. nocumē-ta ꝯtingūt ꝓprie ex potu vini: pro tanto expedit magis cui hec accidūt ꝙ minuāt quātitatē eius: aut diuertāt prorsus ipm. Et vinū qdē aromaticū est meli⁹ ex vinis apud medicos. vinuz tñ albū est melius cui accidit ex potu vini dolor capitis: necnō ēt supercalefactio: est enī ꝓpinquius ex eis nature aque.

36 ¶ Et dandū est in potu ei qui querulosus est rōne ventositatum in corpore suo existentium vinum purum ⁊ citrinum. nam fortius ex eis congruit eis. amplius expedit etiam vt cum salsis coniungatur.

¶ Ex magis qdez ꝯferētib⁹ ꝯquerēti ex vētositate in digōne sua existēte ē vinū puꝝ: ⁊ ex eis citrinū cū sit calidi⁹ ex eis: expedit etiā vt cū salsis iūgat: ⁊ hoc qm̄ ventositates ꝯtingūt ⁊ gñantur ex diminutione ⁊ paruitate calidi radicalis ⁊ elementaris.

37 ¶ Tēpore aūt estiuo sumēdū est vinū albū ⁊ aquosum: eo ꝙ sit subtilitati ⁊ simplicitati propinquus cui addant acetosa ⁊ supercomedant stiptica.

¶ Hoc quidem est notum. Intellexit autem per subtilitatem ⁊ simplicitatem eius calorem temperatum.

¶ Regimen somni.

38 ¶ Nō ꝓlonget somnus qm̄ hoc obest aīe: nec etiaz vigilie quoniam inde debilitantur sensus.

¶ Prolongatio qdē somni ⁊ ipsius ꝓfundatio nocet aīe. nā et si somnus sit aīe necius ad calefaciēdū ⁊ aīa agat ⁊ operet tēpore vigiliaꝝ: cū tñ ꝓlongat somnus sup eaz: lentescit qdem vita ei⁹ ⁊ tenebrosa efficit: extinguiturq̄ inde calor ei⁹ sicut extīguit ignis cinerib⁹ multū coopertus. Cū aūt excedit qs ⁊ conat ad vigilandum debilitantur inde sensus eius ⁊ calor ei⁹ infrigidat sicut infrigidatur calor ignis ex superfluo motu.

39 ¶ Prolongatio veri somni congruit in eis cuius cibus est indigestus: necnon super malitiam cibi non recipientis digestionem.

¶ Sōnus qdē est ex ꝯferētib⁹ ad digerēdū cibū. ꝓdest etiā corruptioni eius in stomacho ꝯtingenti eo ꝙ rectificet ⁊ corrigat corruptū in eo ex marcore seu muscididitate ex iterata ꝯcoctōe.

40 ¶ Nec est somnus prolongandus in ieiuno ⁊ tempore famis. Nam repletur caput fumo ⁊ vaporibus a fecibus ⁊ superfluitatibus eleuatis.

¶ Sōnus qdē supfluus sup fame factus fumigat caput rōne fecuz ⁊ supfluitatū aliaꝝ in corpore exñtiū. Nā in somno vt dcm̄ est fit reuocatio caloris sensualis ad interiora quatenus iuuet calor nālis in digestione: ⁊ inde est ꝙ cuz non sit ibi cib⁹ ꝙ agat in humoribus corporis ⁊ generet ex eis fumuz seu vaporē corruptum qui eleuatur ⁊ ascendit ad cerebrum.

41 ¶ Est quoq̄ imediate post cibum vel comestionez dormiendum accumbendo donec ad locū digestionis peruenerit cibus assumptus.

¶ Cōgruit quidē vt cū aliqs īmediate dormierit post cibuz et comestionē ꝙ dormiat accūbēdo capite. s. erecto donec cib⁹ ad īferiora corporis descēderit: ⁊ hoc vt repletio capitis a fumis ⁊ vaporib⁹ minuat. Nam somno īmediate post comestionē facto replet caput fumis ⁊ vaporib⁹: ⁊ ob h̄ iussit ⁊ dixit in priori medicina ꝙ post comestionē dz hō aliquātulū incedere ⁊ deambulare: ⁊ si in sūma tpe digestionis ꝯgruit somnus ⁊ vigilia: qm̄ somnus iuuat ⁊ meliorat digōnē ⁊ vigilia minuit repletionē capitis ex vaporib⁹ tūc ꝯtingētē: ⁊ ob hoc ēt iussit vt hō dormiat post comestionē serotinā: qm̄ tp̄s mutatiue refectionis est tp̄s totum vigiliaꝝ: ⁊ tēpus serotinū est tempus totum somni.

¶ Regimen motus exercitij.

42 ¶ Non est exercitandum exercitio magno ⁊ forti: nec est tamen quiescendum ꝙ omittatur omne exercitium: imo quidem est hoc vitandum.

¶ Causa qdē huius est qm̄ excedens ⁊ forte exercitiū virtutem corporis dissoluit ⁊ priuatio exercitij ⁊ quies oīmoda supfluitates in corpore colligit ⁊ calorē naturalem extīguit. Exercitiū autez equale ⁊ temperatum ⁊ superfluitates expellit ⁊ calorez clarem ⁊ naturalem fortificat ⁊ augmentat.

43 ¶ Sunt ergo taliter membra exercitanda ⁊ ꝑ exercitiuz adiuuanda ne colligatur qđ timetur colligi in eis ex malis humoribus.

¶ Cū timet collectio supfluitatū in aliquo ex mēbris ex debilitate ipsi⁹ erit qdem ꝯueniēs vt exercitet mēbrū illud cū exercitio speciali ⁊ conuenienti eidem taliter vt iuuet in expulsiōe illaꝝ supfluitatū ⁊ diminutione gñationis earum in eodem.

44 ¶ Eundo vel clamando si volueris donec appareat velox ⁊ cita expiratio.

¶ Termin⁹ qdē exercitij apud eos est cōiter ꝙ dñet in eo quo exercitat anhelit⁹ ⁊ expiratio velox ⁊ ꝙ corp⁹ īcipiat sudare.

45 ¶ Macer autem ⁊ extenuatus non debet exercitari ne ipsius dissolutio amplius augeatur.

¶ Hoc quidem dictum est Hippocratis. s. ꝙ non decet ꝙ calida corpora velut cholerica exercitentur.

46 ¶ Verū dz exercitari piguis ⁊ multe adipis ⁊ axūgie: ⁊ tñ accingēdus si habuerit vētrem magnum.

¶ Docet ꝙ nimis piguis exercitet vltra exercitiū tēperatuz: q̄tenus ex piguedīe ei⁹ minuat ⁊ dissoluat: qm̄ augmētuz corpis sup nālē dispōnē corpis est verēdū: docetq̄ vt si magnus fuerit venter eius ꝙ zona super ventrē ipsius posita cingatur.

47 ¶ Tempore v̄o estiuo est minuēdū exercitiū: cum tunc dissoluat ⁊ subtiliet homo per sudorem.

¶ Exercitiū in estiuo dz esse minus q̄ȝ in hyeme eo ꝙ tpe estiuo minuatur ⁊ dissoluat corpus hominis continue per sudorē.

48 ¶ Jam quidē retulit in capitulis theorice regimen eius: cuius corpus īdiget euacuatiōe supflui aut retentione cōtrarij addens huic qđ mihi placuit.

¶ Jam qdē relatū est in alia pte hoꝝ canticoꝝ ꝙ quis ex humorib⁹ euacuari: ⁊ qdam retineri ⁊ quo ēt tēpore debuerat h̄ fieri ⁊ in quo corpore. Et intellige ꝙ facit rememorationez hoꝝ supra: vbi tradidit doctrinā de rebus necessarijs: hic tñ eēt locus magis idoneus ad hoc: ⁊ intelligitur cum dixit addēs huic qđ mihi placuit ꝙ facit ibi intentionem de conuenienti regimine accidentium anime in conseruatione sanitatis.

49 ¶ Congruit qdez vsus oīum quoruz premisi relationē fm qualitatē dictā in tēpore estiuo super calefacto iuuene ⁊ ciuitatibus meridionalibus.

¶ Usus quidem regiminis relati in regimine ꝯuenienti corporibus equalibus tēperatis tpe estiuo cuius qualitas ostēsa est ante. Congruit quidem supercalefacto fm cōplexionez: ⁊ si non sit in estate. Sic etiam faciendum est in locis ⁊ ciuitatib⁹ meridionalibus ratione excessus caliditatis earum.

50 ¶ Et tpe qdē hyemali est vtēdū ꝯtrarijs eis que retulimus vt obuiet ⁊ resistat frigiditati ipsius.

¶ Tempore quidem hyemali vtenduz est in regione corporum temperatorum contrarijs omnibus eis que retulimus: quare cum calefactione resistatur frigiditati ipsius aeris.

51 ¶ Vere quoq̄ ⁊ autūno incedendum est inter estatem ⁊ hyemem.

¶ Vere ⁊ autūno sunt corpora regenda regimine medio īter caliditatem ⁊ frigiditatem ⁊ inter regimina eorum congrua tempore hyemale ⁊ estiuo.

52 ¶ Cōgruitq̄ regimē exiccatiuū in vere ⁊ humectatiuū in autūno. vn̄ fugienda est exiccatio in eodem.

¶ Vere quidem cōgruit regimen exiccatiuum: intendit nihilominus ꝙ minus sit vtenduz eo tempore hyemali. Est etiā vtendum regimine humectatiuo in autūno: estq̄ vitanda exiccatio in eo ꝙ eius complexio sit sicca.

53 ¶ Est autē vtendum regimine conuenienti tempore estiuo: ⁊ in fine veris: ⁊ in principio autūni.

¶ Corpora quidē sunt regēda in fine veris ⁊ in pr̄icipio autūni regimine in estate conuenienti aut ei propinquo. Natura nāq̄ estatis dominatur super predicta tēpora cū vniuntur sibi.

54 ¶ Verum in principio veris ⁊ in fine autūni debet regimen conformari regimini hyemis. vnde vtendū est tunc cibis calefacientibus.

¶ Cōplexio qdē principij veris similat cōplōni finis hyemis ratione cōiūctionis ⁊ vnionis vnius ex eis cuz principio hyemis ⁊ alterius. s. veris cū fine ⁊ termino ipsius: pro tāto ꝯgruit vt regantur corpora in predictis horis regimine hyemis.

55 ¶ Regimē aūt ei⁹ cuius relatio dicta est ꝯgruit habitātib⁹ ⁊ residentiā faciētib⁹ in ciuitatib⁹ ⁊ castris.

Vex

Uer̄ mercatores sūt regēdi regimine iter agētiū.

